

Notes du mont Royal

WWW.NOTESDUMONTROYAL.COM

Cette œuvre est hébergée sur «*Notes du mont Royal*» dans le cadre d'un exposé gratuit sur la littérature.

SOURCE DES IMAGES

Google Livres



HESIODVS ASCRAEVS.
Apud Fulvium Vrſinum in marmore.

I. D. Philipp. gob: Sylvang fc.

HES/1

HESIODI
ASCRAEI
QVAE EXSTANT

EX RECENSIONE
THOMAE ROBINSONI

CVM EIVSDEM
IOS. SCALIGERI DAN. HEINSII FRANCISCI
GVIETI ET IOHANNIS CLERICI
NOTIS
IOH. GEORGII GRAEVII
LECTIONIBVS HESIODEIS

ET

DANIELIS HEINSII
INTRODVCTIONE IN DOCTRINAM OPERVM
ET DIERVM

ACCESSERVNT
VARIETATES LECTIONIS MSS. ET EDD. VETT
SCHOLIAQVE INEDITA

ITEMQVE
DAV. RVHNKENII ANIMADVERSIONES
CVM ALIORVM SELECTIS

CVRANTE
CHR. FRID. LOESNERO

LIPSIAE
SVMTV GOTTH. THEOPHILI GEORGI
A. C. CIↃIↃCCLXXVIII

LECTORI BENEVOLO

S. D.

CHRISTOPHORVS FRIDER. LOESNERVS

Quod erat nobis propoſitum in Heſiodeis denuo prodendis, an aſſecuti fuerimus, aliorum eſto potius, quam noſtrum iudicium. Certe, qui iamdudum parabat antiquiſſimi Poetae et ſapientiſſimi nouam editionem, et Anglicanam Thomae Robinſoni, Oxonii, anno ſeptimo et triceſimo huius ſaeculi, curatam, tanquam a plurimis ſibi commendatam, ipſe vel locorum, quibus nata eſſet, diſtantia permotus, vel typorum chartarumque quibus exſcripta, nitore ſplendoreque captus, vel denique eiuſdem, in his et aliis terris, raritate accenſus, operis ſub praelum daturus erat Georgius librarius, cuius alii plures optimi vtriusque linguae auctores induſtriae debentur, ſui iſtius conſilii effectum tam diu diſtulit, quoad bona, quae huic editioni ineſſent, noua quadam acceſſione cumulari augerique poſſe viderentur. Dum enim et ſuam cum doctis hominibus communicat ſententiam, eorumque viciſſim accipit admonitiones, euenit tandem, vt, quae maiorem operi ſuſcipiendo

adderent alacritatem et fiduciam, neceſſaria, a fauore bonorum et ſtudiis recta iubentium, a fortuna denique vltro offerrentur ornandae editionis praeſidia. Nactus enim eſt deſignationem variae lectionis ex aliquot ſcriptis codicibus et editionibus vetuſtis confectam, e duobus nimirum Mſſ. qui Lipſiae, tum in bibliotheca Academica Paullina, tum in ea, quam Senatus Ampliſſimus ſtudioſorum vſibus aperuit, ſeruantur: porro ex editionibus de quibus ſingulis accurate tradit Ioh. Alb. Fabricius, Iuntina priori, anni CIↃIↃXV et ſecunda anni CIↃIↃXL et a priori diuerſa, Aldina item primaria et Trincauelli, Veneta, A. CIↃIↃXXXVII, a Graeuio adhibita, tum Stephaniana, quae in Principibus Poetis Graecis heroici carminis habetur, Heinſiana denique, maiori forma edita, quae ſibi coniunctos veteres Graecos Poetae Interpretes habet. Quae quidem rei Criticae praeſidia ſubminiſtrauit Ioh. Petrus Schmidius Vir plurimum Reuerendus et nunc Ganzigii ſacrorum interpres, qui optimarum artium, hoc eſt ad cultum animi et ingenii pertinentium ſtudio ductus, nouae carminum Heſiodi editionis adiuuandae cauſſa, iſtos libros, partim e ſuis copiis, partim vel e priuatis, vel publicis bibliothecis receptos, dominorum cuiuſque et

prae-

praefectorum fauore adiutus, iamdudum ante sacerdotium susceptum, ipse inspexerat et lectionis varietatem in iis repertam enotauerat. Quamquam huius quidem codicis, quem simpliciter Lipsiensem appellare consueuimus, hoc est Senatorii, lectiones, petiit ab exemplo editionis Trincauelli, quod istius codicis collationem habens, fuit in bibliotheca Stiglizii ICti, Viri nuper Celeberrimi et Amplissimi in hac vrbe, nunc vero in bibliothecam Paullinam peruenit. Inceperat is etiam conferre editionem Farreanam itidem Venetiis anno MDXXXLIII proditam; sed cum deprehenderet, eam esse meram iterationem Iuntinae posterioris et plurima vitia typographica habere, consilium abiecit. Socius ergo Hesiodus hic Farreanus est et par Theocrito et Aristophani Farreano, quorum ille a Ioh. Iac. Reiskio, vt eius praefatio priori editionis Theocriteae volumini praemissa docet *), hic ab Hemsterhusio mendosissimus portentosissimusque, et Bergleri praedicatione multis modis inferior est repertus. In manus librarii venit etiam collatio codicis Augustani, qui cum octo Idylliis Theocriti et Pindari Olympionicis, Hesiodi tenet Opera et Dies cum

*) p. 16. 17.

ſcholiis interlinearibus, cuius codicis mentionem faciunt Elias Ehingerus in catalogo bibliothecae Auguſtanae [b]) et Ant. Reiſerus in Indice Manuſcriptorum eiusdem [c]). De incrementis enim humanioris doctrinae praeclare ſemper meruit reſpublica Auguſtana, quae etiam nunc opes ſuas cum eruditis communicat, promouentibus conatus eius et adiuuantibus, quibus ſua commiſit, doctiſſimis et humaniſſimis viris. Huius igitur libri varietates lectionis et ſcholia Reiskius, ad quem is vt opinamur cum aliis quibuſdam, inprimis vero Demoſtheni recenſendo, profuturis manuſcriptis libris, ipſo petente peruenerat, tradidit deſcripta librario et iis inſtrui Heſiodea iterum edenda, de quo iam ipſo adhuc ſuperſtite agebatur, iuſſit. Cui quidem codici, cum aliis Heſiodi plurimis, qui in bibliothecis aſſeruantur, hoc commune eſt, vt et Theocritea coniuncta habeat, et Operum Dierumque carmen ſolum referat [d]): qui etiam mos ſeruatur in editionibus primis,

[b]) n. 2. p. 860.

[c]) n. 2. p. 81.

[d]) vid. Montefalconii bibliotheca Coiſlin. p. 226. et 518. duo enim ibi codices memorantur. Alterius varietatem lectionis, a Monteſalconio ſibi tranſmiſſam, ſe adhibuiſſe, qui nullam ſuorum codicum notitiam dedit, Robinſonus ait, ſed ita, vt vtrius, neſciamus.

primis, Mediolanenſi anni CIↃCCCCXCIII, quam bibliotheca Lugdunenſis tenet e), Aldina, aliisque vetuſtis f). At in eodem genere, cum hoc et inter ſe conueniunt manuſcripti Lipſienſes. Alter enim bibliothecae Senatoriae proprius, ſicut refert Reiskius, qui hoc codice bis eſt vſus, ſemel in Animaduerſionibus ad Sophoclem ſcribendis, decem vero poſt annos iterum in Theocrito illuſtrando g), chartaceus eſt, non admodum quidem antiquus, notae tamen non infimae, nec plane ſpernendus. Tenet Theocriti octo priora Idyllia, cum ſcholiis, tum Heſiodi Opera et Dies item cum ſcholiis non poenitendis et ab Tzetzae opere; nam Moſchopuli ſunt ſcholia, diuerſis, denique tres primas Sophoclis fabulas, cum ſcholiis pariter, iis quae Thomas Iohnſonus ad Aiacem et Electram dedit, geminis germanis. Caret quidem aetii nota, ſed ad ſaeculi XV primordia ei referendus eſſe videbatur. Idem

e) vid. L. C. Valkenarii praefatio Theocriteis praemiſſa, Continet orationes Iſocratis, XVIII. Idyllia Theocriti et Heſiodi Opera et Dies.

f) Fabricius B. G. To. I. p. 382. et II. p. 436. cf. Acta Eruditor. Lipſ. A. CIↃIↃCCLXV p. 404 ſqq.

g) vid. Viri Celeberrimi praefationes, tam ad Animadverſiones in Sophoclem, quam ad editionem Theocriti p. 38. ſeq.

vir doctissimus memorabat, eadem manu exaratum codicem eademque ista cum Aristophanis etiam Pluto et Nubibus continentem, scilicet eumdem, e quo scholia in istius Poetae fabulam quae Plutus inscribitur ediderit Hemsterhusius, cum Leidae versaretur, a Doruillio possessore sibi commodo datum, penes se habuisse.

Aetate huic fere est aequalis, ipse quoque chartaceus, bibliothecae Paullinae codex, quem simpliciter Academicum nominare placuit. Continet et ipse Pindari Olympionicas cum scholiis, dein Theocriti octo priora Idyllia cum antiquis Grammaticorum commentariis, iis qui vulgati sunt per editiones, nunc paucioribus, nunc amplioribus, nonnullisque adeo ineditis [b]); tum Hesiodi Opera et Dies cum vetustis Moschopuli scholiis marginem occupantibus aliisque, cum grammatici tum rhetorici argumenti, inter lineas collocatis.

Hanc variarum lectionum congeriem textis verborum Hesiodi subiecimus; in qua describenda, ordinanda, disponenda et cum Robinsoniana collectione, tam notis inserta, quam ad calcem editionis prolata, coniun-

b) vid. Ioh. Bern. Koehleri criticum p. 26. Emendatt. et Notae in Theo-

ingenda, adiuti sumus diligentia et industria Christiani Danielis Beckii Lipsiensis, Viri Clarissimi humanitateque, ingenio et rectissimi studii laude praestantis: qui ipse non solum Aldinae, ab recentioribus editoribus prorsus neglectae, editionis collationem, a Schmidio P. R. tantum inchoatam, perfecit, sed et in Clerici exemplo ad Robinsonianum conformando et praelis typographorum aptando, praeclaram operam nauauit.

Sed cum Robinsoniana editio, variorum notas vt tituli inscriptio habet, siue, vt praefationis verba dicunt, plurimas tantum exhibeat adnotationes doctorum quas integras Clerici editio continet, faciendum putauimus, vt tam communibus, quam propriis vtriusque contexendis, hanc nouam construeremus, ita quidem, vt etiam notarum quadam accessione augeretur. Adiecimus enim Ioh. Tob. Krebsii V. C., qui anno huius saeculi quadragesimo sexto Schreuelianum exemplum ad editionem Robinsoni recensuit, notas nonnullas, in quibus vel coniecturarum et emendationum viri docti in Obseruationibus Miscell. Doruillianis To. I. Vol. II. propositarum, rationem habuisset, vel alio modo intelligendae verborum sententiae profuisset.

Nec desiderari passi sumus Dau. Ruhnkenii animaduersiones, collectis, quae non solum priori ipsius epistolae Criticae, anno ɔɔɔɪɔccxlix editae et ex instituto Hesiodea tractanti, sed etiam alteri quae tribus post annis Lugduni Batauorum exiit, inessent ad Hesiodum pertinentibus; qui quidem solus inter interpretes huius Poetae, vestigia premit Graeuii, verissime affirmantis, operam se dedisse, vt iam detersis maculis, quae ei superiorum temporum barbaries adspersisset cultior prodiret. Qui tamen et ipse in varietatibus e codicibus suis enotandis summam diligentiam adhibuisse non videtur, neque vero loca obscura et male adfecta persanasse et satis collustrasse. Ista igitur Ruhnkenii, non admodum illa quidem multa, quoniam tamen laeto flore interiorum litterarum dilatantur, latius et disertius exposita, digressionibus quoque interiecis, quas longiores quidem excluſimus, seorsim, commodius vt legerentur, adiunximus. Paucula inserta sunt aliena, vel auctoribus laudatis, vel nobis tribuenda. Certe tali ingenio editores flagitabat Poeta, homines lectione, iudicio, enarratione et emendatione pollentes, hoc est vere Grammaticos, quam vim virtutemque in Clerico et Robinsono,

ſono, quos haud raro nugatores et ieiunos fuiſſe conſtat, ſane deſideramus. Nam Robinſonus quidem, etſi praeter chartarum et typorum illecebras, a ſe collectas dedit ex antiquis codicibus Anglicanis manu exaratis varias lectiones, e quibus Heſiodi cum lector tum editor haud parum proficiat; tamen ex inſtituto Poetam non tractauit, ſed locos nec admodum multos, nec nimis impeditos ſibi explicandos ſumſit. In eo tamen laudandus, quod plerumque dicta ſua veterum Grammaticorum auctoritate confirmauit. Quod autem *in rebus nihili* lectores ſe noluiſſe tenere ſcribit, indicare videtur, ſe non longe abeſſe ab eorum partibus, qui contemtu diſciplinae rationiſque Criticae, a cuius idoneo vſu alieni ſunt, ignauiae inſcitiaeque velamen quaerunt.

Proxima cura fuit, vt haec omnia quae daremus, quam emendatiſſima prodirent, carerentque naeuis, quibus Clerici editio prorſus obſita eſt, in notis potiſſimum, quibusque vel Anglicana ipſa deformatur. Inter haec ſimul disiectis paſſim et temere locatis, ſuum locum reddidimus; veluti etiam I. A. Fabricii de ſcriptis Heſiodi diſputatis, quae commodius videbantur eo, quo nunc ſunt ordine, legi. Cum iſta in cauendis mendis diligentia,

coniuncta est mundities chartarum ea, is typorum nitor, vt vel elegantissimi spectatores et iudices, nihil facile in hac parte reprehensuri sint.

Opus fortasse fuerat, vt, quidquid vel ex instituto perscriptum, necdum editum [i]), vel vspiam per libros sparsum nouissemus a Viris doctis ad illustrationem Hesiodi prolatum, id colligeremus, sed et tempore destituebamur, neque res arbitrii nostri fuit. Solent enim librarii et conductores, certam libris suis molem numerumque pagellarum, quem excedi non patiuntur praefinire, et qui ipsis praestant operam, eos sui iuris esse non sinere. Deinde etiam aliam prorsus faciem, haec nostra, quam accepisset a Robinsono, editio habitura fuisset, quam seruare et reddere propositum erat; qua de caussa in Pasoris quoque Indicis locum, Robinsonianum recepimus.

Latina vero interpretatio post Graeuium a multis et ab ipso demum Robinsono interpolata, qualiscunque esset, relinquenda fuit. Semel meminimus ineptum illud: *manibus caris*, quod

[i]) Francisci Nansii in Hesiodum annotationes, aliquot libellis comprehensae, indicantur in Catalogo bibliothecae Lugduno-Batauae p. 191.

quod is reduxerat, nos eieciſſe. Apertum eſt hoc genere laboris aliis iniuriam fieri, recte ab ipſis ſcripta corrumpendo, quod ſaepe fit a ſciolis et imperitis; nec gratiam laudemque referre, qui a ſe recte excogitata alteri inſcio largiatur. Multo facilior et ſuauior opera eſt, totam nouam conficere alicuius libri interpretationem, quam veterem expurgare. Quapropter etiam Graeuium, quem, quod non omnes ex ea errores ſuſtulerit, accuſant, a crimine negligentiae, ſaltem in hac parte, facile abſoluerim.

Neque vero nobis integrum fuit, Graecos Poetae Interpretes, eodem tempore et vna eademque opera lectoribus dare. Sed ſequetur fortaſſe hoc volumen aliud, quo iſtorum magiſtrorum commentarii, adhibitis vel codicibus ſcriptis, vel veterum Grammaticorum libris, cum editis, tum ineditis [k]), vel Trincauelli, cuius nomen etiam aliis ſcriptoribus diligenter editis nobilitatum eſt inter eruditiores, editionis ope diligentius, quam in Heinſiana dantur, con-

[k]) Horum in numero eſt is, cuius Συναγωγὴ λέξεων συλλεγεῖσα ἐκ διαφόρων βίβλων, gloſſas etiam Heſiodeas continens, indicatur a Montefalconio Catal. bibl. Coiſlin. p. 238. Item λέξεις ex Heſiodo, quae commemorantur ibidem p. 502.

ſtituti prodeant. At vero non ignoramus, hoc in genere ſtudium, diligentiamque et operam promiſiſſe ſuam Ioh. Bernardum Koehlerum, V. C. Lubecenſem, qui ante quindecim circiter annos *de noua editione Heſiodi adornanda conſilium* Kiloniae edidit; quod ſcriptum inſertum eſt Actis Eruditorum Lipſiae publicatis A. CIↃIↃCCLXIV. p. 89. ſqq., in quo recenſum agit codicum ſcriptorum bibliothecae Regiae Pariſinae potiſſimum, quos refert a ſe inſpectos et cum Heinſiana editione collatos, tum etiam mentionem facit aliorum, vel e Britannia, vel aliunde ſperandorum, rei recte gerendae praeſidiorum. Caetera quoque demonſtrant, in iſta cura, ſumma cum diligentia, minima feſtinatione eum conſtituiſſe verſari. Cuius conſilii ad effectum venturi, quia longior mora ſpem dubiam faciebat, hanc interea prodidimus editionem, ſuas profecto dotes, ſua vtique decora et fundamenta editionis locupletioris, quae ſunt in varietate lectionis, habituram. Scripſi Lipſiae Calend. Maiis A. C. CIↃIↃCCLXXVIII.

THO.

REVERENDISSIMO IN CHRISTO PATRI

IOANNI POTTERO

PROVIDENTIA DIVINA

ARCHIEPISCOPO CANTVARIENSI

THOMAS ROBINSON.

Ni animi tui moderationem, Pater Reuerendiſſime, iam diu perſpectam exploratamque habuiſſem, deterruiſſet me tum locus, quem ornas, in Eccleſia celſiſſimus, tum fama Tua in literato orbe celebratiſſima, ab ambitione illa qua ardebam, vt hic libellus venerando Tuo nomine inſignitus prodiret. Sed cum iſtam recolo humanitatem Tuam, iſtam manſuetudinem, et ſumma grauitate conditam ſuauitatem, quam omnes amant, dum maxime reuerentur; virtutibus Tuis eſſem iniurius, ni hoc munuſculum haud Tibi penitus ingratum, hoc tributum iſtorum Tibi ſtudiorum principi acceptum fore ſperarem. Tu enim ille es, quem Graecis literis addicti ducem ſuſpicimus, huiuſmodi vectigalia exiſtimantes iuſtiſſima lege perſolui Tibi, ex cuius theſauro ditiſſimo magnam noſtrarum opum partem accepimus. Libenter quidem ſoleo, Praeſul doctiſſime, priſtina Tua ſtudia in memoriam revocare, et praeterita illius vitae contemplari ſpatia, cuius nullum non ſtadium pulcherrimis notis diſtinctum conſpicitur. Cum illa tamen mihi aetas adſit, illa iam munera acceſſerint, quae animum meum non

vnice ad Te humanarum literarum ſcientia excellentem, ſed ad ſapientem conſtantemque Virum, ad conſummatum Theologum, ad Antiſtitem ſanctiſſimum, debent conuertere; quantas Tibi gratias agam, qua voce praedicabo benignitatem tuam, qui mihi tale exemplar non e longinquo, admirari, ſed propius quandoque intueri conceſſeris? Orbi tamen Chriſtiano gratulor lumen illud Tuum in ſummo iam faſtigio collocatum. Faxit Deus, vt id multi ſuſpicientes, Coeleſti Patri gloriam tribuant; multique adeo, heu! nimium multi, omni doctrinae vento circumlati, et fidei naufragio periclitantes, illius radiis in veritatis portum dirigantur!

Me vero, Pater Colendiſſime, benedictioni Tuae commendo, precibuſque plurimum valituris; vt, cum ſacroſancto Tuo miniſterio ad ordines Sacerdotii, ad gradus Theologiae euectus fuerim, pars aliqua illius ſpiritus, quem tibi abundanter afflauit Deus, ex impoſitione Tuarum manuum in me deſcendat. Dabam in Burgo Sancti Petri Cal. Iuliis, MDCCXXXVII.

LECTO-

LECTORI S.

En Tibi, Lector erudite, in manus trado Poetam omnium forsan, qui iam extant, post sacros, vetustissimum, editione, ni fallor, vtili et luculenta; a qua quid Tibi expectandum sit, in ipso limine Te velim certiorem facere.

Vt textus Graecus quam emendatissime prodiret, praecipuam curam adhibui, Codices MSS., quos potui comparare, cum libris impressis conferendo. Ex his vnum mihi suppeditauit Codicem Bibliotheca Bodleiana, qui integram Theogoniam exhibet, alterumque dimidia pene parte spoliatum, cuius tamen eo leuior est iactura, quod illum a priori Codice tam parum discrepantem deprehendi, vt alter ab altero descriptus videatur. Tertii autem, idem Poema integrum conservantis, a celeberrima Societate Regia Londinensi, in cuius Bibliotheca est repositus, vsum impetraui. Operum et Dierum quatuor exemplaria MSS. versaui, tria nempe Bodleiana, vnumque Regiae Societatis; porro varias lectiones Codicis Coisliniani, ex bibliotheca, quae Cancellarii Seguerii fuit, cum editione Clerici a se collati, humanissime ad me transmisit senex longe doctissimus, ordinis sui patriaeque decus, *Fr. Bernardus Montfaucon.* Scuti Herculis vnus, quem sciam, Codex est in Anglia; ille autem in bibliotheca pretiosissima Nobilissimi *Comitis Oxoniensis* conseruatur, ad quam cum domini liberale ingenium literatis viris aditum facilem patefaciat, varias ex hoc Codice lectiones a se collectas mecum communicauit eruditissimus amicus *Thomas Hutchinson*, qui Xenophonteis Κύρου Παιδείᾳ et Ἀναβάσει adornandis tam felicem industriam adhibuit, vt reliqua elegantissimi auctoris scripta aequissimo iure literatus orbis ab illo postulet, quippe qui alios omnes ab hoc opere suscipiendo deterruit.

Quid commodi ex hoc meo amicorumque labore perceperim, Te Notae docebunt, in quibus Codicum omnes animaduerti varietates, quae ſpem aliquam melioris lectionis adferrent; earum vero nonnullas, quamvis in emendationes incertas minime procliuis, vel in ipſum textum admittere, Lectore ſemper monito, non dubitaui. Omnes autem varias lectiones ad calcem voluminis exhibui, ne ſagacibus ingeniis materia deſit, vel repetito labore perquiratur, in qua ſe et Heſiodum futuris temporibus exerceant.

Verſionem Latinam, quae in Clerici editione vſurpatur, ad examen reuocaui, eamque plurimis in locis correxi, vbi ab auctoris ſcopo aberrare, eiuſue ſenſum infelicius interpretari viſa eſt.

Certamen Homeri et Heſiodi verſione Latina, quam numquam antea, quod ſciam, ſortitum eſt, donaui. Fragmentorum collectioni nonnulla addidi, quae priorum Editorum induſtriam fugerant. Integras Dan. Heinſii, et I. G. Graeuii Lectiones, plurimas Clerici, Guieti nonnullas exhibui; obſeruationibus quibuſdam propriis ſubinde interſperſis; facilem, vt opinor, veniam impetraturus, quod operoſis Commentariis in res nihili patientem Lectorem nollem praegrauare.

Toti autem Operi praemittitur Diſſertatio, in qua de vita et ſcriptis, praecipue vero de aetate Heſiodi agitur. De illa quidem ſtatuenda maximae ſemper inter doctos lites interceſſerunt, ex quorum ſcriptis, tam antiquis quam recentioribus, excerpſi omnia, quae ad huiuſce rei illuſtrationem facere videbantur; cunctorum inter ſe collatis argumentis, et adiectis, vbicunque eſſet opportunum, propriis obſeruationibus, ſi quo pacto veritas erui poſſit.

Cum vero nonnullorum fuerit opinio, hanc litem ratiociniis Aſtronomicis dirimi potuiſſe; ne quid huius operis integritati deeſſet, in conſilium aduocaui amicum longe doctiſſimum, *Ioſephum Atwell*, S. T. P. qui calcu-

calculum Aſtronomicum ſolita ſua induſtria et acumine a ſe factum, Diſſertationi noſtrae inſerendum tranſmiſit.*) Maximam inſigni viro gratiam habeo, quod mecum non dedignatus ſit hancce ſtudiorum ſocietatem inire, nec paginae meae nomen praefigere, quod etiamnum celebre in literato orbe, breui futurum eſt celeberrimum.

Denique, quod haec editio ad vmbilicum adducta ſit, ſingulari debeo amicitiae viri ingenio et politiori doctrina praecellentis, *Roberti Eden*, Collegii Vniuerſitatis ſocii, et iuuentutis ibidem Rectoris praeſtantiſſimi; qui grauiſſimis ſuis occupationibus tempus aliquod negotiis meis impendendum furripuit, nec, me abſente, preli moleſtiam ſuſcipere recuſauit.

Vnum iam reſtat, vt, hac data occaſione, gratum animum deuotumque teſter erga Venerabilem Praeſulem *Robertum Clauering*, *Epiſcopum Petriburgenſem*, qui me per plures annos fauore ſuo et amicitia ornatum voluit; nec indignum prorſus exiſtimauit, cui in Eccleſia ſua Cathedrali Canonicatum conferret. Paribus me officiis deuinctum profiteor viris ornatiſſimis, quondam fratribus, iam vero patronis meis colendiſſimis, *Cuſtodi et Sociis Collegii Mertonenſis*, qui me, dum hoc opuſculum meditabar, in amabili et florentiſſimo ſuo domicilio alebant, nec abeuntem dimiſerunt indotatum. Huiuſce quidem noſtrae neceſſitudinis mihi ſemper erit iucunda recordatio; iucundior tamen, ſi aliquod demum opus elaborauero, quod tantae domus nomini et ſplendori melius conueniret.

*) *In Anglicana editione ſubiicitur*: Incipit p. 21. deſinit p. 30.

NOBILI ATQVE ILLVSTRI

VIRO

CHRISTOPHORO CODRINGTONO

INSVLIS,

QVAE LEWARDICAE DICVNTVR,

IN AMERICANO OCEANO,

PRAEFECTO

S. P. D.

IOANNES CLERICVS.

CVM munificentia Tua, VIR ILLVSTRIS, nuper aucta esset exigua mea supellex libraria; coepi dispicere ac reputare mecum, quanam tandem ratione, gratum erga Te animum testatum facere possem. Haud ita multo post *Hesiodum*, curis meis nonnihil illustratum, typis describendum dedi; nec putaui me commodiorem occasionem nanciscì posse, qua Tibi gratias agerem. Eum ergo nunc editum ad Te mitto, in Lewardicis insulis agentem; vt id tempus, quo ab grauissimis administrationis Tuae curis conquiescis, si Tibi videatur, aliqua ex parte iucundius Tibi faciat; dum Te huius saeculi oblitum ad antiquissimas Graeciae origines transfert, et leniſſimae poeseos suauitate demulcet. Nisi scirem Te multo facilius laude digna facere, quam laudes licet meritas audire; extollerem hic cum ceteras eximias animi Tui dotes, tum etiam amorem, quo et Libros et Librorum amantes prosequeris, et quem pulcherrime, at contra plerorumque morem, cum rei militaris peritia coniunxisti. Pauciſſimi sane eorum,

eorum, qui militarem gloriam ſequuntur, vllo in loco aut Litteras aut Litteratos habent, quaſi barbariem vitae eorum inſtituti comitem eſſe oporteret. Quibus ſi obiiciamus laudatiſſimos illos duces Graecos et Romanos, qui non minus exculti Litteris, quam bellicarum rerum periti fuerunt, exempla, quaſi vetuſtate temporis morumque mutatione euanida et obſoleta, repudiant. At quid dicent, cum Te, Tuique ſimiles, qui ſaeculum noſtrum exornatis, opponemus eorum ſtolidae ignorantiae, qua propemodum gloriantur? Nimirum, neceſſe erit homines tacere: quemadmodum et me nunc oportet ſilentio quae dicenda haberem premere, ne modeſtiae Tuae grauis ſim. Itaque deſinam voto, quo Te, VIR NOBILIS, Inſulas Anglicanas, quibus praees, ſaluum atque incolumem feliciter tueri; dein, exacto adminiſtrationis tempore, integra valetudine in Europam ac patriam redire optabo; Deumque, quae pretioſiſſima mortalibus largitur, ea vt in Te copioſiſſime omnia effundat orabo. Vale.

Dabam Amſtelodami, Calendis Ianuariis, quibus decimum octauum a Chriſto nato Saeculum inchoatur.

LECTORI

S. P. D.

IOANNES CLERICVS.

Paucis dicam, LECTOR, quid in hac *Heſiodi* editione praeſtare conatus ſim, ne te grauioribus forte occupatum negotiis diutius aequo diſtineam, neue ipſe tempus in aliis collocandum fruſtra teram. Cum ante aliquot annos *Heſiodi Theogoniam*, in gratiam ſtudioſorum adoleſcentium, interpretatus eſſem, vt Graecae Mythologiae myſteria iis panderem, et notulas in chartam meas conieciſſem; fuerunt qui eas edi potius oportere, quam manu deſcriptas volitare exiſtimarunt. Quibus non grauatim adſenſi, cum praeſertim haberem praelectiones Patris mei *Stephani Clerici*, in *Operum et Dierum* aliquam partem; quibus additis, ferme totus Poeta Aſcraeus illuſtrari poterat. Itaque excerpſi, ex paternis ſchedis, quae excerpenda viſa ſunt; alia enim multa habebat in vſum tironum, quae neceſſe non erat in publicam lucem protrahi, cum praeſertim alii pleraque iam praecepiſſent. Cum vero integrum Poema Pater meus non illuſtraſſet, reliqua addidi, vt et pauca quaedam in *Clypeum Herculis*, aut ex meis ſcriniis petita, aut quae a viris doctis obſeruata memineram. Fragmenta etiam Latine verti et tumultuariis notulis illuſtraui auctiora, in hac editione, cura doctiſſimi viri *Ioan. Georgii Graeuii*. *Heſiodum* ipſum ex eius editione deſumſi, emendataque multis in locis verſione Latina, notas *Ioſ. Scaligeri*, *Dan. Heinſii* et *Franciſci Guieti*, vna cum noſtris, in ima pagina ſubieci.

Alterum volumen totum alienum eſt, quippe quod conſtat *Lectionibus Heſiodeis* viri eruditiſſimi, auctioribus et emendatioribus; *Dan. Heinſii Introductione in doctrinam Operum et Dierum;* et Indice *Georgii Paſoris* huic editioni aptato, et obiter multis in locis emendato. Is Index erit Eruditis non inutilis, ad quaerenda

Heſiodi

Heſiodi loca; Indoctis vero vtiliſſimus ad intelligenda Poetae verba, quamuis varia a doctioribus in eo merito carpi poſſint.*) Haec omnia ſi iungantur, non erit cur aliae editiones *Heſiodi*, ab iis qui cupient Poetam intelligere, requirantur. *Heinſii* quidem labores magni non facio, quem paſſim aberraſſe puto, et inanes argutias captaſſe; ſed propter viri famam, non fuerunt omittendi, et ſunt in iis nonnulla quae legiſſe non poenitebit.

Erunt forte qui cupiant me rationem reddere inſtituti mei, in explicanda Mythologia ex Lingua Phoenicia, antiquiſſimiſque Graeciae hiſtoriis; omiſſis omnibus allegoriis, niſi ſi quae forte manifeſtiſſimae ſunt. Verum ſingulari opuſculo res indigeret, ſi foret copioſius exponenda, quod omnino fieri deberet, ſi omnis dubitatio animis eſſet euellenda; at hoc nunc quidem aggredi non vacat. Serias occupationes et grauiora ſtudia eiuſmodi amoenitatibus interdum, ſi Deus vitam et valetudinem conceſſerit, interpungemus; eo libentius quod, vt inſignis Criticus egregie dixit, *regnant alibi familiae et vocabula factionum, opiniones pro ſacramento ſunt, et fateri poſſe in melius profici nefas habetur;* hic vero ſibi indulgere, diſſentire ab aliis et errare etiam ſemper licuit et, niſi fallor, poſthac etiam licebit. Vale.

Dabam Amſtelodami, ineunte Saeculo a Chriſto Nato decimo octauo.

*) Et hanc ob cauſſam, et quia minores fere editiones additum habent, nos eum removendum duximus.

VIRO CLARISSIMO

BONAVENTVRAE VVLCANIO,

GRAECARVM LITTERARVM PROFESSORI ET INTERPRETI

S. D.

DANIEL HEINSIVS.

Non ignoras, Vir Clariſſime, Heſiodum maiori olim forma editum a nobis fuiſſe: in qua veteres Poetae illius Interpretes coniunxeramus. Qua in re praeclaram a te nobis operam nauatam memini. Ioannis enim Tzetzae, Grammatici non plane contemnendi, gloſſas aliquanto auctiores, ſingulari quadam humanitate nobis ſuppeditaueras. Dederamus autem operam tum temporis, vt ſuauiſſimos et auro contra non caros, Operum et Dierum libellos illuſtraremus: quod in iis veſtigia veteris illius ſanctiſſimae Philoſophiae primi obſervaſſe nobis videremur, quam, Pythagoras et Plato poſtea excoluerunt. Quae res ita grata, vt pote in adoleſcente, viris maximis tum fuit, vt quam ex ſcribendi genere extemporaneo, neque elaborato, ne ſperaueramus quidem, eam nobis ita cumulate laudem tribuerent, vt admittere eam vel putiditas vel mera eſſet inverecundia: quod putarent noua eſſe omnia, ſed quae antiquiſſimo ſcriptori lucis haud parum adferrent. Cum autem iterum minore hac facie, ſine veterum interpretatione, Heſiodum ſub praelum reuocarent operae, feci quod petebant. Verſionem aliorum correxi: quaedam etiam in meis emendaui. In quibus non ſine admiratione quaedam repperi, quae per feſtinationem operarum tum commiſſa, neceſſario erant emendanda: cum nec Graeca eſſent, nec Latina. Vt anachroniſmum omittam, qui in Prolegomenis quae hic non comparent,

rent, mutatione numerorum, quod non raro accidit typographis, in aetate Tzetzae, erat commissus. Ceterum in reliquis, quae tum rudi, vt est vetus verbum, Minerua conceperam, nihil admodum mutandum putaui: ne eam, quae praecipue tum placuit, simplicitatem incrustarem. Libuit autem hic te affari, cui et tum partem aliquam illius operis inscripsi, et nunc quantum debeam, non pudet profiteri. Quis autem excellentem tuam huius linguae peritiam ignorat, nisi qui est prorsus τῶν βεβήλων? Agathiam et Callimachum qui legunt, Romanum in altero historicum, in altero habent Poetam: ita tamen vt in neutro desiderent Interpretem. Ne de aliis hic dicam. Mihi autem maxima voluptas fuit, cum purissimum scriptorem, et qui optima virtutis continet praecepta, de nouo essem editurus, statim in ipso limine pietatem erga praeceptorem profiteri. Vt et hoc quoque inter reliqua Hesiodi praecepta discat iuuentus. Vale, Vir Clarissime, et me ama.

HESIODI VITA

EX LILII GYRALDI, DE POETARVM HISTORIA, DIALOGO II.

De Homero iam ſatis. A quo non longe abfuit ſenex, ruſticana agreſtique facie. Iamdudum, inquit Piſo, Heſiodum nobis affers. Ipſum, inquam, profecto Heſiodum, quem et aliquo tempore cum Homero floruiſſe accurati quidam prodidere ſcriptores, alicubi licet Cicero noſter Homerum longe faciat antiquiorem. Vetus certe diſceptatio inter Grammaticos, Gellio et Seneca et Pauſania teſtibus, vter aetate praeceſſerit: qua de re et dialogos duos Ponticus Heraclides ſcripſit, et Cyrillus libro primo contra Iulianum Caeſarem, centeſimo, inquit, LX. et quinto anno poſt captam Troiam, Homerum et Heſiodum fuiſſe dicunt, et reliqua. Tum paullo poſt ſubdit idem Cyrillus: Tradunt autem quidam, quod Homerus non fuit coaetaneus Heſiodi, ſed in illis fuerit temporibus, regnantibus apud Hebraeos Azaria et Ozia, apud Medos Arbace, apud Latinos autem Proca Syluio, ante ſcilicet conſtitutionem Olympiadum. Quae cum dixiſſem, nos, inquit Piſo, ſummopere auemus de te audire, quae tu aſſidua lectione ſuper hac re annotaueris. Quibus ego, libenter ſic agam, inquam, remque ideo altius aliquanto repetam. Porphyrius enim et plerique alii, Heſiodum Homero iuniorem annis centum faciunt, atque ante primam Olympiadem. Quam opinionem ſequi videtur Solinus, qui ita ſcribit: Inter Homerum et Heſiodum Poetam, qui in auſpiciis Olympiadis primae obiit, centum XXX. anni interfuerunt. Alii eadem Homeri aetate floruiſſe ſcriptum reliquere. quam opinio-

opinionem et Philoſtratus habuiſſe videtur. Et Velleium non damnandus hiſtoricus, (tametſi quidam inſulſe nullum fuiſſe Velleium ſuſpicantur) et M. Varro in primo de imaginibus, vt eſt apud Gellium, Non eſt, inquit, dubium, quin aliquo tempore eodem vixerint Homerus et Heſiodus: idque ex epigrammate comprobat, quod in tripode inſcriptum fuerat, qui in Helicone Muſis poſitus erat. Epigramma quod apud Dionem legi, et inter Graeca epigrammata, tale eſt:

Heſiodus poſuit Muſis Heliconibus iſtum,
Cum cantu vicit diuinum in Chalcide Homerum.

Graecum vero ſi mauultis, hoc eſt:

Ἡσίοδος Μούσαις Ἑλικωνίσι τόνδ' ἀνέθηκε,
Ὕμνῳ νικήσας ἐν Χαλκίδι θεῖον Ὅμηρον.

Verum vbi in hunc ſermonem incidimus, hanc vobis, vtcumque meis verbis potero, hiſtoriam ex Plutarcho recitabo, qui eam tum in quinto Sympoſiacῶν attigit, tum in eo, quod Septem Sapientum conuiuium inſcribitur, copioſe explicauit. Homerus, inquit, et Heſiodus in Oelyci Theſſali exſequiis et Amphidamantis Chalcidenſis, carminibus certarunt, qua in re dubia atque anceps iudicum fuit ſententia. Conuerſi, inquit, ſunt ad huiuſmodi interrogationes, et propoſuerunt inanes, vt aiunt, quaſdam nugas. (ſi modo recte interpretamur, ὡς φασὶ λέσχας, non ὡς φησὶ λέσχης, vt paſſim legitur: non tamen decerno, conſcius et Leſches nomen eſſe proprium Poetae Lesbii) Homerus quidem ſic:

Muſa mihi referas, quae non vmquam ante fuere,
Neue futura retro.

Tum vero ex tempore reſpondit Heſiodus:

Verum cornipedes quando Iouis ante ſepulcrum
Feſtinantes propter palmam plauſtra terebant?

Ob hoc ferunt Heſiodum maximae omnibus fuiſſe admirationi, atque tripodis praemium adſecutum. Sed Graeca, inquit Piſo, ipſa carmina audire cupio: dure enim admodum et incondite ea vertiſſe videris. Audite ergo

ergo ea Graece, inquam, non enim eo inficias quod ais. Homerus quidem ita:

Μοῦσά μοι ἔννεπε ἐκεῖνα τὰ μήτ' ἐγένοντο πάροιθεν,
Μήτ' ἔσαν μετόπισθεν.

Sic vero Hesiodus:

Ἀλλ' ὅταν ἀμφὶ Διὸς τύμβῳ καναχήποδες ἵπποι
Ἄεθλα συντείνωσιν ἐπειγόμενοι περὶ νίκης.

Porro ne et hoc vos lateat, iudicem inter Homerum et Hesiodum Panidem Chalcidis regem fuisse, res vsque in prouerbium deducta ostendit, Πανίδα ψῆφος, Panidae suffragium: quod in eos ferri solet, qui inerudite minusque sapienter iudicant. Pulcre, inquit Piso, et sane simul monstrasti, eadem Homerum et Hesiodum aetate fuisse: sed nihil vetat quominus eadem diligentia reliquam eius Poetae vitam, ab Atticis vsque litteris (quod aiunt) nobis repetas. Faciam id libenter, inquam, quando parum hoc a nostris hactenus hominibus est, quod sciam, factum. Hesiodi igitur nomen, vt ab hoc incipiam, a caste et pudice loquendo deductum videtur, παρὰ τὸ ἧσιν ἅδω. Patria vero illi Cuma: quae vrbs inter Aeolicas numeratur, ante Lesbum sita. Num tu, inquit Piso, Hesiodum Ascraeum fuisse negas? eo enim nomine a Graecis et Latinis vocatur. Recte tu quidem, inquam; sed si me vos audire volueritis, qua id ratione factum intelligetis. Hesiodi quidem patria Cuma fuit Aeolica, vt ab Herodoto, Strabone et Stephano traditum est. Valerius quoque Probus, non alium, quam Hesiodum, intelligere Virgilium autumat, illo carmine:

Vltima Cumaei venit iam carminis aetas.

Quod scilicet Hesiodus Cumaeus primus aetates ex metallis commentus est; vt liquido videtur in eo, quod Ἔργα inscribitur, poemate. Natus ergo Hesiodus Cumae, patre Dio Ampelidis filio, qui ex Menalopo Ithagenaeo Critonis filio natus erat, matre vero Pycimede: qui vtique parentes aere alieno oppressi, cum vnde dis-

solue-

ſoluerent nomina non haberent, in Aſcram Boeotiae vicum demigrarunt, vbi eſt puer Heſiodus educatus, atque inde Aſcraeus cognominatus. Plutarchus ex Ephori Cumaei ſententia refert, Attellen, Maeona, et Dion, Cumaeos, fratres fuiſſe, quorum Dius, quem nauticam exercuiſſe comperi, ob eam quam attulimus cauſam, in Aſcram migrauit; vbi (ait) Pycimeden vxorem duxit, ex qua natum ferunt Heſiodum: qui dum paterna armenta puer cuſtodiret, a Muſis amatus fuiſſe perhibetur: quae illi guſtandam laurum dedere: eam enim lauri naturam eſſe ſcribit ipſius Poetae Interpres Proclus, et Iſaacius Tzetzes, vt qui eam mandunt, vates fiant: vnde et Lycophron Poeta ea cauſa δαφνηφάγον vatem nominat. Idem et in Caſſandra Sophocles. Et noſter Tibullus agens de Sibylla:

Vera cano, ſic vſque ſacras innoxia laurus
Veſcar, et aeternum ſit mihi virginitas,

Aphthonius quoque rhetor, laurum vaticinii ſymbolum eſſe prodidit: quare et laurum ipſam veteres μαντικὸν φυτὸν appellauere, hoc eſt, vaticinam plantam. Et Claudianus ait:

— — *Venturi praeſcia laurus.*

Eadem ratione Apollini ſacra dicitur, qui vaticinii Deus a gentibus eſt creditus. Quin et huius arboris foliorum crepitu, dum cremantur, antiqui futura (vtinam non et hoc noſtro tempore!) praedicebant: quod et Philoſophus Porphyrius credidit. Si enim magno ſtrepitu in igne crepuiſſent, felicitatem ſignificabant: ſi ſiluiſſent, vnde et tacita laurus eſt dicta, infelicitatem. Et perinde de illa idem Tibullus:

Laurus vbi bona ſigna dedit, gaudete coloni.

Et Propertius:

Et tacet exſtincto laurus aduſta foco.

Lauri inſuper folia, ſi noctu puluino ſubiecta fuerint, ſomniorum veritatem conciliare produntur. Dictam autem Daphnen, prodit Euſtathius, a δὰ particula intenten-

tenſiua, et φωνέω verbo: quod *voco* et *cano* ſignificat, quod laurus in igne poſita crepet et ſonet: vnde fortaſſe et ipſi nos Latini laurum deduximus, a λα, vt δα, particula intenſiua, et *uro*, vt ſi non voce, at ſignificatu conueniat. Si plura vero de lauro diſcere cupitis, praeter ea quae a noſtris traduntur, legite Parthenii librum Ἐρωτικῶν, et Conſtantini librum XI. de re ruſtica, quo loco plura leguntur parum Latinis nota. Sed iam a lauro ad Heſiodum reuertar, qui lauro guſtata, hauſtaque Hippocrenes vnda, repente Poeta prodiit. Id cum alii, tum ipſe de ſe in Theogonia cecinit. Quam rem ita Maximus Tyrius interpretatur, vt Heſiodum putet voluiſſe, quae ſui ingenii et artis eſſet foetura, in Deas referre, vt ſe Muſis gratum teſtaretur: vt ſi quis aerariam calleat, Vulcano tamen ſua aſſignet opera. Sed hac de re plura apud ipſum Maximum legetis. Delectatum quidem peregrinationibus Heſiodum legimus, ſicuti et Homerum: quam rem tamen in ſomnium quidam retulere. Alii, quod qui peregre proficiſcuntur, facilius prudentiam ceteraſque virtutes comparare exiſtimantur, quod mores ſcilicet hominum multorum videant. Vxorem quoque duxiſſe proditum eſt Ctemenen Phyſigei filiam, et ex ea Steſichorum Poetam natum. Alii non vxorem fuiſſe, et ob hanc ipſum Heſiodum occiſum. Nam cum de ſe ſcitatum oraculum Delphos iuiſſet, eique reſponſum foret, vt Nemeaei Iouis templum vitaret, quod ibi eſſet vitae finem habiturus, cumque ea cauſa Nemeam Peloponneſi fugeret, forte in Oeneonem Locridis peruenit, vbi Nemeaei Iouis templum fuerat, vt ſcribit Thucydides; quo in loco incautus ab Amphiphane, et Ganetore Phyſigei liberis interemtus eſt, quod ab eo vitiatam ſororem Ctemenen crederent. Cadauer ab iis in pelagum proiectum eſt: id quod cum occulte feciſſent, ab Heſiodi cane facinus eſt proditum, vt ſcribit Plutarchus. Alicubi tamen non Phyſigei filii, ſed Ganyctoris Naucletii dicti ſunt, vt in illo eſt, cui

titulus,

titulus, Quaenam animalia prudentiora, terreſtriane, an aquatilia. Pauſanias quoque, in Boeoticis, Heſiodi interitum ita recitat: Filii, inquit, Ganyctoris, Ctimenus et Antiphus, in Molycria ex Naupacto fugerunt ob Heſiodi necem, vbi in Neptunum impii exiſtimati ſunt, de illiſque eſt facta quaeſtio. et cetera quae ille proſequitur. Mortis Heſiodi cauſam Plutarchus ſic in Dioclis conuiuio explicat. Cum Mileſio, inquit, comite et Troilo puero Heſiodus apud quemdam hoſpitatus eſt, noctu Mileſius hoſpitis filiam vitiauit: rei conſcium Heſiodum rati puellae fratres, illum inter paſcua cum puero occiderunt, et cadauer in mare proiecerunt: pueri vero corpus in littore reliquerunt, a quo et loco nomen inditum. Ferunt, inquit, Deorum voluntate a delphinis cadauer ad littus delatum, vbi tum forte Neptunalia celebrabantur. Id ſcelus vbi incolae intellexerunt, interfectorum domos diruerunt; viuos ipſos, qui facinus admiſerant, aquis ſuffocarunt. Alii poſt diem tertium a delphine in littus cadauer deuectum tradunt. Re cognita, occiſores nauigatione ſibi conſulere volentes, vi coortae tempeſtatis ad vnum omnes deprehenſi, naufragio periiſſe dicuntur. Poſt haec Heſiodi corpus in Nemea Locridis ſepultum perhibetur, qua de re extat Alcaei Poetae carmen. Dein vero oraculo monente, eius oſſa exportata ab Orchomeniis, et in medio foro, hoc addito elogio, tumulata:

Ἀσκρη μὲν πατρὶς πολυλήϊος, ἀλλὰ θανόντος
Ὀστέα πληξίππων γῆ Μινυῶν κατέχει
Ἡσιόδου, τῦ πλεῖστον ἐν ἀνθρώποις κλέος ἐστὶν
Ἀνδρῶν κρινομένων ἐν βασάνῳ σοφίης.

Tum Picus puer: Cur non et hos Latine, vt alios verſus, nobis exprimis? Vt, inquam, noſter Piſo hos ipſe conuertat, et ego interea ad memoriam cetera reuocem. Et Piſo: Faciam equidem, inquit, vtcumque potero: et non diu cunctatus, ſic coepit:

Fertilis Aſcra quidem patria eſt: verum morientis
Pugnaces Minyae condita membra tenent
Heſiodi, cuius ſupra omnes plurima laus eſt,
Spectatoſque viros iudicio ſophiae.

Quos cum Piſo recitaſſet, mirum eſt quanto ſit rubore ſuffuſus. quod animaduertens ego, cauſamque intelligens, ſtatim ſubdidi. Legimus et Graecum alterum Pindari, quod ita noſter Caelius Latine vertit:

Salue cui puberes, tumuluſque bis obtigit vnus,
Tu ſapis Heſiode, quantum homini ſapere eſt.

Sed et Aldus ita prius:

Heſiode ante alios ſophia praeſtantior omnes,
Salue, bis quondam qui puer atque ſenex.

Graecum Pindari, ſi vultis, ſic habet:

χαῖρε δὶς ἡβήσας, καὶ δὶς τάφῳ ἀντιβολήσας
Ἡσίοδ', ἀνθρώποις μέτρον ἔχων σοφίης.

Verum iam tempus eſt, inquam, vt quae ab Heſiodo ſcripta ſint, commemoremus, ſi tamen prius illud vnum, quod in Graecis commentariis reperi, attulero ſuper ea in Ἔργοις verba, μήτ' ἐμὸς υἱός. Filius, aiunt, Heſiodi Mnaſeas eſt. Philochorus vero Steſichorum dixit ex Climene: ego tamen legendum puto, Ctemene, vt iam oſtendi. Alii tamen ex Archiepe: quo fit vt eos mirer, qui ſcribunt, Heſiodum praeter Steſichorum et filiam habuiſſe Mnaſeam nomine, quam Archiepen vocant alii. Porro ſexdecim Heſiodi legitima feruntur volumina: in primiſque Theogonia, a Philoſopho Zenone inter alios interpretata. Deinde Ἔργα καὶ ἡμέραι, id eſt, Opera et Dies. In quo opere de re ruſtica praecepta tradit ad Perſen fratrem, quem et ipſum Poetam aliqui ſcribunt. Sunt et qui putent, Ἠοίας μεγάλας, ſic vocata carmina, Heſiodi eſſe, vt Eunapius Graecus hiſtoricus, et in Boeoticis Pauſanias. quo loco et alia Heſiodi opera commemorat, de quibus iam ante plane meminimus. Poſthaec Aſtronomica ſcripſit, tum Hypothecas, quas tamen Fabius Quintilianus, ex Ariſtophanis Grammatici

tici ſententia, Heſiodi eſſe negauit. At vero Ariſtoteles et Grammatici nonnulli, vt Heſiodi legitimum opus, in medium afferunt. Scripſit item Heroum et Heroidum Genealogias: ad haec et de mulieribus: quo in opere Heroidas multas induxit virorum fortium nuptias, vt ait Seruius, optaſſe. Dion vero Chryſoſtomus ex Alexandri Macedonis ſententia, Heſiodum ea cauſa de mulieribus ſcripſiſſe dixit, quod Homero concederet, qui de heroibus ante ſcripſiſſet. Et quidem Lucianus ait, Heſiodum mulierum virtutes concinuiſſe. Tradit Pauſanias, Heſiodum vaticinandi artem ab Acarnanibus edoctum, de ea carmina ſcripſiſſe. Scribit Nicocles, quod et in Pindarum Grammatici notant, Heſiodum primum ἐραψῳδῆσαι, hoc eſt, per rhapſodias carmina ceciniſſe. At vero Heſiodus ipſe, ſe cum Homero in Delo in Apollinem huiuſmodi verſus primum concinuiſſe prodidit, dum ſic cecinit, vt pridie diximus:

In Delo tum primum ego Maeonideſque Poetae
Luſimus, inque nouis carmen cantauimus hymnis,
Auricomum Phoebum, quem Latona edidit alma.

Sed videte, rogo, quam ille dulcius ſuauiuſque ſua lingua:

Ἐν Δήλῳ τότε πρῶτον, ἐγὼ καὶ Ὅμηρος, ἀοιδοὶ
Μέλπομεν, ἐν νεαροῖς ὕμνοις ἐράψαντες ἀοιδήν,
Φοῖβον Ἀπόλλωνα χρυσάορον, ὃν τέκε Λητώ.

Scripſit item Heſiodus Pelei et Thetidis Epithalamium, ſicuti priori ſermone retulimus. Scripſit et de Dactylis Idaeis. Item Epicedium in Batrachum amicum, et quod adhuc legitur poema inſcriptum Herculis Scutum: quod tamen Ariſtophanes Grammaticus non Heſiodi eſſe ſuſpicatus eſt, ſed cuiuſpiam alterius, qui Homericum ſit imitatus. Megacles autem Athenienſis, et Apollonius Rhodius, Steſichoruſque, ipſius Heſiodi legitimum carmen eſſe cenſuere. Scripſit idem de Medicina. qua de re Plutarchus in Sympoſio Dioclis. Heſiodus, inquit, in Medicina plurimum valuit. quod ma-

nifeſte apparet, cum de victus ratione, de vini temperamento, de aquarum vi, de balneis, de foeminis, de temporum connexione, deque infantium ſtatu diſſerit. Et haec quidem Cleodemus medicus apud Plutarchum. Sunt et qui Heſiodum de herbis ſcripſiſſe tradant. quod ex Plinio colligitur. Nec deſunt qui Heſiodum ſcribant auctorem eorum apologorum, qui Aeſopi dicuntur. Quae ego cum dixiſſem, Vide, inquit Piſo, quam paucis carminibus M. Manilius in ſecundo Aſtronomicõn iſta fere omnia Heſiodi opera complectatur. Nam cum Homerum laudaſſet, mox ita de Heſiodo ſubiunxit:

— — *Sed proximus illi*
Heſiodus memorat diuos, diuumque parentes,
Et chaos enixum terras, orbemque ſub illo
Infantem, et primum titubantia ſidera corpus,
Titanas iuuiſſe ſenis cunabula magni,
Et ſub fratre viri nomen, ſine fratre parentis,
Atque iterum patris naſcentem corpore Bacchum,
Omniaque immenſo volitantia corpora mundo.
Quin etiam ruris leges cultuſque rogauit,
Militiamque ſoli, quod colles Bacchus amaret,
Quod foecunda Ceres campos, quod Pallas vtrumque,
Atque arbuſta vagis eſſent quod adultera pomis,
Syluarumque Deos ſacrataque numina nymphas,
Pacis opus, magnos naturae condit in vſus.

Cum recitaſſet hos verſus Piſo. Si velim, inquam ego, quaecumque omnia de Heſiodo legi, vobis in praeſentia recenſere, in longum nimis noſter ſermo procederet: quaedam tamen haud indigna relatu nequaquam praeteribo: Scribit inprimis Dialogum Lucianus, qui Heſiodus inſcribitur, in quo Heſiodum ipſum de ſe multa narrantem inducit, eumque ipſe, vt ſolet, irridet. Sunt et inter Graeca epigrammata in Heſiodum multa. Exſtat et apud Graecos prouerbium, de iis qui ſuperſeneſcunt, Heſiodia ſenectus: de quo et Pindari diſtichon legitur, quod ante ab Aldo et Caelio noſtro interpretatum

tum attulimus. Pythagoram ſcribit Philoſophus Hieronymus, cum ad inferos deſcendiſſet, Heſiodi animam vidiſſe ad columnam aeream ſuſpenſam adſtrictamque adeo, vt ſtridere videretur, et cum ea Homeri quoque animam ſerpentibus vndique incinctam; ea videlicet ſolummodo cauſa, quod de Diis falſa ſuis carminibus confinxiſſent. Quare factum puto, vt Ponticus Heraclides contra Homeri calumniatores librum illum ediderit, qui eſt inſcriptus, Allegoriae in iis quae de Diis ab Homero dicuntur, et reſponſiones in eius calumniatores. Videri enim, inquit, poſſet Homerus, Salmoneus, vel Tantalus, immoderatam atque intemperatam linguam habens, ſi quae de Diis cecinit, ſub alia ſignificatione, non intelligerentur. Et quidem de Homero Heraclides, quod et de aliis Poetis bonis, vt heſterna die diximus, intelligi poteſt. Sed tametſi excellentis ac prope diuini ingenii fuerit Heſiodus, non tamen ideo obtrectatoribus illum caruiſſe accepimus, ſiquidem iniquas aduerſum eum controuerſias exercuiſſe Cercopem legimus, in tantum excellentiſſimus quiſque aliquo detractore eſt vexatus. Homerus quidem, vt Zoilum mittam, a Siagro Poeta laceſſitus, Pindarus ab Amphimane Coo, Simonides a Timocreonte. Nec Virgilio Horatioque noſtris, defuere Parones, Maeuii, Bauii atque Suffeni, aliique, de quibus in noſtris his ſermonibus ſparſim, vt feret locus, plura dicemus. Sed et hoc Homeromaſtigων genus noſtro hoc tempore non minus, quam pridem, viget. Plures quidem nunc Critici et Zoili, quam verſificatores et Poetae. At de Heſiodo iam ſatis.

HESIODI VITA

E Fuluii Vrſini Elogiis deſcripta.

Heſiodum Dio patre, et Pycimede matre natum Olympiade prima, LX. ante Romam conditam annis floruiſſe, ex ſcriptoribus cum Graecis, tum Latinis, colligimus. Patria illi Cuma, Aeolicarum vrbium vna, vt Herodotus et Strabo annotarunt. Inde autem aere alieno oppreſſum patrem Dium migraſſe ferunt, Aſcramque Boeotiae vicum petiſſe; a quo Aſcraeum deinde Heſiodum dictum. Eius mortem, cum ſenex admodum eſſet, recitat Plutarchus in Dioclis conuiuio. Prouerbium inde factum, Heſiodea ſenectus. Heſiodo ſtatuam in publico Conſtantinopolino gymnaſio, quod Zeuxippi dicebatur, ex aere poſitam fuiſſe, intelligimus ex his Chriſtodori verſibus in lib. 5. Epigrammatum Graecorum,

Ἡσίοδος δ' Ἀσκραῖος ὀρεινάσιν εἵδετο μέσσαις
Φθεγγόμενος, χαλκὸν δ' ἐβιάζετο θυάδι λύσσῃ
Ἔνθεον ἱμείρων ἀνάγειν μέλος.

Quos Laurentius Gambara Brixianus ita in Latinum tranſtulit:

Heſioduſque choros Aſcraeus ſtabat agreſtes
Inter, Hamadryadum media ſublimis in aula:
Aerea et effigies fundebat ad aethera carmen.

Pauſanias quoque in Boeoticis Heſiodo ſtatuam aeream a Theſpienſibus in vrbis foro poſitam fuiſſe ſcribit. qui et aliam Heſiodo ſtatuam in templo Iouis Olympici collocatam narrat in rerum Eliacarum libro 1. De Heſiodo Velleius lib. 1. Huius temporis aequalis Heſiodus fuit circa centum viginti annos diſtinctus ab Homeri aetate, vir perelegantis ingenii, et molliſſima dulcedine carminum memorabilis; otii quietiſque cupidiſſimus, vt tempore tanto viro, ita operis auctoritate proximus, qui vitauit ne in id, quod Homerus, incideret; patriamque et parentes teſtatus eſt; ſed patriam, quia multatus ab ea erat, contumelioſiſſime.

DE

DE
HESIODI AETATE

EX IOHANNIS GERHARDI VOSSII LIBRO DE POETIS GRAECIS CAP. II.

Sic ſtatuimus nihil nunc antiquius habere Graecos poematis Homeri et Heſiodi, ſed quando hi vixerint, Veteres ipſi certant incerti. Heſiodum multo iuniorem Homero (*quem vixiſſe Olympiadum initio, vel paullo poſt, Romuli nempe temporibus; paucis ante oſtenderat*) Cicero putauit. Vti et Porphyrius ac Solinus, quorum ille annis c, hic cxxx poſt Homerum vixiſſe exiſtimat. Alii eo quod ſimplicior ſit antiquiorem fuiſſe coniectant. Plurium vero opinio eſt fuiſſe aequalem. Vt Varro in primo de Imaginibus, teſte Agellio, Plutarchus V. Sympoſiacon et VII. Sapientum conuiuio, item Philoſtratus. In eo diſſenſu ob plurium conſenſum, et quae de certamine Homeri ac Heſiodi prodita ſunt, maluimus nos aggregare iis, qui aliquo tempore ſimul vixiſſe exiſtimant. Non multum abit quod apud Cyrillum legas floruiſſe Heſiodum paullo ante primam Olympiadem, regnante in Latio Proca Syluio, vel quod alii floruiſſe dicunt Olymp. IV, vt eſt apud Euſebium in Chronicis. Apud quem etiam legas ad praecedentem Olympiadem floruiſſe tum Eumelum Poetam, qui Bugoniam et Europam ſcripſit. Fuerint igitur et Heſiodus et Eumelus aequales. Nec multum abit Tzetzes, qui Heſiodum refert ad Olymp. XI. Operae vero eſt attendere ad id, quod Heſiodus ipſe ſcribat, ſua aetate Arcturum ἀχρόνυχον in Boeotia exortum fuiſſe VIII. die Martii. vnde Poetae huius aetas in tantum ſaltem poſſit colligi, vt error ſi quis ſit ſaltem intra 70. annos ſit conſtituruſ,

ſtiturus, ſicuti obſeruat Ioſ. Scaliger in Euſebianis animaduerſionibus, num. MCCLV.

Ἐκ τῶν Σουίδα.

Ἡσίοδος Κυμαῖος, νέος δὲ νομισθεὶς ὑπὸ τοῦ πατρὸς Δίου, καὶ μητρὸς Πυκιμήδης, ἐν Ἀσκρῃ τῆς Βοιωτίας. Γενεαλογεῖται δὲ εἶναι τοῦ Δίου τοῦ Ἀμπελίδου τοῦ Μελανώπου. ὃν φασί τινες τοῦ Ὁμήρου πρόπατορος εἶναι πάππον, ὡς ἀνεψιάδην εἶναι Ἡσιόδου τὸν Ὅμηρον. ἑκάτερον δὲ ἀπὸ τοῦ Ἄτλαντος καταγεσθαι. ποιήματα δὲ αὐτοῦ ταῦτα, Θεογονία, Ἔργα καὶ Ἡμέραι, Ἀσπὶς, Γυναικῶν κατάλογος ἐν βιβλίοις ε'. Ἐπικήδειος εἰς Βάτραχόν τινα ἐρώμενον αὐτοῦ. Περὶ τῶν Ἰδαίων Δακτύλων. καὶ ἄλλα πολλά. Ἐτελεύτησε δὲ ἐπιξενωθεὶς παρ' Ἀντίφῳ καὶ Κτιμένῳ· οἱ νύκτωρ δόξαντες ἀναιρεῖν φθορέα ἀδελφῆς ἑαυτῶν, ἀνεῖλον τὸν Ἡσίοδον ἄκοντες. ἦν δὲ καὶ Ὁμήρου κατά τινας πρεσβύτερος. κατὰ δὲ ἄλλους, σύγχρονος. Πορφύριος καὶ ἄλλοι πλεῖστοι νεώτερον ἑκατὸν ἐνιαυτῶν ὁρίζουσι.

Ex Suida.

Heſiodus Cumaeus. Ceterum a patre Dio et Pycimede eius matre, in Aſcra, translatus eo, vixit. Genus ac familiam illius ab Ampelide Dio, Melanopi filio deducunt. Quem nonnulli Homeri abauum fuiſſe volunt. Vt Heſiodi conſobrini filius fuerit Homerus. Vtrumque autem ab Atlante volunt oriundum eſſe. Eius autem haec ſunt poemata: Opera et Dies, Scutum, Mulierum Catalogus, libris quinque. Epicedium Batrachi, quem in deliciis habuit. De Dactylis Idaeis. Alia item multa. Obiit autem, cum ad Antiphum et Ctimenum hoſpes diuertiſſet. Qui cum noctu ſororis ſuae ſtupratorem tollere ſe exiſtimarent, Heſiodum ignari ſuſtulere. Fuit autem Homero, vt quibuſdam videtur, antiquior. Alii eadem tempeſtate vixiſſe autumant. Porphyrius, et alii, centum omnino poſt annis floruiſſe tradunt.

Ex

Ex Halicarnaſſenſi Dionyſio.

Heſiodo autem magna voluptatis fuit cura, tum aequabilem dictionem accuratamque amat compoſitionem.

Ἐν τῶν Διονυσίῳ τῷ Ἁλικαρνασσέως.

Ἡσίοδος μὲν γὰρ ἐφρόντισεν ἡδονῆς, καὶ ὀνομάτων λειότητος, καὶ συνθέσεως ἐμμελοῦς.

Velleius Paterculus Hiſt. lib. I.

Huius temporis aequalis Heſiodus fuit, circa CXX. annos diſtinctus ab Homeri aetate, vir perelegantis ingenii, et molliſſima dulcedine carminum memorabilis, otii quietiſque cupidiſſimus. vt tempore tanto viro, ita operis auctoritate proximus. qui vitauit, ne in id, quod Homerus, incideret: patriamque et parentes teſtatus eſt. Sed patriam, quia multatus ab ea erat, contumelioſiſſime.

Fabius lib. X.

Raro aſſurgit Heſiodus, magnaque pars eius in nominibus eſt occupata. tamen vtilis circa praecepta ſententiae, lenitaſque verborum et expoſitionis probabilis: daturque ei palma in illo mediocri genere dicendi.

Ἀλκαίῳ εἰς τὸν αὐτόν.

Λοκρίδος ἐν νέμεϊ σκιερῷ νέκυν Ἡσιόδοιο
Νύμφαι κηνιάδων λῦσαν ἀπὸ σφετέρων,
Καὶ τάφον ὑψώσαντο. γάλακτι δὲ ποιμένες αἰγῶν
Ἔῤῥαναν, ξανθῷ μιξάμενοι μέλιτι.
Τοίην γὰρ καὶ γῆρυν ἀπέπνευεν, ἐννέα Μώσων
Ὁ πρέσβυς καθαρῶν γευσάμενος λιβάδων.

THO. ROBINSONI DISSERTATIO DE VITA, SCRIPTIS, ET AETATE HESIODI.

Quorum ſcripta et ingenium admirantur homines de perſonis eorum ſolent curioſius inquirere, et omnia, quae ad illos attinent, vmbra quamuis antiquitatis obſcurata, patriam, parentes, ſeculum, mores literato labore perſcrutari. Quae quidem induſtria vtcunque videatur eſſe otioſorum hominum, inſignium virorum famae et meritis debetur, gratumque oſtentat animum et beneficii memorem, ſi eorum, quae ad humano generi benefacientes pertinent, nihil a nobis alienum putamus. Et quanquam ex tam remotae vetuſtatis monumentis explorata veritas ſperanda non ſit, haud tamen iſte arguendus eſt labor, qui pro certis et manifeſtis quidquam poſſit probabile et veriſimile eruere. Nihil vlterius auſim lectori promittere in praeſenti opuſculo, in quo de vita, ſcriptis et aetate antiquiſſimi Poetae diſſeritur; et, ſi in argumento tam dubio et obſcuro eatenus prodire contigerit, haud fruſtra ſuſceptum laborem iudicauerim.

Notat Paterculus (l. 1. c. 7.) Heſiodum *vitaſſe, ne in id, quod Homerus, incideret, patriamque et parentes teſtatum eſſe.* Narrat quidem Heſiodus (Ἐργ. v. 636. etc.) patrem ſuum e Cuma Aeolica fuiſſe, et ex illa ciuitate migraſſe Aſcram Boeotiae vicum prope Heliconem; an vero ipſe Cumae natus fuerit, an potius Aſcrae poſt migrationem paternam ex dictis non liquet. Plutarchus quidem *a)* Ephorum ſecutus, contendit, Heſiodi patrem Aſcrae iam inquilinum vxorem Pycimeden du-

a) Vid. Lil. Gyrald. de vitis Poett.

duxiſſe, et ex ea Heſiodum genuiſſe; Suidas vero tradit, eum, cum adoleſcentulus eſſet, a parentibus ſuis a Cuma, Aſcram translatum fuiſſe, eandemque Strabo (Geogr. l. 13.) tuetur ſententiam. Qui eorum partes ſequuntur, Eclogae 4. Virgilianae verſum 4.,

Vltima Cumaei venit iam carminis aetas,

quem ad Cumanam Sibyllam referebant interpretes, de Poeta noſtro interpretantur *b*). Nec abſurda quidem videtur haec interpretatio, ſi animaduertamus, quam apte tota pene Ecloga verſibus Heſiodi de mundi ſaeculis reſpondeat. Noſter certe haud obſcure tradidit, poſt ferrei ſaeculi conſummationem aureum denuo renaturum:

Μηκέτ' ἔπειτ' ὤφελον ἐγὼ πέμπτοισι μετεῖναι
Ἀνδράσιν, ἀλλ' ἢ πρόσθε θανεῖν, ἢ ΕΠΕΙΤΑ γενέσθαι.

quae quidem aetas *c*), non quod *vltima* idem ſit ac *prima* et *antiquiſſima*, ſed ideo vltima dici poteſt, quod poſt aliarum conſummationem reuerſura ſit, et proinde vltimo ordine cenſenda. Ad hanc igitur doctrinam haud obſcure reſpicit verſus ille Virgilianus, *vltima Cumaei* etc. Virgilianum illud, *redeunt Saturnia regna*, ad Heſiodeum illud quadrat (Εργ. v. 111. ſeqq.) Οἱ μὲν ἐπὶ Κρόνῳ ἦσαν ὅτ' ἀρχανῷ ἐμβασίλευεν, *Iam redit et virgo* ad Ἀθανάτων μετὰ φῦλ' ἴτην προλιπόντ' ἀνθρώπους Αἰδὼς καὶ Νέμεσις, *Cedet et ipſe mari victor, nec nautica pinus Mutabit merces*, ad Αἶψά κε πηδάλιον μὲν ὑπὲρ καπνῷ κατακεῖο, *Non raſtros patietur humus*, et, *Robuſtis quoque iam tauris iuga ſoluet arator* ad Ἔργα βοῶν δ' ἀπόλοιτο καὶ ἡμιόνων ταλαεργῶν, *Molli paullatim flaueſcet tempus ariſta*, *Incultiſque rubens pendebit ſentibus vua*, ad καρπὸν δ' ἔφερε ζείδωρος ἄρουρα Αὐτομάτη πολλόν τε καὶ ἄφθονον. Ex his omnibus manifeſtiſſima apparet inter Heſiodea carmina et Eclogam quartam conuenientia, quae ſupradictae *Cumaei carminis* interpretationi fauet. Haud inter-

b) Val. Probus. Fabricii Bibl. Gr. l. 1. c. 20. Graeuii Lect. Heſiod. ad Εργ. v. 174.

c) Fabricii B. Gr. l. 1. c. 30. Goralli i. e. Io. Clerici Not. in Seueri Aetnam.

interea diſſimulandum eſt, hanc interpretationem validiſſimis argumentis oppugnari poſſe, quae velim petat Lector ex praeclara illa Chriſtianae religionis defenſione (Anſwer to the ſcheme etc. p. 497.) quam vir longe doctiſſimus Dunelmenſis iam Epiſcopus in lucem edidit; quibus ego, vt ad inſtitutum opus denuo reuertar illud ſolum adiicio, nequaquam fieri poſſe vt in nauigatione illa a Cuma ad Aſcram patri comes fuerit Heſiodus, cum ipſe diſertiſſime teſtetur, ſe vnica tantum vice nauigaſſe, ex Aulide ſcilicet in Euboeam (Ἐργ. 650.):

Οὐ γάρ πώποτε νηΐ γ' ἐπέπλων εὐρέα πόντον,
Εἰ μὴ ἐς Εὔβοιαν ἐξ Αὐλίδος.

niſi quis ex argumenti tenore contenderit, hoc ſolum voluiſſe Poetam, ſe hanc vnicam nauigationem ſuſcepiſſe in aetate ſua virili, qua capax erat maritimarum rerum ſcientiam acquirendi. Vtcunque vero ſe haec res habet, vel ex quacunque vrbe noſter ortum duxit, ſatis conſtat Aſcram pro patria plerumque agnoſci eumque ſaepius a Virgilio (Ecl. 6, v. 71. Georg. 2. v. 176.) appellari Aſcraeum, idemque velle Paterculum, cum patriam ſuam Heſiodum indicaſſe memorat.

Quod vero idem tradit Auctor, ſcilicet Poetam *patriam ſuam memoraſſe contumelioſiſſime, quoniam ab ea mulctatus erat*, vel a traditione quadam, vel a libris deperditis, vel a praua verborum ipſius interpretatione traxit. Nulla enim mulctae occurrit mentio, niſi forte in hunc ſenſum torqueantur, quae de iniqua iudicum ſententia tradita ſunt; nec porro iracundiae tribuendum eſt, quod Aſcram tam ignobilem vicum et miſerum deſcripſerit:

Νάσσατο δ' ἄγχ' Ἑλικῶνος ὀϊζυρῇ ἐνὶ κώμῃ,
Ἄσκρῃ, χείμα κακῇ, θέρει ἀργαλέῃ, οὐδέ ποτ' ἐσθλῇ.

Quae quidem incommoditas, vt tradunt Scholiaſtae (Proclus et Tzetz. ad Ἐργ. 640.), a loci ſitu oriebatur; nam propinquitate excelſiſſimi montis Heliconis interceptae ſunt aurae, quae aeſtiuum calorem poſſent leni-

re,

re, et hiberno tempore excluſi ſunt radii ſolares, niualeſque aquae defluxerunt. An non vero licuit ſine inuidiae ſuſpicione veram vici ſui naturam deſcribere? Quam tamen hic loci ob hanc vnicam cauſam videtur tradidiſſe, vt melius depingeret patris paupertatem, qua bonus vir natiua vrbe exulare, et in tam miſerum vicum profugere compulſus erat. Haud interea diſſimulare velim, Ephorum (v. Proclus ibid.), qui et ipſe Cumanus erat, tradidiſſe, hunc hominem non ob pauperiem, ſed caede quadam perpetrata, patria profugiſſe.

Aeque vanus eſt auctor idem Paterculus cum tradit Heſiodum parentes ſuos indicaſſe, niſi forte in quodam libro iam deperdito eorum nomina inuenerit. In illis, qui ſuperſunt, vnicus occurrit verſus, quem quis de tali re poſſit ſuſpicari, iſte ſcilicet quo fratrem ſuum hiſce verbis compellat (Εργ. 229.), Ἐργάζευ, Πέρση, διὸν γένος, quem ſic Tzetzes exponit, υἱὲ Δίῳ, ἢ συγγενὲς γένος. Prior quidem explicatio non adeo abſurda eſt, quin admitti commode poſſet, ſi ex aliis monumentis conſtaret, Dium Heſiodi patrem fuiſſe; non tamen adeo probabilis, vt per ſe valeat ad confirmandam de hac re ſententiam, cum altera ſignificatio, συγγενὲς γένος, illa ſit, quam et ipſe Heſiodus eique ſuppar Homerus, ſaepiſſime hiſce verbis affigunt. Quod vero nonnulli obiiciunt, incongruum prorſus videri, vt Poeta fratrem ſuum plebeium, vel certe mediocrem hominem tam magnificis titulis compellet, nullius erit ponderis aeſtimanti Homerum (Odyſſ. φ, 234.) ipſum tam benignum eſſe, vt hoc ipſum Epithetum Vlyſſis ſubulco largiatur. Longe aptius tam honeſtam appellationem fratri ſuo tribuit noſter, qui inter maiores ſuos, vt fert traditio, deos Muſasque recenſebat; praeſertim ſi hoc argumento fratrem hortari vellet, vt paupertatem, tam generoſa familia prorſus indignam, laudabili induſtria euitaret,

Ἐργά-

d) Ἐργάζευ, Πέρση, δῖον γένος, ὄφρά σε λιμὸς
Ἐχθαίρῃ.

Poſt migrationem illam ad Aſcram nihil praeterea de Heſiodi patre ſcriptum inuenio; ſed credere par eſt, eum exinde vberiori vſum eſſe fortuna; nam poſt eius mortem de diuidendo patrimonio inter Heſiodum fratremque Perſen lis interceſſit (Ἐργ. 37. etc.), in qua Perſes, corruptis iudicibus, ſuperior euaſit, et largiorem hereditatis partem ad ſe traxit. Noſter vero, tali quamuis accepta iniuria, frugalitate ſua vel induſtria adeo factus eſt opulentior, (Ἐργ. 396.) vt hunc ipſum fratrem, ignauum, vt videtur, et ſtolidum homuncionem, ad anguſtias redactum ſaepius ſubleuauerit; — generoſae ſane indolis argumentum, quod in diſcordia, acriori plerumque in fraternis animis, non modo ſuorum neceſſitati miniſtrauerit, ſed paterno pene affectu et auctoritate praeclarum poema compoſuerit, vt e) hunc ipſum a prauo vitae inſtituto abſtraheret, et ad induſtriam virtutemque accenderet.

Rus plerumque ſe abdebat Heſiodus, ibique in vallibus (Θεογ. 23.) [non iugis, vt narrat ingenioſiſſimus Βιόγραφος f)] Heliconis paſtor erat; quae quidem occupatio nequaquam, vt idem vult auctor, erat g) ignobilis, ſed quam melioris conditionis homines ſaepius ſectabantur in priſcis temporibus. Huic operi intentum aduenerunt Muſae montis incolae, paſtoralemque ignaviam increpantes de ſacrata arbore lauru ramum tradiderunt, et poeticum inflarunt ſpiritum. Hanc quidem hiſtoriam ioculariter perſtringit, et mendaci gloriolae attribuit

d) Δεινοτάτως καὶ αὐτὸ διὰ τὸ παρόντος ἐγκωμίου πρὸς ἀγαθοεργίαν προτρέπεται. ἀπρεπὲς γὰρ ἀνδρὶ εὐγενεῖ τῶν μὲν χρηῶν ἀποτρέχειν, etc. Ilzetz. ad locum.

e) Ἐργ. 10. Dan. Heinſii Introduct. ad Ἐργ.

f) Kennet's Lives of Greek Poets.

g) Ἀνδρὶ δέμας εἰκυῖα νεῷ, ἐπιβώτορι μήλων, Παναπάλῳ, οἵοι τε ἀνάκτων παῖδες ἔασιν. Od. ν', 222. Vid. etiam Il. ζ, 424. et Hom. hymn. in Venerem.

attribuit egregius ille deriſor Lucianus (p. 269. edit. Bourdel.); eandemque Ouidius (Art. Am. 1, 27.) ſui carminis veracitatem teſtatus ſeria videtur animaduerſione dignari:

Nec mihi ſunt viſae Clio, Cliuſque ſorores,
Seruanti pecudes vallibus, Aſcra, tuis.

Sed vterque in hac re peruerſum Criticum agunt, nequaquam ignorantes fabularum rationem, vel poeticam licentiam audendi quidlibet. Nam ſi Numae grauiſſimo et ſapientiſſimo viro condonarunt poſteri, quod nocturnas cum Egeria nympha confabulationes venditauerit (Liu. 1, 19.), ad maiorem legibus ſuis venerationem conciliandam; ſi in ſaeculo illo politiſſimo et minime ſuperſtitioſo Horatio licuit furores poeticos effundere (Odd. 2, 19.); *Bacchum in remotis carmina rupibus Vidi docentem (credite poſteri) Nymphaſque diſcentes, et aures Capripedum ſatyrorum acutas.* et iterum (l. 3. od. 4.): *Me fabuloſae Volture in Appulo Fronde noua puerum palumbes Texere*; ſi, inquam, Auguſtanis conceſſum fuit poetis, tam portentoſa figmenta venditare; quid ni liceret Heſiodo in aetate ſua rudi et fabulis addicta, commercium quoddam cum Muſis Heliconiadibus praetendere, cum manifeſtum ſit, nihil aliud hanc totam narrationem ſignificare, quam quod primum iuxta hunc montem poeſi operam dederit?

Quamquam vero *h*) *otii et quietis cupidiſſimus erat* Heſiodus, non adeo tamen ſibi indulgebat, quin ad gloriam quandoque et famam adſpiraret. Mos erat inter veteres Graecos quem Romani poſtea vſurparunt, regum procerumque exequias ludis quibuſdam et ſpectaculis, inter cetera vero certaminibus poeticis *i*) celebrare. Iſtiusmodi ludis in honorem Amphidamantis Chal-

h) Vell. Paterc. 1, 7. *i*) Plutarch. Sympoſ. 5. Prob. 2. Sept. Sap. Conuiu. Liuii l. 41. Vide etiam inſcriptionem Adelph. Terent.

Chalcidici indictis, ad Euboeam nauigat Hesiodus (Ἐργ. 654.), poeticum praemium ambiturus; ibique cum victor iudicatus esset, tripodemque reportasset, eum patronis suis, Heliconiadibus Musis dicauit. Quod quidem fecit, vel gratitudinis ergo, vel ad victoriam suam tali trophaeo illustrandam, vel potius, vt videtur, *k*) quod mos erat, praemia in istiusmodi certaminibus reportata, non ad priuatum vsum conuertere, sed alicui deo consecrare. Haud quidem me latet, Proclum in scholiis suis tradere Plutarchum versus omnes contentionis historiam narrantes Hesiodo abiudicasse; quod sane an recte notauerit Scholiastes, haud facile iudicaueris, cum libri nonnulli Plutarchi, qui Procli tempestate existarent, iam perierint. In his qui restant, huius Contentionis bis fit mentio. In Septem Sapientum Conuiuio Plutarchus Periandrum inducit hanc historiam adhibentem pro argumento, quod inter priscos Graecos fuerint certamina poetica; nec caeteri conuiuae huiusce traditionis veritatem oppugnarunt. Sed in Symposio, cum antiquum hunc fuisse morem vellet ostendere, negat se hanc historiam pro argumento adhibiturum, quoniam res erat obsoleta, et a Grammaticis decantata. Quae quidem oratio, vt iudicium meum interponam, nequaquam id, quod de Plutarcho asserit Scholiastes euicerit. Dicit enim Plutarchus se hoc argumentum praetermittere, non quod *falsa*, sed quod *trita nimis et vulgaris* res esset. Si quis tamen Plutarchi verba, *l*) τὰ ἴωλα πράγματα *vanas et aniles fabellas* significare contendit, non opus est, vt de hac re controuersia moueatur, cum, hoc sensu admisso, minime sequatur, Plutarchum totam hanc de Hesiodi contentione historiam, respuere, sed istam solummodo illius partem, quae tradit eum ab Homero

k) Herodot. l. 1.

l) Cicer. Epp. 9, 2. *Etsi erat ἴωλος illa epistola.* vbi τὸ ἴωλος non *vana* seu *inanis*, sed *obsoleta* significat.

Homero victoriam reportasse; cuius rei nullum certe vestigium in Hesiodi scriptis vsquam apparet. Quod si manifestissime constaret, illam fuisse Plutarchi sententiam, quam Proclus repraesentauerit, vix tamen vnius auctoritate permotus versus per tot saecula comprobatos reïcerem; praesertim cum probe sciant, qui antiquos solent scriptores versare, quam prodigi sint obelorum suorum Critici et Grammatici, opinantes nimirum, si quidlibet audere Poetis liceat, aequam sibi esse potestatem, quidlibet expungendi *m*).

Historiae Hesiodeae ex ipsis scriptis huc vsque lucem attuli, in quibus, senili quamuis garrulitate imbutus, pauciſſima vitae suae vestigia conseruauit. Ne tamen Lectori inuideamus, quae de tanto viro tulit fama, ad alia iam libet descendere, quae quidem, si Nostri aetatem spectes, a recentioribus, haud tamen vanis vel obscuris, scriptoribus traduntur. Interierunt sane *n*) Plutarchi integer liber, Lampriae memoratus de vita Hesiodi; alter *o*) Cleomenis; tertius *p*) Heraclidis Hera-

m) Vide quae in hanc rem iocatur Lucianus: Ἔτι δὲ περὶ τῶν ἀθετουμένων στίχων (τοῦ Ὁμήρου) ἐπηρώτων, εἰ ὑπ' ἐκείνου εἰσὶ γεγραμμένοι· καὶ ὃς ἔφασκε πάντας αὐτοῦ εἶναι· κατεγίνωσκον ἂν τῶν ἀμφὶ τὸν Ζηνόδοτον καὶ Ἀρίσταρχον γραμματικῶν πολλὴν τὴν ψυχρολογίαν. Ver. Hist. l. 2. Eosdem perstringit Cicero Epp. 3, 11. *Si, vt scribis, eae literae non fuerunt diserlae, scito meas non fuisse. Vt enim Aristarchus Homeri versum negat, quem non probat, sic tu (libet enim mihi iocari), quod diserlum non erit, ne putaxis meum.*

n) Proclus et Tzetzes in suis scholiis ad hunc librum saepissime respiciunt, nisi verum sit, Plutarchum commentarios etiam in Hesiodum composuisse. Illi tamen in eius scriptorum catalogo apud Lampriam non occurrunt, nec ab A. Gellio, vt nonnulli existimauerunt, l. 20. c. 8. memorantur. Ibi enim pro, IIII *in Hesiodum commentario*, procul dubio legi debet, *in Isin et Osiridem Commentario.*

o) Clem. Alex. 1. Strom.

p) Diog. Laert. l. 5. sect. 92.

Heracleotis, ex ſcriptis, vt dicitur Chamaeleontis compilatus; haud tamen, credo, cum magno litterarum incommodo haec iactura euenit, cum nihil de hac re explorati ex tam recentibus ſcriptis exſpectare fas eſſet, quaecunque vero probabilia traditio venditaverat, ea vel Plutarchus in ſcriptis quae ſuperſunt, vel liber ille de Certamine Homeri et Heſiodi, videatur congeſſiſſe; quem librum Editioni huic noſtrae adiectum adeant illi, qui huiuſce certaminis ſeriem velint cognoſcere.

De ipſius vero contentionis hiſtoria celebratiſſima variorum q) auctorum ſententias hic loci taedet congerere. Non ego pro fabuloſo repente reſpuerem, quod tot tantique viri, quamuis inter recentiores numerandi, tradiderunt; cum illi, quae ſcripſerint, nequaquam finxiſſe, ſed a vetuſtioribus libris, et fama antiqua, traxiſſe videantur. Plutarchus qui hiſtoriae auctoritatem labefactare creditur, τὸ ἔωλον πρᾶγμα καὶ διατεθρυλλημένον appellando, exinde concedit, eam non eſſe figmentum recens, ſed a veteri fama deriuatum. Sed non ego is ſum, qui tantum antiquitati arrogem, vt ei cenſeam in omnibus adhibendam eſſe fidem. Multo, vt fatear, probabilius eſt, hanc hiſtoriam vniuerſam a priſcis Grammaticis confictam eſſe, qui cum comperierint Heſiodum certaminis poetici, in quo victoriam retulit, meminiſſe, itemque forſitan Homerum in hymno (n. 5. edit. Barneſ.) Veneri ſupplicaſſe, vt in certamine quodam victor euaderet: δὸς δ' ἐν ἀγῶνι Νίκην τῶδε φέρεσθαι, ἐμὴν δ' ἔντυνον ἀοιδήν: exinde anſam arripuerunt duos celeberrimos Poetas inter ſe committendi, quamvis alii eſſent coaeui Poetae, quibuſcum contendere vterque poterat. Memorantur ſane, qua tamen auctoritate,

q) Plutarch. Sympoſ. l. 5. prob. 2. Conu. 7. Sap. Philoſtr. in Heroicis. Libanius Socrat. Apol. Tzetzis Prolegg. ad Heſiod. Euſtath. Prolegg. ad Homer. A. Gellius l. 3. c. 11.

ritate, neſcio, quorundam Poetarum nomina, qui ad hunc honorem creduntur adſpiraſſe. Thomas Magiſter in argumento Ranarum Ariſtophanis tradit, obſcurum quendam dictum Syagrum cum Homero, cum Heſiodo Cercopem certaſſe; idemque a Diogene Laertio (l. 2, ſect. 46.) traditum inuenias. Occurrunt quidem a nonnullis auctoribus citata duo Epigrammata, quae ad huiuſce certaminis veritatem confirmandam adhibentur, r)

Ἡσίοδος Μούσαις Ἑλικωνίσι τὸν δ' ἀνέθηκε,
Τμνῳ νικήσας ἐν Χαλκίδι θεῖον Ὅμηρον.

et: s)

Ἐν Δήλῳ τότε πρῶτον ἐγὼ καὶ Ὅμηρος ἀοιδοὶ
Μέλπομεν ἐν νεαρῇσι ὕμνοις ἐξάψαντες ἀοιδήν.

Sed vtrumque a viris doctis merito reiicitur. Ecce enim huiusmodi, vt videtur, Epigrammatum originem et hiſtoriam! Splendidum quoddam mendacium et veriſimile ingenioſus vir confingit, ſcriptis committit, ex vetuſto forſan raroque libro petitum ſimulat. Natam fabulam auide amplectitur et fouet ſemidoctorum turba, noua a vetuſtis, falſa a veris diſcernendi imperita. In ſuccedente ſaeculo inualuit traditio, facileque ei aſſentiuntur homines, quam a patribus demiſſam acceperunt. Exoritur tandem Poeta cyclicus, qui hoc ſibi thema proponit, verſus pangit, fraudem molitur, omne ſe tuliſſe punctum arbitratus, ingenioque ſuo tacite plaudens, ſi quid ſui literatus orbis vetuſtum crediderit. Votis reſpondet euentus; pro Homerico vel Heſiodeo venditatur; itaque demum ad probandam hiſtoriae veritatem adducitur, quod ipſum ab hiſtoria conficta ortum duxit. Annon huiuſmodi ſit origo citatorum Epigrammatum, Lector viderit. Prius quidem ab ipſis Heſiodeis verſibus paululum immutatis, conflatum videtur.

r) Lib. Anthol. Dion. Chryſoſt. Orat. de regno.

s) Euſtath. ad Il. A, p. 5. Schol. Pindar. ad Nemeon. Od. 2.

tur. Posterioris, vt notarunt *z*) viri docti, νοθείαν arguit, quod in eo mentio occurrit τῆς ῥαψῳδίας, quae quidem in vsu nondum erat in ista Poeseos infantia; nec sane quis crediderit, cui stylus Nostri familiaris est, ei adiudicandos esse duos versiculos, qui vocibus pene iisdem ἀοιδοὶ, et ἀοιδὴν barbare et inculte desinunt. Vtcunque tamen de ipsius certaminis veritate statuere placuerit, nemo certe contentionis acta et processum, quem Ἀγὼν Ὁμήρου καὶ Ἡσιόδου inscriptum in manibus iam habemus, pro vero ac genuino agnouerit. Post Adriani imperatoris tempora, qui in ipso libro (p. 227.) nominatur, scriptum constat; et quamuis non negem, quaedam forsan istius rei momenta sparsa olim fuisse et vulgata, longe tamen plura, vt opinor Auctor φιλόμηρος excogitauit, victoriam quidem, ne famae contradiceret, Hesiodo concedens, sed in aliis omnibus Homeri gloriae inique subseruiens. Ne hoc temere dictum putes, ecce hominem in ipsa fraude deprehensum! Quoniam intricatas et subtiles quaestiunculas proponere nullius sit operis vel ingenii, maximi vero, iisdem extemplo respondere; idcirco perpetui interrogatoris partes Hesiodo assignat, responsoris Homero. Quod quidem contra historiae veritatem factum constat. Nam quaestionem, quam Auctor certaminis Hesiodo assignat:

Μῦσ' ἄγε μοὶ τά τ' ἐόντα, τά τ' ἐσσόμενα, πρό τ' ἐόντα,
Τῶν μὲν μηδὲν ἄειδε σὺ δ' ἄλλης μνῆσαι ἀοιδῆς.

itemque responsum Homero attributum:

Οὐδέποτ' ἀμφὶ Διὸς τύμβῳ καναχήποδες ἵπποι
Ἅρματα συντρίψασιν, ἐρίζοντες περὶ νίκης.

vtrumque horum, verbis paululum immutatis, memorat Plutarchus *v*), sed historiae, vt opinor, sequacior, quam

z) Salmasii Plin. Exercitatt. p. 609. Lucianus vero in Hermotimo Hesiodum appellat τὸν ῥαψῳδόν.

v) Conuiu. 7. Sapp. Latuit igitur Barnesium hoc a Plutarcho memoratum. Reprehendit enim Lilium Gyraldum, com-

quam vix crediderim per totam Certaminis seriem inceptas percontatoris partes Hesiodo demandasse, quaestionem Homero, Hesiodo responsum assignat; haud obscurum iniquae istius operis falsitatis documentum, cum scriptor ad propugnandas, quas tuetur, partes, receptae traditioni audeat contradicere. Porro si ita in certamine processisset res, vt ab huiusce libri auctore repraesentatur, absurda admodum esset vel ipsius Hesiodi, vel eorum, qui citata Epigrammata composuerunt, de tali victoria gloriatio. Accommodatius ei esset, quod Pyrrhus de Romanis victor gratulatori cuidam narratur respondisse *x*): *Si alteram huiusmodi reportauerimus victoriam, omnino periimus.*

Quae vero post hoc certamen Hesiodo euenerunt, hoc fere modo traduntur. A Chalcide Delphos *y*) nauigauit, tum victoriae praemium Musis consecraturus, tum oraculum de futura vita ibidem consulturus. Cum vero vix templum ingrederetur, Prophetissa deo repleta, talia effudit:

Ὄλβιος ὅτος ἀνὴρ, ὃς ἐμὸν δόμον ἀμφιπολεύει,
Ἡσίοδος, Μούσῃσι τετιμένος ἀθανάτῃσι.
Τῷ δ' ἤτοι κλέος ἔσται, ὅσον τ' ἐπικίδναται ἠώς.
Ἀλλὰ Διὸς πεφύλαξο Νεμείου ἀγλαὸν ἄλσος.
Κεῖθι δέ τοι θανάτοιο τέλος πεπεσμένον ἐστίν.

x) Nemeaei Iouis apud Argiuos templum erat celebratissimum, aenea statua, et stadium, in quo eidem Ioui ludos faciunt. Hunc lucum cum haud obscure a deo significari Hesiodus crediderit, vt fatalem regionem vitaret, Oenoen Locrensium oppidum migrans, ab Amphiphane et Ganyctore Phegei filiis hospitio excipitur. Sed ineluctabilis fatorum vis. Ab ambiguo oracu-

 Poeta

competitorum partes ita disponentem. Vix autem, vt opinor, auctoritatem libri τῦ Ἀγῶνος Plutarchi praeposuisset.

x) Plut. in vita Pyrrhi.

y) idem VII. Sapp. Conuiu. Ἀγῶν etc.

z) Pausanias in Corinthiacis.

Poeta decipitur; iſta enim regio, quamuis obſcuriore fama, *a*) Nemeaeo Ioui conſecrata erat. Eadem ferè fallacia circumuenti et alii inſignes viri dicuntur occubuiſſe. *b*) Cambyſi, Perſarum regi, redditum erat oraculum, eum Ecbatanae deceſſurum, quod quidem de Ecbatana Medica interpretatus eſt; alia autem erat Ecbatana Syriaca, vrbs obſcurior, in qua vulnere accepto mortem obiit. *c*) In Antigoni morte fratris iuſſu interfecti rem haud abſimilem accidiſſe tradunt. Quid memorem Henricum IV. Anglorum regem, qui, cum praedictum eſſet, eum Hieroſolymis moriturum, Weſtmonaſterii deliquio correptus, et in cameram dictam Hieroſolymitanam deportatus, ibidem, vaticinii memor, animam efflauit? Heſiodo vero apud Oenoenſes commorante, vir quidam nomine Demodes, qui ei comes erat, hoſpitum ſorori ſtuprum intulit. Illi autem Heſiodum iſtius fuiſſe iniuriae auctorem ſuſpicati eum interfecerunt, marique Euboeam et Locridem interfluente ſubmerſerunt; cuius cum tertio poſt die cadauer ad terram delphines detuliſſent, dum feſtum ſolemne in honorem Ariadnae celebraretur: populus vniuerſus ad littus decurrit, agnitumque corpus ſepeliit.

Interfectores autem ad ſupplicium conquiſiti, cymbam piſcatoriam arripientes ad Cretam nauigarunt. Sed eos conſequuta eſt vindicta. Tradunt aliqui *d*), eos in itinere fulmine percuſſos Iouem ſubmerſiſſe; alii *e*) Chalcidem reuerſos ab Eurycle haruſpice, poena hoſpitalium legum violatoribus indicta, morte mulctatos fuiſſe, detectos quidem, vt tradunt alii *f*), ab ipſo Heſiodi cane. Eius oſſa ad ſe poſtea Orchomenii tranſtulerunt, hac de cauſſa,

a) Thucyd. Hiſt. l. 3.
b) Herodot. l. 3.
c) Ioſeph. Antt. Iudd. 13, 11.
d) Ἀγών, Alcidamus in Muſeo.
e) Eratoſthenes in Ἀνδραπόδῳ.
f) Plutarch. de ſolertia Animal.

cauſſa, vt ipſi *g*) narrant. Saeuiente in homines et pecudes peſtilentia, miſſi ad oraculum conſultores, reſponſum tulerunt, ad ſedandam luem vnicum id fore remedium, ſi ex Naupactio agro in Orchomenium Heſiodi oſſa deportaſſent. Percontantibus autem iis, in qua tandem Naupactii agri parte eſſent illa reperturi, reſpondit Pythias, locum cornicem monſtraturam.

Redeuntes vero in patriam, qui ſciſcitatum miſſi fuerant, et per agrum Naupactium iter facientes, non longe a via cornicem conſpexerunt ſaxo inſidentem, ibique Heſiodi oſſa, in ſaxi cauitate inuenta, cum his Elegis inſcriptis apud ſe ſepelierunt:

Ἄσκρη μὲν πατρὶς πολυλήϊος, ἀλλὰ θανόντος
Ὀστέα πληξίππων γῆ Μινυῶν κατέχει,
Ἡσιόδου, τοῦ πλεῖστον ἐν Ἑλλάδι κῦδος ὀρεῖται,
Ἀνδρῶν κρινομένων ἐν βασάνῳ σοφίης.

Iſtam vero mulierem nomine *h*) Ctemenem, cuius ſtupratae ob ſuſpicionem interfectus eſt *i*) Heſiodus, nonnulli eius fuiſſe vxorem tradunt, ex qua filium genuit Mnaſeam, vel, vt dicit Philochorus, Steſichorum, vel, vt alii, Archiepem. Ad extremam dicitur ſenectutem peruenisſe; vnde prouerbium illud, Ἡσιόδειον γῆρας; et Epigramma Pindaro *k*) attributum:

Χαῖρε δὶς ἡβήσας, καὶ δὶς τάφου ἀντιβολήσας,
Ἡσίοδ', ἀνθρώποις μέτρον ἔχων σοφίης.

Communem quandam, cum Homero ſortem, ſi Pauſaniae (in Atticis) ſit credendum, Heſiodus obtinuit. Regum, principumque familiaritates, vel fortunae inuidia nacti non ſunt, vel ſpreuerunt. Hic agreſti vitae addictus ab vrbana fronte, faſtidioſis dominis, aulicis artibus et officiis penitus abhorruit. Homerus per va-

g) Pauſanias in Boeoticis. Ἀγὼν. In nonnullis tamen circumſtantiis inter ſe diſcrepant.

h) ita corrigit Lil. Gyrald. pro Κλυμένην.

i) Proclus et Tzetzes in Schol. ad Ἔργ.

k) Tzetz. in Prolegg. ad Ἔργ.

rias terras peregrinatus, gloriam ſuam propagare praeſtabilius duxit, quam contractiori fama potitum magnatum opibus et gratia floruiſſe. Fortunati ambo! ſi quid veri cecinit Poeta, qui et regiam et paraſiticam menſam probe cognouerit; *l) Dulcis inexpertis cultura potentis amici, Expertus metuit.* Sed felicior multo Heſiodus, qui, dum clientelae taedium non ſubiret, *ſtirpis Achilleae faſtus* non perferret, *gaudebat paruiſque ſodalibus et lare certo.*

Haec fere ſunt, quae paſſim de Heſiodo noſtro conſcripta leguntur; dubiae quidem auctoritatis omnia, quae tamen, ſi falſa exiſtimantur, haud poenitet protuliſſe, quoniam ex his inferri poteſt, maximo eum per omnia ſaecula in honore habitum, de quo talia conficta fuerint.

De hominis vero moribus et indole, cuius vitae vix vlla ſuperſunt veſtigia, quis aliquid auſit pro certo tradere? Quod autem nobis inuidit hiſtoria, ipſe quodammodo ſuppeditauit in libris, quos veram quaſi animi ſui imaginem poſteris reliquerit. Et quamuis de moribus hominum ex eorum ſcriptis, de praxi ex praeceptis non ſine erroris periculo iudicatur; in hoc tamen auctore, cum ſenili quadam garrulitate tantus elucet candor et infucata ſimplicitas, vt ipſum, dum lego, pene videre videar qualis eſſet, omnemque vitam ſenis in libris ſuis veluti votiua deſcriptam tabella patere exiſtimem. Dignus homo, quem quis Patriarchae alicui vel Prophetae aſſimilauerit. *Ruſticus*, *abnormis*, *ſapiens*; abundans praeceptis omnigenis, agriculturae, oeconomiae, virtutis, quae quidem, ni fallor, Aſcraeo populo quotidie inculcabat, fabularum, antiquo more, ornamentis illuſtrata, facetiiſque innocuis condita. Inter caeteras vero virtutes iuſtitiae et frugalitatis cultor praecipuus, quarum alteram ei commendauit a corruptis iudicibus accepta

l) Horat. Epp. l. 1. ep. 18.

coepta iniuria, ad alteram exercitatum fecerunt, quae erant patrimonii parte spoliato facultatum angustiae. Non adeo tamen ad rem attentus, quin arctum quandoque solueret hospitiis animum, *m*) neque πολύξεινος, neque omnino ἄξεινος; si quid vero valeat argumentum illud, *Laudibus arguitur* etc. haud ille illiberalis conuiviorum apparator, *n*) qui, conuiuis ad bibendum dispositis, *vetuit super cratera cyathum quiescere.* Mitis vir ingenii, placabilis, generosus, qui summa licet iniuria affectus, fratrem tamen, damni auctorem, docere, hortari, beneficiis cumulare non destitit. *Otii, quietisque cupidissimus*, qualem decet esse agricolam et pastorem; ista tamen ambitione famaeque siti, qua literati pene omnes, poetae maxime, laborant. Hinc nauigatio illa ad certamen Chalcidense, et plures forsitan contentiones in deperditis libris memoratae. Vaniloquentiae accusationem, quam nonnulli Hesiodo intentarunt, iam supra diluimus; si qui vero superstitiosum arguunt, hoc licet nec libet refellere. Talem habemus, qualem expectare fas est antiquissimum Poetam, summa deorum reuerentia imbutum; quae quidem in illuminata mente religionem parit, veramque pietatem, sed in intellectu caecutiente diuinaeque naturae prorsus ignaro, superstitionem omnimodam. Vitium hoc habuit non proprium, sed temporum. Ab erroribus autem popularibus animi maxime erecti haud facile emergunt.

Sed hominem iam dimittamus, vt contemplemur poetam; omnium praeter Homerum ab antiquis celebratissimum; cui dum χαρακτῆρα effingere, explorare genium, propriamque scribendi speciem deplingere suscipiam dolebit sane, si sensum meum, sequutum, iudicioque confisum, ab his ipsis antiquis κριτικωτάτοις viris quandoque dissentire contigerit. Acutissimi vir ingenii Dionysius Halicarnassensis *o*) hanc nobis Poetae nostri

m) Ἔργ. 715.
n) Plutarch. Diocl. Conuiu.
o) in censura vett. Script.

imaginem exhibet: Ἐφρόντισεν ἡδονῆς, καὶ ὀνομάτων λειότητος, καὶ συνθέσεως ἐμμελοῦς. Idemque cum politam et floridam τὴν σύνθεσιν deſcripſiſſet (περὶ συνθέσεως ſect. 23.): Heſiodum inter eos primum recenſet, qui in hoc ſtylo viſi ſunt elaboraſſe. Ab illo non diſcrepat Velleius Paterculus (l. 1. c. 7.): *Vir fuit perelegantis ingenii, et molliſſima dulcedine carminum memorabilis.* Eandemque pene ſententiam, Grammaticorum princeps, Fabius Quinctilianus in his verbis tueri videtur (Inſtitutt. Oratt. l. 10.): *Raro aſſurgit Heſiodus, magnaque pars eius in nominibus eſt occupata, tamen utiles circa praecepta ſententiae, lenitaſque verborum et ſententiarum probabilis. daturque ei palma in illo medio genere dicendi.*

Decreta haecce ſummorum Criticorum locus erit in poſterum perpendendi; illud tamen interea libet animaduertere, ſcilicet eos, quamuis vera forſan, quae citauimus, de Noſtro protulerunt, non ei in his χαρακτῆρα maxime proprium et familiarem attribuiſſe. Sagaces viri, et Criticorum regulis aſſueti, hoc vel illud ſcribendi genus, acri habito examine, in auctore quouis forſitan deprehendant. Sed illud vnicum pro peculiari diſtinctionis nota cuique attribuerem, ſi quid in eo ſit, quod non acutis, vt ſentiatur, naribus indiget, non vt Criticorum trutina penſetur, exigit, ſed per ſe planum et perſpicuum vulgarem quemuis et oſcitantem ferit lectorem, et nequaquam ſui ſinit eſſe immemorem. Ecquid vero huiusmodi deprehendimus in Heſiodo? Immo admirabilem quandam ſimplicitatem, et, vt ita dicam, modeſtiam orationis et caſtitatem; a qua quidem ſcribendi norma in vetuſtiſſimo quoque auctore maxime conſpicua, recentiorum hominum plerique falſas fucataſque Veneres ſectati penitus deflexerunt. Simplicitas vero vel in cogitatis vel in verbis praecipue conſiſtit. Cogitationum ſimplicitas ea eſt, quae res concipit et apprehendit, vt in ipſa natura inueniuntur exiſtere, pure, perſpicue, diſtincte.

ſtincte. Iis autem opponuntur cogitationes perplexae, obſcurae, ſubtiles, quae veritatem forſan in ſe continent, ſed longe quaeſitam, paucis obuiam, et fundo quaſi adhaerentem. Verborum ea eſt ſimplicitas, quae res exprimit proprie et clare, non affectatis vocibus, quaeſitiſue figuris, ſed iſtis, quae ad communem vſum proxime accedentes vulgari captui maxime accommodantur. Hic, inquam, ſtylus eſt et dicendi character, in quo veteres illi excelluerunt, a quo tamen recentiores, delicati homines et faſtidioſi, acuminatum aliquid et exquiſitum et a vulgo longe longeque remotum inveſtigantes, omnino receſſerunt, et in locum eius frivolos conceptus, argutas ingenioſaſque ſententiolas, introduxerunt. Ex hoc hominum genere perpauci Aſcraei vatis veneratores inueniuntur. Nam de rebus ruſticis vrbane, de humilibus excelſe, de gravibus non lepide et concinne, loqui didicit; ſed ſuum cuique rei colorem induens naturam ducem optimam in omnibus ſectatur. In eo igitur dominatur iſta, de qua loquimur, ſimplicitas; ſiue ad hanc a natura factus, ſeu paſtorali vita inſtitutus, ſeu ab ipſo denique ſubiecto coactus videatur. *Raro* certe *aſſurgit Heſiodus*, nec in tali debuit argumento aſſurgere; ſed aliarum Venerum vices ſupplent, et certiſſimam ei palmam conciliant praeceptorum grauitas, verborum aptitudo, et verſificationis lenitas et dulcedo. In Ethica parte, praeceptorum aridorum, ieiunorum, ſine ordine vel connexione repetita crambe; in deſcriptionibus, notiſſimarum circumſtantiarum minuta congeries, nullis figmentis decorata, vel figuris variegata; totius ruris inornata facies; omnia denique ad vtilitatem potius, quam delectationem comparata; haec quidem vitia ſunt, quae delicatis noſtris hominibus faſtidium creant; ſed iſtiusmodi ſunt vitia, quae in optimo quoque antiquorum maxime conſpiciuntur, et pro ipſiſſima nota antiquitatis

et

et charactere *p)* genuino habenda sunt. Ecquid enim Homero sublimius, ne dicam diuinius? Sed in ipso, quandocunque a bellorum strepitu recedere, et in domestica vita occupari, vel arua incolere dignatur, eadem conspicitur tum sensuum tum verborum veneranda simplicitas; cuius quidem plurima vel in ipsa Iliade, occurrunt exempla, Odyssea autem tota in hac est. Quin etiam in argumentis maxime excelsis haec ipsa ἀφέλεια locum habet, simplex inquam, magnificentia, et natiua maiestas, quae, per se satis conspicua, extranea respuit ornamenta, nec purpureos pannos assuit; qualem videre licet in sacris scripturis; quae ab omni fastu et tumore abhorrentes, descriptionibus, colloquiis, Patriarcharum historiis, rebus quidem plerumque grandibus, suam attribuunt sublimitatem, vlteriorem non arrogant. Quod siqui sint, qui hanc ipsam orationem simplicem et incultam contemnant, vtpote facile imitabilem, et sine sudore obtinendam, nae illi egregie falluntur, frustra, vt opinor, laboraturi, si eandem tentauerint. Ita enim plerique vel prauorum librorum lectione, vel propria affectatione, et nouitatis falsaeue sublimitatis studio peruertuntur, vt eos ad naturam denuo reuocare et ad iustos sensus veramque eloquentiam effingere, opus sit difficillimum nec nisi diuturno vsu et exercitatione crebra perficiendum. Quid vero? Nullisne liceat ornamentis, nullo vti acumine? An omne dicendi artificium, omnis rhetorica ableganda? Nequaquam. Plura sunt subiecta, ita a natura comparata, vt nitide,

vo

p) Huc referri possunt, quae dicit Macrobius in comparatione Catalogorum Homeri et Virgilii. *Has copias fortasse paucis aliquis diuinae illi simplicitati praeferendas. Sed nescio quomodo Homerum repetitio illa vnice decet, et est genio antiqui poetae digna.* Saturnal. l. 5. c. 5. Dolet tamen, quod celeberrimum gentis nostrae Poetam Alexandrum Popium in hac re dissentientem habeamus; quem vide in dissertatione sua in Homeri Catalogum.

et splendide tractari possint, hoc interim si modo caueatur, ne adscitis ornamentis naturalis gratia et venustas obscuretur. Illud vero concedens, nego tamen antiquissimis scriptoribus inornatam suam simplicitatem exprobrandam esse, cum et prisca gens mortalium istiusmodi phalerarum incuriosa esset, et ipsa forsan argumenta nitorem omnem et splendorem respuerent. Haec scripsi in eorum gratiam, qui natura quid sit, quod temporum morumque discrimen, quid denique subiecto cuique conueniat, prorsus ignorantes, inornatam Hesiodi simplicitatem fastidiunt et irrident.

Qui iustam vero de Hesiodo ideam formare velit, oportet eum non in vno quouis, sed in diuersis operibus poetam contemplari. In Ἔργοις καὶ ἡμέραις, quod vnum pro genuino eius opere ab omnibus g) agnoscitur talis est, qualem modo depinximus, agrestis, grauis, inornatus, senex, aeui sui antiquitatem et mores fassus; ista tamen dictionis puritate et numerorum suauitate, vt nihil in hac parte vel elegantissimae aures reprehendant. Libens igitur Dionysio Halicarnassensi accedo, qui de nostro ita scribit: ἐφρόντισεν ἡδονῆς καὶ ὀνομάτων λειότητος καὶ συνθέσεως ἐμμελοῦς; et Quinctiliano, qui hanc nobis eiusdem imaginem proponit; *Lenitas verborum et sententiarum probabilis, daturque ei palma in illo medio genere dicendi;* itemque Velleio, qui eundem *mollissima carminum dulcedine memorabilem* depingit. Sed in his omnibus desidero, quod vnicum pro genuino ac maxime proprio Hesiodi charactere lubens admitterem, rusticam illam, quam descripsi, verissimum antiquitatis exemplar, simplicitatem, cuius illi prae omnibus debuerunt meminisse, qui iustam Hesiodi imaginem exhibere voluerunt. Praecipue vero miror Velleium, hominem tum sensu tum stylo ab antiqua ἀφελείᾳ quam longissime recedentem, sub *ingenii perelegantis* charactere Hesiodum

g) Pausanias in Boeoticis.

dum bonum virum politis illis et naſutis lectoribus deridendum propinaſſe. Male quidem Hèſiodo palpatur, dum iſtam ei laudem arrogat, quam ille ſolam non auſit ſibi vendicare. Sed Velleium non moror. Ecquid enim tam putidum eſt et inane, quod ab iſto adulatore vaniſſimo non fas ſit expectare?

Ad *θεογονίαν* iam procedamus, quam omnes pene praeter Boeotos pro genuino opere admittunt, in qua quidem non eadem, quae in *Ἔργοις*, Heſiodi facies, nec tamen prorſus diuerſa. Hoc poema reſpicit illud Quinctiliani: *magna pars eius in nominibus eſt occupata*; a quo quamuis indicari videatur opus horridum et ieiunum, ad illud tamen quam aptiſſime refertur, quod de noſtro ſequitur Elogium: *Lenitas verborum et ſententiarum probabilis*; itemque Halicarnaſſenſis illud: *ἐφέοντι σεν ἡδονῆς καὶ ὀνομάτων λειότητος, καὶ συνθέσεως ἐμμελοῦς*. Nam quod in Homero ſolent Critici admirari, eum ſcilicet in Catalogo ex tot hominum vrbiumque nominibus tam ſuauiter et molliter fluentem orationem conflare potuiſſe, illud ipſum in Heſiodi Theogonia tam feliciter elaboratum inuenias, vt ſi inter eos de hac re certamen iam inſtitueretur, merito dubitarent iudices, vtri palmam decernerent. In tanta vero nominum congerie, quis miretur, ſi *raro aſſurgat* Heſiodus? Non tamen vel in hoc opere omnino expers eſt poetici ſpiritus, ſed occaſione data tam magnum ſpirat et feliciter audet, vt, quibus rebus idoneus eſſet, poſſis aeſtimare; nec immerito deplores, vel quod incongrua tam ſublimi ingenio ei contigerint argumenta, vel quod operum eius *ποιητικωτέρων* pleraque interciderint.

Ex hoc autem libro petitum atrociſſimum impietatis crimen Heſiodo intentarunt veterum nonnulli. Primus omnium Pythagoras *r*) Heſiodi ſe animam vidiſſe finxit apud inferos vinculis adſtrictam aereae columnae, ſtriden-

r) Diog. Laert. l. 8. ſect. 21.

ſtridentemque propter ea, quae de diis commentus erat. Eidem dicitur ſubſcripſiſſe Xenophanes, Homerum etiam, vti aequum erat, pariter arguens *s*):

Πάντα θεοῖς ἀνέθηκαν Ὅμηρος Ἡσίοδός τε,
Ὅσσα πὲρ ἀνθρώποισιν ὀνείδεα καὶ ψόγος ἐστὶν,
Κλέπτειν, μοιχεύειν τε, καὶ ἀλλήλους ἀπατεύειν.

Ipſe etiam Sextus *t*) qui iſta Xenophanis verba citauit, miti quidem reprehenſione Heſiodum perſtringit, μὴ ἀξιοχρεὼν ὄντα κριτὴν τῶν κατὰ φιλοσοφίαν. Platonis autem celeberrimam et decantatam ſententiam quid referam, qui *v*) Homerum et Heſiodum ob impias, quas de diis finxerunt fabulas e republica ſua eiecit? Quis igitur Chriſtianus vir Heſiodi tam inepte fautor eſt, vt ei velit in hac lite adeſſe, nec potius fateatur, eum optimo iure iſtius culpae eſſe damnandum, quam vel Ethnici philoſophi et ipſi quoad res diuinas caecutientes, reprehendere potuerunt! Illis certe libens accedo, mentisque acumen admiror, quae quamuis ad veritatem perſpiciendam obtuſior, multos tamen errores vel in iſtis tenebris detegere valuerit; et ſi iam metus eſſet, vt quis a vera religione huiuſmodi librorum lectione perverteretur, nec potius ſperandum eſſet, vt omnes iſtius ſuperſtitionis odium conciperent, quae figmenta tam abſurda venditare potuit, et ipſe inter primos eſſem, qui

s) Sextus Empiricus adu. Mathem. l. 9. Ad idem innuit Ariſtot. Rhet. l. 2. c. 24. Οἷον Ξενοφάνης ἔλεγεν, ὅτι ἀσεβῶσιν οἱ γενέσθαι φάσκοντες τὰς θεὰς τοῖς ἀποθανεῖν λέγουσιν· ἀμφοτέρως γὰρ συμβαίνει μὴ εἶναί ποτε τὰς θεάς.

t) Pyrrhon. Hypoth. l. 3. c. 16.

v) de republ. l. 2. Vide etiam quae in hanc rem notarunt Cicero Nat. Deor. l. 1. Longinus περὶ ὕψους cap. 9. quem haud opportune confirmat Tollius teſtimonio Ariſtotelis in libro 10. Polit. Iſtum enim libellum in imitationem Ariſtotelis a Kyriaco Stroza Florentino conſcriptum quis ignorat?

qui Heſiodum e noſtra etiam republica ablegatum vellent.

Libens tamen interea in medium proferrem, quodcunque in tanti viri, tam bonis moribus praediti excuſationem allegari poſſet; illud vero praeſertim, ſcilicet quod ipſe non finxerit, quam ſcripſit μυθολογίαν, ſed religionem popularem diu antea receptam carminibus celebrauerit. In ſuperſtitionis gentilitiae, in communis erroris culpa poetam noſtrum patiar inuolui, dummodo non audax impoſtor, tantaeque impietatis inuentor habeatur; ideoque vt haec valeat Apologia, ad Herodoti contrariam afferentis ſententiam ponderandam procedamus. De religionis enim Graecae primordiis ſic ſcribit Hiſtoricus (l. 2, c. 53.): Ὅθεν δὲ ἐγένετο ἕκαστος τῶν θεῶν, εἴτι ἀεὶ ἦσαν πάντες, ὁκοῖοί τε τινὲς τὰ εἴδεα ἐπ ἠπιστέατο μέχρι οὗ πρώην τε καὶ χθὲς, ὡς εἰπεῖν λόγῳ. Ἡσίοδον γὰρ καὶ Ὅμηρον ἡλικίην τετρακοσίοισι ἔτεσι δοκέω μεῦ πρεσβυτέρους γενέσθαι καὶ οὐ πλέοσι. Οὗτοι δέ εἰσι οἱ ποιήσαντες Θεογονίην Ἕλλησι καὶ τοῖσι θεοῖσι τὰς ἐπωνυμίας δόντες καὶ τιμάς τε καὶ τέχνας διελόντες, καὶ εἴδεα αὐτῶν σημήναντες. *Vnde autem ſinguli deorum Extiterint, cunctine ſemper fuerint; aut qua ſpecie, hactenus ignoratum erat, niſi nuper atque heri, vt ſic dicam. Nam Heſiodum atque Homerum 400. non amplius annis ante me opinor fuiſſe. Illi autem finxerunt Graecis Theogoniam, diis cognominibus datis, diuiſiſque honoribus et artibus inter eos et deſcriptis eorum formis.* Huic igitur ſi fidem habeamus, religionis Helleniſticae auctores erant primarii Heſiodus et Homerus, et ab eorum inuentione profluxerunt fabulae, quas Graeci primum, deinde Ethnicorum penę omnium vulgus auide amplexi ſunt. Sed non is eſt Herodotus, cui, in re tam vero abſimili, contra aliarum hiſtoriarum fidem, tuto credas. Vir quidem eleganti ingenio et ſuauiſſima compoſitione memorabilis, ſed placendi quam docendi ſtudioſior, innumeriſque fabellis, et παραδόξοις ſcatens; adeo vt quantum ei arrogat

auctoritatis aeui antiquitas, tantum detrahat hominis *x*) vanitas, et in admiranda rerum effusa libido; cui ne in illis assentiamur, quae de Graecorum religionis origine narrauit, sequentes rationes vehementer obstant.

1. Quantacunque apud suos fama et auctoritate Hesiodus et Homerus valuerint, vix tamen suspicari possumus eam tantam fuisse, vt hac permota vniuersa gens aliter de diis et forsan sanius sentiens, Theologiam ab iis inuentam, et tam portentosis fabulis refertam admittere voluerit. Ille quidem honos et nomen diuinis vatibus olim attributus est, vt noua quaedam dogmata eos potuisse adiicere facile concedam; sed vt receptam penitus abolere superstitionem, religionemque nouam ex improuiso inducere vnus et alter valuerit, vix credibile videtur reputanti, quam difficulter se in mentes hominum praeoccupatas insinuet religio saniſsima, etiamsi miraculis, validissimo veritatis argumento, muniatur.

2. Si praetendatur, istam fuisse Graecorum ignorantiam, vt ante Hesiodi tempora omni prorsus religione vacui fuerint, nullique extiterint poetae vel sapientes, qui de hac re praecepta tradere potuerint; et historiae auctoritatem, et ipsam rationem huic opinioni repugnantem habemus. Multis procul dubio ante haec tempora saeculis Graecia habitata fuit; cumque ex variis olim conflata sit coloniis, mixtam quandam, ex variis regionibus inuectam *y*), religionem accepit. Ne rem altius repetamus, Danaus *z*) qui Argis, Cecrops *a*) qui Athenis regnauit, cum ipsi ex Aegypto essent, aliquam

x) Cicero de Legg. 1, 1. Plutarch. de Herod. Malign. Dio Chrysost. Orat. 18. A. Gellius l. 1, 10. Strabo l. 1. et 11. Thucyd. l. 1. Οὔτε αἱ λογογράφοι etc. ad quod Scholiastes: Αἰνίττεται τὸν Ἡρόδοτον.

y) Summi viri, Ioh. Potteri, Archiep. iam Cantuar. Archaeol. Gr. l. 2. c. 1.

z) Pausanias in Corinthiacis.

a) Eusebius Chronico. Pausanias in Arcadicis.

quam certe religionis partem, quae in ſuperſtitioſa iſta gente inualuerat, ſecum induxerunt. Dicitur et Phoroneus *b*) Aegyptius templorum, altarium, ſacrificiorum vſum Graecis indicaſſe; ideoque vel deos quoſdam tunc temporis apud eos in honore habitos inuenit, vel ipſe peregrinos et ignotos inuexit. Teſtatur etiam et ipſe Herodotus (l. 2.), pene omnia deorum nomina ex Aegypto in Graeciam peruenisſe; Bacchum vero diu ante Heſiodum Graecis fuiſſe notum, quippe cuius nomen et cerimonias Melampus interpretatus fuerit.

Quamquam vero idem Hiſtoricus contendit (ibid.), poetas illos, qui antiquiores Heſiodo et Homero ferebantur extitiſſe, poſteriores fuiſſe, ei tamen vel ipſa ratione permotus ſtrenuo repugnarem: Cui enim veriſimile videatur, haec poemata tam pulchra et pene divina prima fuiſſe inter rudes Graecos poeſeos tentamina *c*), cum alioqui omnes artes et ſcientiae, non vno ſaltu

b) Clem. Alex. in Protreptico. Arnobius contra gentes l. 6.

c) Vide hac de re ſententiam Viri doctrina et ingenio praecellentis Franc. Hare Ciceſtrenſis Epiſcopi in Prolegg. in Pſalmos a ſe methodo et arte admirabili metrice diuiſos; cuius tamen obſeruationes elegantiſſimas Lectori inuidere iniquum eſſet. *Reſpondeo, hanc ipſam ſimplicitatem partim in cauſa fuiſſe, quod eius inueſtigatio quaerentibus non felicius ceſſerit; qui non ſatis ſecum reputantes, antiquiſſima quaeque eſſe ſimpliciſſima, artesque omnes, quo initiis propiores eſſent, eo fuiſſe rudiores, nec niſi longo temporis progreſſu ad ἀκμὴν ſuam perductas, temere nimis crediderunt Poematia haec, quod ſacra eſſent, nec ſine numinis quodam afflatu compoſita, ideo eſſe in ſuo genere perfectiſſima, omnemque poeſeos cultum et ornatum, qui multis poſt ſaeculis apud Graecos obtinuit, in his quaeri oportere.* — Notandum tamen eſt, poeſeos Hebraeae imperfectionem, iſtius linguae, vel ipſorum forſan poetarum, genio, aeque ac antiquitati poematum, quae iam ſuperſunt, adſcribi poſſe. Nam inter Iobum, Moſen, Deboram, ſacrorum poetarum primos et poſteriores illos, Dauidem, Salomonem, caeteroſque qui Babylonicam captiuitatem exceperunt,

ſaltu, ſed gradatim lentiſque paſſibus ad culmen ſoleant peruenire? Rurſus igitur idem notandus eſt Velleius, qui verborum, vt ſolet, ſonitu et antitheſi potius, quam ratione et veritate, ductus, vanum hoc Homero confert elogium (l. 1. c. 5.): *Neque ante illum, quem ille imitaretur, neque poſt illum, qui eum imitari poſſet, inuentus eſt.* Nam praeter ipſorum poematum perfectionem, quae ea nequaquam prima omnium fuiſſe ſatis demonſtrat, etiamnum conſeruantur antiquorum poetarum nomina, qui de diis et religione ſcripſiſſe traduntur. Meminit Pauſanias *d*) Lycii cuiuſdam Olenis, qui antiquiſſimos inter Graecos conſcripſit hymnos et in hymno ſuo in Lucinam dicit Amorem Lucinae filium fuiſſe; poſt eum vero Pamphus et Orpheus poetae claruerunt, et ab vtroque compoſiti ſunt hymni in Amorem. Fertur etiam eundem Pamphum *e*) primum in Gratias carmina ceciniſſe *f*); eius vero hymnum in Iouem Homerum imitatum eſſe. Si Ciceroni ſit credendum *g*), Chryſippus Orphei, Muſaei, Heſiodi, et Homeri fabellas accommodauit ad ea, quae ipſe de diis immortalibus dixerit. Dicitur autem Muſaeus *h*) Θεογονίαν compoſuiſſe; licet hymnum in Cererem pro vnico Muſaei illius priſci ſcripto certo ac genuino agnoſcit *i*) Pauſanias. Ex hoc tamen poemate Homerus et Heſiodus quaedam deſcripſiſſe, ac ſuis intexuiſſe poematibus narrantur *k*).

ceperunt, ſatis longum tempus interceſſit, quo perpoliri, et ad ἀκμὴν quandam perduci poſſet Poeſis Hebraea, ſi modo iſtiusmodi perfectionis capax fuiſſet, vel huic rei ſacri ſcriptores operam dediſſent; cum tamen iiſdem, quibus antiquiſſima, vitiis et maculis laborent poemata recentiora, nec vllum in iis veſtigium profectus cernatur.

d) In Boeoticis. Herodot. lib. 4.

e) Pauſanias in Boeoticis.

f) Philoſtratus in Heroicis.

g) de Natura Deor. l. 1.

h) Diog. Laert. in Prooemio. Harpocration. Suidas in Μελίτη.

i) in Meſſeniacis.

k) Clemens Alex. Strom. l. 6.

De Orpheo autem Graecorum religionis auctore celeberrimo, variorum ſcriptorum teſtimonia congerere infinitum pene *l*) eſſet; a quo, cum patria Thrax eſſet, ipſum religionis nomen, vt nonnulli exiſtimant *m*), derivatum eſt. Dicitur enim cultus diuinus Θρησκεία, quaſi Θρᾳκία, i. e. Thracis hominis inuentum.

3. Plurimae Graecorum religionis fabulae ab hiſtoria ſacra deſumtae ſunt; *n*) quod quidem patet tum ex circumſtantiarum factorumque inter ſe congruentia, tum ex ipſis locorum, perſonarum, deorumque nominibus ab Hebraea radice deriuatis, paruaque mutatione ad Graecam aurem accommodatis. Sed vehementer errat, ſi quis exiſtimat, huiuſmodi mutationem vnius alteriuſue hominis inuentioni et ingenio deberi. Non enim vno aliquo tempore, ſed ſenſim corrupta fuit antiquarum rerum notitia, quae, cum nullis certis monumentis conſeruata fuerit et propagata, per longum, vt ſolet, traditionis curſum innumeras ſubiit mutationes, a quolibet narrante ademtis, additis, variatis ad libitum circumſtantiis, donec ad iſtum fere ſtatum religio peruenerat, qualis in Heſiodi Theogonia *o*) deſcribitur. Haud tamen aſſeuerauerim tam ſcrupuloſum eum fuiſſe in omnibus, fidumque religionis ſuae interpretem, quin licentia

l) Vide tamen Ariſtoph. in Ranis, et Euripidem in Rheſo.

m) Nonnus Ξυναγ. ἱερ. In Stel. I. Potteri Archaeol. Gr. 2, 1.

n) Bochartus paſſim. Clerici Notae in Heſiod. paſſim. Stillingfleet Origines ſacrae l. 3. c. 5.

o) *Cum ita Neomeniorum feriae Heſiodi temporibus inter Ethnicos obtinuerint, nemo niſi paullo moroſior ambigere queat, quin ſaeculis longe vetuſtioribus in vſu fuerint, cum omnia ſcaterent idolis*, etc. Spencer de Neomen. feſtis c. I. ſect. I. Idem de purificationibus verba faciens: *Si gentium pene omnium vſus antiquitatis indicium habeatur, conſentaneum eſt, vt lotiones illas Heſiodo longe antiquiores fuiſſe, et originem ſuam a remotiſſimo mundi ſenio duxiſſe, iudicemus.* de Luſtrat. Hebr. c. 3. ſect. 2.

tia a veteribus poetis vindicata, nouis quibuſdam circumſtantiis et ſplendidis fabellis Poema ſuum decorauerit. Eius tamen ſi τὸ ὅλον ſpectes, ab antiqua eum traditione argumentum deſumſiſſe, vel hac ratione inductus crediderim, quod has res, vt notas diuque receptas, ſecure et tranquille narret, nullamque prae ſe ferat ſpeciem hominis exponentis commenta ſua, iiſque fidem conciliare laborantis.

Ex his omnibus mihi quidem perſuaſiſſimum eſt, longe vetuſtiores Heſiodo fuiſſe has de deorum origine factiſque hiſtorias. Illud tamen libens concedo eum forſan copioſiſſime et accuratiſſime de hac re ſcripſiſſe, primumque πεποιηκέναι ΤΕΛΕΙΑΝ Θεογονίαν Ἕλλησι.

His iam expeditis quae ad Ἔργα καὶ ἡμέρας et Θεογονίαν pertinent, ad aliud iam pergamus Poema, ſeu Poematis fragmentum, Ἀσπὶς Ἡρακλέους nuncupatum, quod an genuinum ſit Heſiodi opus, an potius recentioris aeui, ſumma eſt inter viros doctos controuerſia. Variorum opiniones hic loci memorare ſuperuacaneum eſſet, cum ea, quae in hanc rem congeſſit vir πολυμαθέστατος Io. Alb. Fabricius, huic noſtrae Editioni integra ſubiunxerimus; rationes autem, quibus inducti literati quidam viri hoc opus Heſiodo abiudicauerint, paullisper expendere non pigebit, quas ſi inanes, nulliuſque eſſe ponderis deprehendemus, nihil certe apud me illorum auctoritas valebit, quo minus tam pulchri poematis honorem Heſiodo tribuam. Argumenta, quae ad huius poematis νοθείαν probandam adhibentur, huiusmodi fere ſunt.

1. Ἀσπίδος Ἡρακλέους auctor Homeri Clypeum Achilleum imitatus eſſe videtur, et ab ipſo plurima carmina mutuatus; quinimo in quadraginta locis, vt recenſet vir quidam p) ἀκριβέστατος, iſtiusmodi vtitur locutio-

p) Vide librum, Anglico ſermone conſcriptum, cui titulus: Miſcellaneous Obſervations on Authors antient et modern.

locutionibus, quales non nisi in hymnis Homero adscriptis inueniuntur, ac proinde necesse est, vt qui Hesiodum Homero coaeuum, vel eo forsan seniorem existimant, recentiori alicui poetae hoc opus adiudicent. A similitudine igitur duorum inter se poematum concludis Ἀσπίδος auctorem Homeri clypeum imitatum fuisse? Pulchrum sane argumentum! quod in te pari ratione torqueri potest. Cum enim inter duo scripta notabilis quaedam apparet conuenientia, exinde probabiliter inferri potest, vnum ad alterum respexisse; sed vtrum sit apographum, vtrum archetypum, aliis argumentis iudicandum restat. Aequo igitur iure Hesiodi fautores contendant, Homerum Hesiodi imitatorem fuisse; nisi aliae occurrant rationes, quae contrarium possint euincere. Porro argumentum illud, quod ducitur a quadraginta locutionibus, quae ab hymnis Homero adscriptis petitae videntur, eadem laborat infirmitate, et maiori quidem, quanto maior est istorum hymnorum nouitatis suspicio. Nam quo longius ab Homerica aetate hymni recedere creduntur, eo probabilius est in parallelis locis eos ad Ἀσπίδα respexisse, quam ad illos Ἀσπίδα, cuius antiquitas a tanto doctorum numero defenditur.

2. Ecce vero aliam rationem, qua Ἀσπίδος antiquitas oppugnatur. In eo nempe inuenitur alluſio ad Centauri nomen, quod in Fornace q), poematio Homero attributo, memoratur:

Ἀσπίς. Ἀμφὶ μέγαν Πετραῖον, ἰὸ' ΑΣΒΟΛΟΝ οἰωνιστήν.
Κάμινος. —— Σμάραγόν τε καὶ ΑΣΒΟΛΟΝ.

Vide, quaeso, argumentum. *Idem occurrit nomen in* Ἀσπίδι *et* Καμίνῳ; *Ergo vnum ad alterum respexit. Idem occurrit nomen in* Ἀσπίδι, *quod dubiae est antiquitatis, ac in* Καμίνῳ, *quod procul dubio est recens; ergo* Ἀσπὶς *illud nomen a* Καμίνῳ *mutuatum est.* Talis est

q) Herodot. vit. Homeri.

est Grammaticorum argumentatio; cuius quidem puderet meminisse, nisi instituti ratio requireret, vt Hesiodei nihil a me alienum putarem. Si Ἀσβόλος nomen esset ab auctore Καμίνῳ confictum, valeret argumentum, quod exinde contenderet Ἀσπίδα Καμίνῳ recentius esse poema. Sed illud non supponitur, nec supponi potest. Nam Ἀσβόλος vetustissimum est Centauri, diu, vt videtur, ante Hesiodi tempora celebratum, quem ob impietatem et truculentiam ab Hercule fuisse interfectum, vetus fama r) tulit. Sed haec nihil moror, cum illud ipsum falsissimum sit, quod in hoc argumento supponitur. Vox enim Ἀσβόλον in Καμίνῳ, in omnibus, vt opinor, codicibus legebatur Ἀσβετον seu Ἀσβεσον, donec Homeri editor Barnesius in Ἀσβόλον commutauerit, ratus nimirum ea fuisse Centaurorum nomina, quae in isto versu memorantur. Sed in hoc frustra est vir doctus. Verisimilius enim est, ea esse Cyclopum nomina, tum quod fictili arti aduersarii s) praedicentur, tum praecipue quod infra inuocet Poeta t) Chironem omnesque simul Centauros, ideoque in tantillo Poematio sui esset oblitus, si illi etiam sint Centauri, qui in priori versu designantur.

3. Tertia vero obiectio petita est ab illa dissimilitudine, quae inter Ἀσπίδα aliaque Hesiodi opera conspicitur. Abundat quippe, Ἀσπὶς sublimibus figuris et ornamentis poeticis, quae aliena prorsus videntur a graui illo et simplici poeta, qui Ἔργα et Θεογονίαν composuit. In hoc argumento consequentia non valet. Vix enim a stylo auctorem possis dignoscere, nec in re tam incerta existimatori docto tuto confidas, nedum Grammaticorum turbae, qui hoc vtentes criterio, de

r) Philostr. in Heroic. Fabricii Bibl. Gr. l. 1. c. 2.

s) Ὃς τῇδε τέχνῃ πολλὰ πορίζει.

t) Δεῦρο δὲ Χείρων ἀγέτω πολέας Κενταύρους, Οἵ θ' Ἡρακλείους Χεῖρας φύγον, οἵ τ' ἀπόλοντο.

antiquorum ſcriptis ſuperbum ferunt iudicium; prorſus ignorantes, in eodem auctore ſtylos maxime diuerſos inueniri. Primo enim, ab aetate auctoris ſcribendi ratio variatur. Quod enim in Hortenſio iam ſeniore, et de ſolita induſtria aliquid remittente, animaduertit Cicero (de claris Oratt.): *ſui diſſimilior videbatur fieri quotidie*; id fere in omnibus quodammodo, maxime in poetis, qui ſcribentes ſeneſcunt, conſpicitur. Acre illud et vehemens hebeſcit, venuſtum et politum defloreſcit, veſtitu ſplendido oratio ſpoliatur, et omnino vt Graecorum notat Criticorum princeps *v*), ἡ ἀπαυμὴ τῶν πάθων ἐν τοῖς μεγάλοις συγγεγφεῦσι καὶ ποιηταῖς εἰς ἦθος ἐκλύεται. Non inutile eſt illud Horatii (Epiſt. I, 1.) praeceptum, *Solue ſeneſcentem*, etc. et ille ipſe, quamuis in omni genere excellens, aeſtum tamen ingenii deferbuiſſe, et ad aliquid *ſermoni propius* inclinaſſe expertus eſt:

Nunc itaque et verſus et caetera ludicra pono
Quod verum atque decens curo, et rogo et omnis in hoc ſum.

Maxime vero in ipſo Homero iſta, de qua loquimur, ingenii declinatio conſpicitur. Δείκνυσι διὰ τῆς Ὀδυσσείας, ὅτι μεγάλης φύσεως ὑποφερομένης ἤδη ἰδιόν ἐστιν ἐν γήρᾳ τὸ φιλόμυθον. — — Ἀπὸ δὲ τῆς αὐτῆς αἰτίας, οἶμαι, τῆς μὲν Ἰλιάδος γεγραμμένης ἐν ἀκμῇ πνεύματος, ὅλον τὸ σωματεῖον δραματικὸν ὑπεσήσατο καὶ ἀγωνιστικόν· τῆς δὲ Ὀδυσσείας τὸ πλέον διηγηματικόν, ὅπερ ἴδιον γήρως *x*). Quid igitur? ſi dicam Ἀσπίδα figuris et ornamentis abundantem, in iuuentute ſua, alia quae reſtant poemata, inclinata iam aetate Heſiodum compoſuiſſe; eumne deinceps ob ſtyli diuerſitatem Poetae noſtro abiudices?

Secundo,

v) Longinus περὶ ὕψους *x*) Longinus ibid. cap. 8.

Secundo, ob varietatem argumenti scribendi ratio variatur. Eundemne requiris in Bucolicis et Georgicis feruorem et impetum, qui in Virgilii Aeneide conspicitur? Easdemne figuras in nauium catalogo, vel cum in curruum certamen Diomedes descenderet ac cum Δαΐᾳ οἱ ἐν κόρυθός τε καὶ ἀσπίδος ἀκάματον πῦρ Ἀστὲρ ὀπωρινῷ ἐναλίγκιον γ)? Eadem inter scutum Herculis et alia Hesiodi poemata ratio est. Ἔργα καὶ Ἡμέραι poema est didacticum, virtutis et agriculturae praeceptis constans, subiectorum sane quae non admittunt, procul dubio non postulant, vel sensuum altitudinem, vel dictionis splendorem. Maxima pars Θεογονίας est ἀπαγγελματικὴ, et in nominibus occupata, quae quidem, si tam apte inter se Poeta composuerit, vt nihil asperum, vel auriculis delicatis ingratum occurrat, omne punctum tulisse existimatori candido videbitur. In hoc tamen poemate, cum ad res quasdam nitoris et sublimitatis capaces digreditur, istis vtitur figuris et ornamentis, quae satis demonstrant, non ei ad haec ingenium, sed subiectum idoneum plerumque defuisse. Descriptio praelii inter deos et Titanas, ac postea Iouis cum Typhoeo pugnae, omnibus orationis ornamentis abundat, nec quidquam ποιητικώτερον in Scuto legitur; cuius tamen argumentum istiusmodi est, vt omnes poetae vires et vniuersum impetum facile patiatur. Male igitur *figurarum vi et ornamentorum abundantia* scuti νόθεια arguitur.

Restat, iam, vt de aetate Hesiodi pauca dicamus, pauca quidem; nam pauciſſimae occurrunt notae, quae curiosum in hac re inuestigatorem possunt dirigere. Periculosae plenum opus aleae! in quo iterum iterumque monendus est lector, vt rationibus verisimilibus contentus sit, nec vltra probabilitatis fines velit euagari. Argumenta, quae huic rei illustrandae inseruiunt, du-

 plicia

γ) Iliad. Σ. 4.

plicia fere ſunt, veterum teſtimonia et rationes Aſtronomicae.

Veterum teſtimoniis vltra probabilitatem nihil fas eſt tribuere. Nam et ipſi veteres reſpectu Heſiodi pro recentioribus ſunt habendi, et praeterea, quod maxime auctoritatem eorum leuat, inter ſe diſcordes ſunt. Duobus igitur omnino vtemur teſtimoniis, quibus tamen tutius credendum eſt, quia et antiquiſſima ſunt omnium, quae iam ſuperſunt, et inter ſe conſentiunt; tali quidem concordia, qualem de re tam remota expectare fas eſt, in qua ſcilicet non niſi paucorum annorum differentia occurrit. Herodotus poſt Heſiodum et Homerum ſcriptorum proſaicorum antiquiſſimus teſtatur eos 400. fere annis aetatem ſuam praeceſſiſſe (l. 2. c. 53.). Vixit autem Herodotus quo tempore Xerxes copias in Graeciam duxit, annis ante Chriſtum 480. ideoque floruit Heſiodus annis ante Chriſtum fere 900. Quantum Herodoti auctoritati tribuendum ſit, ſuperius dixi. Illud interea animaduertendum eſt, quod, ſi quis in eo ſit error, longe probabilius eſt peccaſſe eum, recentiorem, quam par erat, Heſiodo aetatem tribuendo, quam aſſignando nimis vetuſtam. Nam praeter illam phraſin τετρακοσίοισι ἔτεσι δοκέω μεῦ πρεσβυτέρους γενέσθαι, ἢ) ΟΥ ΠΑΕΟΣΙ, quae quodammodo innuit, eum a vulgari de hac re opinione diſcedere, animaduertendum eſt, hanc ipſam opinionum diuerſitatem antiquitatem rei arguere. Ad hanc rem facit, quod ſibi ipſi parum conſtet Herodotus, a ſuo quandoque longius remouens ſaeculum Heſiodeum. Nam in vita illa Homerica ponit Homerum, ideoque Heſiodum, ante Xerxis expeditionem annis 622, i. e. annis ante Chriſtum 1042. Cuius quidem memini, non vt ſuſpecti iſtius libelli auctoritatem hiſtoriae Herodoteae teſtimonio opponerem; ſed vt monerem, ſi quae ſit in praedicta Epocha erroris ſuſpicio, in eo verti controuerſiam, an non multo antiquior

tiquior habendus ſit Heſiodus, nequaquam an recentior habendus ſit.

Haec etiam confirmatur ſupputatio ex Chronici Marmoris teſtimonio. In illo enim ſic ſcriptum legimus: ἀφ' ὃ Ἡσίοδος ἐφάνη ἔτη [H¹ H [Δ¹ Δ Δ . . . . βασιλεύοντος Ἀθηνῶν . . . Literarum quidem numeralium vltima, nomenque Archontis interierunt. Illam autem lacunam bene ſuppleri numerali litera τῷ Δ, hanc vero τῷ Μεγακλῆς, ex iis, quae de hac re notarunt doctiſſimi Marmorum Editores *z*) abunde conſtat. Vixit Auctor Marmoris, vt ex plurimis in ipſo Marmore notis conſtat, annis fere ante Chriſtum 260, quibus adiectus numerus ſupra dictus 680. numerum efficit 940. illo autem tempore Athenis Megacles regnauit; eodem igitur floruit Heſiodus.

Hactenus hiſtoriae fidem ſecuti ſumus; iam vero diſpiciamus, quid luminis huic rei illuſtrandae praebeat Aſtronomia. Cecinit Heſiodus Arcturi exortum ἀκρόνυχον, confecta bruma, ſexaginta poſt dies accidiſſe (Ἐργ. 564.):

Εὖτ' ἂν ἑξήκοντα μετὰ τροπὰς ἠελίοιο
Χειμέρι' ἐκτελέσῃ Ζεὺς ὄμβρια, δὴ ῥα τότ' ἀστὴρ
Ἀρκτῖνος προλιπὼν ἱερὸν ῥόον Ὠκεανοῖο
Πρῶτον παμφαίνων ἐπιτέλλεται ἀκρονύχιος.

ex quibus verbis aetatem noſtri Poetae, calculi Aſtronomici ope, intra ſeptuaginta plus minus annos poſſe conſtitui Scaliger *a*) et Voſſius *b*) ſunt arbitrati.

Vellem equidem huc vſque rationum Aſtronomicarum ope prodire liceret; nam certiore calculo opus non eſſet in negotio a noſtris temporibus tam remoto, et exigui momenti. Sed fruſtra huiusmodi ἀκρίβειαν ſpera-

z) Vide Seldeni et Prideauxii Comment. in Marm. Oxon.

a) Animadu. ad Euſeb. No. 1255. p. 72. edit. Amſtel. 1658.

b) de Graecis Poetis cap. 2. ſect. vlt. p. 11.

ſperamus; poſtulat enim τὴν ἐπιτολὴν Arcturi rite et accurate definitam fuiſſe Heſiodi temporibus, et regionem cognitam; deinde nihil ambigui ineſſe verbis Poetae.

Sed τὴν ἐπιτολὴν ἀκριβούχην Arcturi rite et exacte definitam fuiſſe ne credamus, vetat quidem rudis antiquorum Aſtronomia, quam nimis imperfectam multa poſt Heſiodum ſaecula manſiſſe adeo demonſtrat, inter alia Eudoxi Sphaera *c*) vt merito dubitari poſſit, an tempus reuera interiectum brumae et exortui ſtellae cognitum fuerit, nec ne, Heſiodo, aut Aſtronomis, quorum ille vſus eſt obſeruatis. Quis enim pro certo affirmauerit eo vſque proceſſiſſe antiquos in Aſtronomica ſcientia vt veros τῶν τροπῶν dies ſtatuere poſſent? Prima omnium iſtiusmodi obſeruationum, quas veteres litteris tradidere, ea eſt ſolſtitii ab Euctemone et Metone obſeruati *d*): cui tamen neque Ptolemaeus, nec eo antiquior Hipparchus auſus eſt confidere; Petauius *e*) autem eam de errore vnius circiter diei arguit. Quid igitur miri eſt, ſi ab Heſiodo, aliquone eiusdem ſaeculi Aſtronomo minora ſperemus, quam ab Euctemone et Metone, quorum nomina inter cultores Aſtronomiae multum celebrantur? Nec in hac re antiquorum laudibus detrectare cupio. Sol curſum ſuum tardiſſime flectit; et conuerſionem ita aliquando inter duas meridies euenire oportet, vt Aſtronomo minus perito vix ac ne vix quidem conſtaret, vtrum huic illine diei eſſet accenſenda. Sed de imperitia veterum in conſtituendis ταῖς τροπαῖς ſolis audiamus Attalum et ipſum Eudoxum. Hic *f*) dicit in Ἐνόπτρῳ ſuo: Φαίνεται δὲ διαφορὰν τῶν κατὰ τροπὰς τόπων καὶ ὁ ἥλιος ποιούμενος· ille affirmat *g*) τὸν ἥλιον τὰς τροπὰς

c) apud Aratum, et Hipparchi commentarium in Arati poemata.

d) Ptolemaei magnum opus l. 3. c. 2.

e) Auctarium operis de doctr. temp. l. 6. c. 10. p. 247. edit. Pariſ. 1630.

f) Hipparch. Φαινομ. l. 1. c. 21. p. 198.

g) Coma Berenices v. 94.

τροπὰς μὴ ἀεὶ ἐπὶ τῷ αὐτῷ κύκλῳ ποιεῖσθαι· ἀλλά ποτε μὲν νοτιώτερον, ποτὲ δὲ βορειότερον.

Neque id ſolum nobis faceſſit negotium. Apparens ſtellae ortus, modo vt eum in animo habuerit Poeta, ſit eo tempore, quo ſolis centrum ſub Horizonte depreſſum eſt certo graduum numero *b*) pro magnitudinis ſtellae ratione definito, ipſum Horizontem occupante ſtella. Quanquam vero ſtella reuera eſſet iſto tempore Aſtronomis conſpicua; vtrum tamen tunc temporis, nec ſolaribus radiis magis expedita, viro Aſtronomiae imperito obſeruari poſſet, haud iniuria dubitatur. Ruſticus enim expectauerit ſtellam non modo ſub viſum cadere, ſed etiam toto ſplendore coruſcare. Hic autem ſplendor maiorem forte depreſſionis arcum poſtulabit; et vnuſquiſque gradus depreſſionis, ad arcum definitum accedens, apparentem exortum ſtellae ἀκρόνυχον accelerat, et ἑῷον moratur, vno ad minimum, pluribus nonnunquam diebus, pro ratione ſitus, quem ſigniſer habet ad Horizontem. Huic etiam ſplendori quandoque obſtant longiora crepuſcula et lucidiora *i*), quae ex aeris ſtatu, ardore ſolis, halitibuſque terrae perpetuo mutantur, et aliquando ἀτμώδης quidam aer *k*) Horizonti incumbens, per quem maiores etiam ſtellae tralucere non poſſunt, niſi gradibus aliquot ſupra Finitorem extiterint; vnde inter aliás cauſas, ſcriptorum illa varietas in deſignando ſtellarum ortu occaſuque a quibuſdam iure petitur *l*). Porro haud ſatis conſtat Arcturi exortum ab Heſiodo memoratum ipſius Poetae temporibus, et in Aſcraeo agro fuiſſe obſeruatum. Plinium, Columellam, alioſque ſcriptores reperimus docentes aſtrorum ſtellarumque ortus et occaſus ex praeceptis et para-

b) Auctarium operis de doctr. temp. l. 1. c. 14. p. 45. et Riccioli Almageſt. nouum T. I. l. 6. c. 20. ſect. 15. p. 464.

i) ibid. T. I. l. 1. c. 31. p. 48.

k l) Petauii Auctarium etc. l. 2. c. 8. p. 99. B.

parapegmatibus antecedentium Aſtronomorum *m*), qui diuerſis ſane temporibus, et in variis mundi plagis aſtrorum coelique motus notarunt; quod ſi, vt par eſt, Heſiodus itidem feciſſe credatur, exinde nihil de eius aetate conſtabit. Nam ſaeculi mutatio aliquod diſcriminis, et varietas regionis, qua fit obſeruatio, inſigne diſcrimen temporis exortui inducet; et Arcturus ἀκρονύχως citius ſeriuſque poſt brumam orietur pro ratione ſaeculi magis minuſue remoti, et loci magis minuſue ſeptentrionalis. Hoc ſane diſcrimen ex mutatione ſaeculi oriundum antiqui vſque ad Hipparchi tempora ignorabant; neque illud alterum regioni debitum magis calluiſſe videntur Poetae; et fere omnes rei ruſticae ſcriptores libris ſuis infarcientes ortus et occaſus vndique excerptos, et perplexe et obſcure, ne ſpecie quidem aliquando memorata, deſignatos *n*). Igitur neceſſe eſt, vt iſtiusmodi obſeruationes plerumque ſint incertae, nec ſaepe Chronologiae inſeruire queant.

Denique numerum, quem Poeta ſtatuerat, ſexaginta dierum a bruma ad Arcturi exortum, eundem multi alii ſcriptores *o*) et tandem Plinius *p*) poſuerunt. Sed vtri horum, Plinio an Heſiodo, fides eſt adhibenda? Alterum certe de ſuo tempore locoque cogitantem ſuus fefellit animus, et fortaſſe vtrumque. Plinius quidem ſcientia ac eruditione praelucebat Poetae, ſed poeta antiquior, ideoque, ni fallor, teſtis fide dignior eſt huius exortus Arcturi; nam hic alteri, non vero alter huic, auctor eius rei eſſe potuit. Quoniam tamen vtrique potuerunt ex aliis ſuum de hac re teſtimonium mutuo ſumſiſſe, adhuc incertum erit, quo ſaeculo, quaque regione

m) Eiuſdem Operis l. 2. c. 8. p. 89. B. et D.

n) Miſcell. Obſeruatt. pro Nouemb. et Decemb. 1733. edit. Amſtel. T. III. p. 358.

o) Nat. Hiſt. l. 11. c. 16.

p p) Plinii Nat. Hiſt. l. 2. c. 77. A. Gellii N. A. l. 3. c. 2. Macrob. Saturn. l. 1. c. 3.

ne obseruatus fuerit ille exortus, quem noster poeta nos docuit. Et haec fere sunt, quae in genere dicenda de incertis antiquorum praeceptis ad ortus occasusque stellarum attinentibus occurrunt.

Iam restant consideranda Poetae verba, in quibus aliquid ambigui nobis suspicari licet. Concesso enim, quod dies brumae rite definitus et Arcturi exortus aetate Hesiodi et Ascrae fuerit obseruatus, quis tamen statuere possit, diemne illum intra tempus a bruma ad Arcturi exortum, an extra esse numerandum? Antiquis vtraque computandi methodus erat vsitata; sed vtram Hesiodus vsurpauit, in promtu non est dicere. Praeterea Graeci *p*) ciuilem diem ab occasu solis inchoabant; et exortus siderum ἀκρόνυχος, siue ipso occasus momento, seu post occasum solis factus, sub initio diei ciuilis eueniebat. Erit igitur incertum, an ille quoque dies numero inclusus fuerit nec ne; et minime constabit an Hesiodus voluerit Arcturi exortum posuisse quinquagesima nona an sexagesima post brumam vespera, an sexagesima prima. Id vero notandum est, singulos dies numero additos Poetae aetatem ad nos propius admouere septuaginta duobus circiter annis. Aliam etiam litem docti mouerunt. Duplex est ἀκρόνυχος ortus *q*); alter quo tempore sol infra Horizontem occidentalem eo vsque nec amplius processit, vt stella in orientali Horizontis parte conspiciatur; qui ortus ἀκρόνυχος et apparens, seu ἑσπερία ἐπιτολὴ Φαινομένη vocatur: alter est, cum sol versatur in occidentali Horizonte eodem temporis articulo, quo stella est in orientali, et ἑσπερία ἐπιτολὴ ἀληθινὴ vocatur, siue ortus ἀκρόνυχος verus; qui quidem obseruari non potest, sole tunc temporis oculis Astronomi surripiente, et radiis suis abscondente stellam. Neutonus *r*) (praeeuntibus Longomontano et

q) Gemini Εἰσαγωγὴ apud Petauii Vranologiam c. II.

r) Chronol. p. 95.

et Keplero, si Ricciolo *s*) fides est) arbitratur posteriorem ortum esse designatum, quem necesse est apparente serius euenire duodecim ad minimum diebus, et nonnunquam pluribus, respectu habito ad τὸ ἔγκλιμα. Sed hunc sensum prorsus respuunt verba Poetae: nam vox παμφαίνων manifeste indicat τὴν ἐπιτολὴν φαινομένην et minime congruit vero ortui, quem Geminus *t*) ἀθεώρητον vocat. Neque mehercle, qui compos esset sanae mentis, id indicium tempestatis daret agricolis, quod oculis eorum non occurreret, et ex calculo astronomico esset deducendum. Sed alia insunt verbis difficilia: nam ἀκρονύχω et apparente ortu posito, stella in Horizonte orientali tum vltima vice conspicitur, neque ibi amplius ante heliacum eius ortum apparebit. Quonam igitur sensu dicitur Arcturus πρῶτον παμφαίνων ἐπιτέλλεσθαι, cum reuera hic ortus sit vltima ἐπιτολὴ φαινομένη, vltimaque ἀνατολὴ ἐκφανὴς? si dixeris haec verba, πρῶτον παμφαίνων seiungi debere a τῷ ἐπιτέλλεσθαι, et ad praecedentia, προλιπὼν ἱερὸν ῥόον Ὠκεανοῖο, referri, vt stellam iam emersam ex Oceano denotent et in Horizonte conspicuam; si ita, inquam, exposueris locum, redundat oratio, eo ipso stellae situ clare et aperte a τῷ ἐπιτέλλεσθαι expresso. Sin verba, πρῶτον παμφαίνων, volueris a se inuicem distingui, et seorsim ad τὸ ἀκρονυκτίφαος referri; sensus, fateor, commodus exinde elicietur: quoniam enim duplex est ἀκρονυκτίφαος seu ἀκρόνυχος ortus, quorum prior est φαινόμενος, posterior ἀθεώρητος; quidni videatur Hesiodus dixisse, quod Arcturus ἐπιτέλλεται ἀκρονυκτίφαος, πρῶτον, παμφαίνων; qui in vero ortu ἀκρονύχῳ diceretur ἐπιτέλλεσθαι ἀκρονυκτίφαος, ἔσχατον, ἀθεώρητος? Displicet tamen haec loci interpretatio, vtpote omnino subtilior, quam quae a vetere Poeta et rustico forsan viro expectari possit.

Alia

s) Almagestum nouum T. I. lib. 6. cap. 20. sect. 13. p. 463.

t) Cap. 11. p. 45. E.

Alia tandem, et ni fallor, vera, loci interpretatio occurrit, quam vox παμφαίνων omnino tuetur. Ea Latine ſonat, *totus collucens*, ideoque non conuenit vni cuiuis ſtellae, ſed conſtellationi. Prior enim nullum habens ſenſibilem diametrum vel tota eſt φαινομένη, vel tota ἀθεώρητος· poſterior vero per plures noctes diuerſis ſuis partibus exoriens, magis magiſque ſub viſum ἀκρόνυχος cadit. Huic autem diſtinctioni quam maxime fauet locutio veterum Aſtronomorum, qui de ſtella *v*) nude dicunt, ἐπιτέλλει, δύνει etc. ſed de aſtro *x*) ἄρχεται ἐπιτέλλειν, λήγει ἐπιτέλλειν, μέσος ἐπιτέλλει, ὅλος ἐπιτέλλει etc. additis nonnunquam vocibus *y*) φανερὸς, ἐκφανής. Itaque videtur τὸ παμφαίνων ἐπιτέλλεται idem ſignificare ac τὸ ὅλος ἐπιτέλλει φανερῶς; et Arcturum pro ſigno Bootae Poeta vſurpauerit: quod neque nouum nec improbandum eſt. Nam idem fecere Catullus Callimachi interpres *z*), Plautus *a*), Virgilius *b*), Vitruvius,

v) Gemini Εἰσαγ. c. 16. p. 65. B. ἐν δὲ τῇ ιή — Δοσιθέῳ προτρυγητὴρ ἀκρόνυχος ἐπιτέλλει. C. ἐν δὲ τῇ ιέ ἡμέρᾳ — ἐπιτέλλει δὲ καὶ Ἀρκτοῦρος. D. ἐν δὲ τῇ κδ ἡμέρᾳ Καλίππῳ ϛάχυς ἐπιτέλλει. p. 67. C. ἐν δὲ τῇ κγ Εὐδόξῳ αἰξ ἑῴα δύνει. p. 69. E. ἐν δὲ τῇ λβ Εὐκτήμονι Ἀρκτοῦρος ἑῷος δύνει. Ptolemaei Φάσεις ἀπλανῶν apud Petau. Vranol. p. 71. A. γ ὁ ἐπὶ τῆς ἀρᾶς τοῦ Λέοντος ἐπιτέλλει. Aetii Amideni Serm. III. ibid. 422. Columella Edit. Pariſ. l. II, c. 2. p. 340.

x) Gemini Εἰσαγ. c. 16. p. 64. et paſſim. Columella l. II, c. 2. p. 340.

y) Gemini Εἰσαγ. c. 16. p. 65. atque alias paſſim.

z) Coma Beren. v. 94.

a) Rudent. Prol. v. 70. „Namque Arcturus *ſignum* o„mnium ſum acerrimum.“ etc.

b) Georg. l. I. v. 204. „Ar„cturi *ſidera* nobis Hoedorum„que dies ſeruandi“. vbi Seruius quidem Arcturum ſtellam eſſe explicat, ſed male, ni fallor: quia τὸ *ſidera* idem ac *ſignum* valet; imo ipſe Seruius ad v. 68. nos ita ſubmonuit: „Arcturus enim pluuiarum ac „tempeſtatum ſidus eſt. Arctu„rus autem idem Artofylax — „idem Bootes etc“

vius *c*), Columella *d*), Plinius *e*), Iulius Firmicus *f*), et Auctor *g*) (quisquis ille fuerit *h*) siue Bassus seu ipse Germanicus), commentariorum in Arati Phaenomena a Germanico conuersa. Nec ipse Hesiodus, optimus sui interpres, praetereundus est. Nam v. 611. Arcturum oriri nos docuit quo tempore Orion et Sirius in medium coelum venerint: nec multo aliter exortum Bootae descripsit Hipparchus: *μεσουρανοῦσι δὲ τῶν ἄλλων ἀστέρων, ἀρχομένου μὲν ἀνατέλλειν τὸν Βοώτην, ὅτε ἀριστερὸς ὦμος τοῦ Ὠρίωνος, καὶ ὁ ἀριστερὸς πούς, ὡς ἡμιπήχιον προηγούμενος τοῦ μεσημβρινοῦ. λήγοντος δὲ αὐτοῦ, μεσουρανεῖ τὸν Κυνὸς ὁ ἐπὶ τῶν ἰσχίων λαμπρός. ἀνατέλλει δὲ ὅλος ὁ Βοώτης ἐν ὥραις ἰσημεριναῖς δυσὶν ὡς ἔγγιστα.* Nam Hesiodi aetate, quo tempore exoriebatur clarissima stella Arcturi, Meridianum iam pridem transierat Orion, nec dum ad eum Sirius peruenerat: sed oriente toto Boote, duabus circiter horis Orion et Sirius Meridianum transcurrebant circulum. Quare vt Hesiodus sibi constet, congruum est arbitrari, Arcturum loco prae

mani-

c) L. 9. c. 6. „Item alia „contra est stella media ge„nuorum Custodis Arcti, qui „Arcturus dicitur". Hanc lectionem probat Philander; sed Cl. Perraultius suspicatur legendum esse *Arctophylax*: perpenso quidem loco mallem legere, *quae dicitur*, etc.

d) l. 11. c. 2. p. 341. „VII. Kal. Septembris Vindemiator exoritur mane, et Arcturus incipit occidere."

e) Nat. Hist. l. 18. c. 28. „VIII. Idus Aug. Arcturus *medius* occidit." c. 31. „V. Idus Septembris Caesari capella oritur vesperi. Arcturus vero *medius* pridie Idus vehementissimo significatu terra marique per dies quinque."

f) l. 8. c. 14. „in quinta parte sagittarii oritur Arcturus. Hoc *signo* oriente, etc."

g) sect. 10. p. 109. edit. Par. „Bootes qui et Arcturus, fertur esse Custos Plaustri, etc." p. 145. VIII. Idus Aug. Arcturus *medius* occidit — Arcturus vero pridie Idus Septemb. imbres vehementissimos significat, terra marique. Ratio eius haec traditur, si Delphino occidente imbres fuerint, non defuturi sunt per Arcturum, eius *signi* ortum seruat.

h) Vossius de Hist. Lat. I, 22. p. 104.

manibus noſtris, vel proprie, vel ſaltem per ſynecdochen, poni pro tota conſtellatione Bootae. Atque ita forte intellexerunt Poetam Moſchopulus *i*) et Proclus *k*), qui Arcturum ὁμοταγῆ et συναναπέλλοντα virginis conſtellationi fecerunt: id quod neque proprie ſtellae, nec ei aeque ac ſigno competit, et ab Hipparcho *l*) Bootae tribuitur. Proclus, fateor, quidem ſubiungit: ἀρκτῶρος δὲ ὁ τῷ ἀρκτοφυλάκι (potius ἀρκτοφύλακος) ἀστὴρ, ὁ μεταξὺ τῶν σκελῶν αὐτῷ ἀνατέλλων. ὁ δὲ αὐτὸς ἀρκτοφύλαξ καλεῖται, καὶ Βοώτης· ſed mihi videtur vel τὸ ἄτως, vel τὸ Ἀρκτῶρος excidiſſe poſt τὸ Ἀρκτοφύλαξ; quia ſtella Arcturi nuſquam, quod ſcio, Arctophylax vel Bootes vocatur, ſed e contra ſub Arcturi nomine ipſe Arctophylax ſaepius occurrit.

His omnibus, quae iam dicta ſunt opponat aliquis, quod Poeta, ſi Booten in animo habuiſſet, non ἀστὴρ Ἀρκτῶρος dixiſſet, ſed ἄστρον Ἀρκτῶρος, ſeu potius ἄστρον Ἀρκτοφύλαξ, quod omnem dubitandi praecidiſſet anſam. Nam Aſtronomi *m*) diſtinguunt inter τὸ ἀστὴρ et τὸ ἄστρον, huic conſtellationis, illi vero ſtellae ſimplicis notionem attribuentes: et Homerus de ſtella loquens τῷ ἀστὴρ vna cum verbo παμφαίνειν vtitur (Iliad. E, 5); vbi Euſtathius (in Comment. p. 514.) ὁ μὲν ἀστὴρ, inquit, ἓν σῶμά ἐστι· τὸ δὲ ἄστρον ὡς περιεκτικόν. ἄστρον γὰρ ἐκ πολλῶν ἀστέρων συγκείμενον ἀστροθέτημα μιᾷ φαντασίᾳ ὄψεως ὑποπίπτων, μετά τινος μυθολογίας ἀποδιδόμενον ὡς ἐν τοῖς Ἀράτου φαίνεται. καὶ ἄτω μὲν κατὰ τοὺς παλαιούς. οἱ δὲ ὕστερον συνέχειν τὰς λέξεις, ὡς εἶναι παρ' αὐτοῖς ταυτὸν ἄστρον καὶ ἀστέρα. Sed videant docti, an non hic loci dormitet bonus Euſtathius: diſtinctionem quidem agnoſco; tamen dubito, an illa vetuſtiſſimis ſcriptoribus fuerit cognita. Apud Homerum et Heſiodum ne-

i k) Comment. in Heſiodum.

l) l. 2. c. 18. p. 229.

m) Achilles Tatius Εἰσαγ. c. 14.

que τὸ ἄστρον in ſingulari, neque τὸ ἀστέρες in Plurali numero occurrunt: ideoque res eiuſdem ſpeciei, diuerſi tamen numeri mihi deſignare videntur. Quod conſtellationes ἄστρα vocantur, et proprie ſane, quia ex pluribus conſtant ſtellis, id patet; ſed an vna aliqua conſtellatio, quippe quae quodammodo ἓν σῶμα eſt, a τῷ ἀστῆρι deſignari poteſt, nec ne, res haud ita certa eſt. Callimachus tamen in eo ſenſu vſurpauit vocem, cum dixit, πρὶν ἀστέρι τῷ Βερενίκης, fatente ipſo Achille Tatio (Εισαγ. c. 14. p. 134. D.), diſtinctionis iſtius vocum fautore maximo; et ſi τὸν ἀστέρα ὀπωρινὸν Homeri eodem modo interpretatus fuero, neque mihi deerit auctor, nec argumenta. Nam Ricciolus *n*) affirmat, quod Canis maior eſt Homero l. c. Iliadis ἀστὴρ ὀπωρινός, *aſtrum ſubautumnale, ſeu aeſtatem finiens:* et ipſe Homerus interpretationi fauet, canens:

ἀρίζηλοι δέ οἱ αὐγαὶ
Φαίνονται πολλοῖσι μετ' ΑΣΤΡΑΣΙ νυκτὸς ἀμολγῷ·
Ὃν τε ΚΥΝ' Ὠρίωνος ἐπίκλησιν καλέουσι·
Λαμπρότατος μὲν ὅγ' ἐστὶ, κακὸν δέ τε ΣΗΜΑ τέτυκται.

vbi illam μυθολογίαν quam Euſtathius (in Iliad. E, 5.) aſtris propriam eſſe iudicat cum vocibus, ἀστράσι, κύν' Ὠρίωνος, et σῆμα coniunctam videmus. Ipſa quidem ſtella Sirii Canis aliquando vocatur ex ſententia Hygini *o*) et Baſſi *p*), ſed nunquam σῆμα, vel *ſignum:* quapropter de ſigno potius quam de ſtella Poeta eſt accipiendus. Si tamen hoc diſplicet propterea, quod comparatio inter Diomedem et Sirium inſtituta melius competit ſimilitudini Achillis et Solis, quam Homerum in animo habuiſſe Euſtathius innuit, dicendum eſt Poetam vtramque notionem et ſtellae et conſtellationis, quae communi

n) Almag. Nou. T. I. l. 6. c. 5. ſect. 5. p. 408.
o) de ſignis coeli l. 3. c. 34.
p) Comment. in Germanici Phaenomena c. 32. ſub fine.

communi nomine Canis vocantur, commiſcuiſſe, quod idem fecit Plautus de Arcturo, Prologo in Rudentem:

Ita ſum, vt videtis, ſplendens ſtella candida,
Signum, quod ſemper tempore exoritur ſuo,
Hic atque in coelo: nomen Arcturo eſt mihi.

Quidquid vero de Homero ſtatuatur, Heſiodus aliam, quam quae data eſt, interpretationem non facile admittet; de qua re iam ſatis ſuperque.

Perpenſis igitur verbis Poetae calculum aggrediamur, et exinde ſententias propoſitas examinemus. Verum ortum ἀκρόνυχον ſtellae Arcturi ſtatuerunt Ricciolus *q*) et Neutonus *r*) accidiſſe, prior Athenis anno ante Chriſtum 953., poſterior anno ante Chriſtum 870. nulla loci mentione facta. Riccioli calculum nihil moror, quippe qui mendis ſcatet. Sed Polo boreo ad gr. 41° 30′ eleuato, ad quod ἔγκλιμα mundi Eudoxi ſphaera *s*) conſtituitur; et angulo Eclipticae et Aequinoctialis, cum Cl. Noſtrate Halleio, conſtituto gr. 23° 29′ (quem tamen angulum eundem ſemper fuiſſe nonnulli forſan negabunt) his, inquam, poſitis, anno ante Chriſtum 942. longitudinem ſolis, vere et ἀκρονύχως oriente Arcturo, comperio fuiſſe gr. 329° 16′. 59″. et meridie diei 27. Febr. fuit fere gr. 329° 17′. Londini. Bruma autem prioris anni, trigeſimo die Decemb. mane ante lucem eueniebat; ideoque exortus Arcturi ἀκρόνυχος verus fuit veſpera ſeu initio diei 28 Febr. i. e. poſt ſexaginta dies a bruma numeratos. Sed minor Aſcrae latitudo, et annus a Neutono memoratus ſeriorem exortum requirunt. Latitudinem Aſcrae conſtituo eſſe gr. 38° 30′. quia Clar. M. D. Iac. Iurin *t*) recentiſſimas obſeruationes ſecutus, Athenas poſuit in gr. 38° 15′. Anno autem ante Chriſtum 870. exoriebatur

q) Almageſt. Nou. T. I. l. 6. c. 20. ſect. 13. p. 463.

r) Chron. p. 95.

s) Hipparchus apud Petau. Vranol. l. 1. c. 5. p. 178. E.

t) Append. ad Varenii Geogr. c. 31. prop. 7. p. 41.

Arcturus vere et ἀκρονύχως Aſcrae, ſole quartum gradum Piſcium ingrediente, veſpera ſeu initio 3. diei Martii: bruma autem conficiebatur anno priore, tempore poſtmeridiano diei 29. Decemb., igiturque ἀκρόνυχος exortus Arcturi in agro Aſcraeo eueniebat veſpera poſt brumam confectam ſexageſima quarta, ſeu die ſexageſimo quinto, connumeratis vtriſque extremis. Quid igitur ſibi voluit Neutonus, qui Arcturi exortum ἀκρόνυχον et verum ex ſententia Poetae hoc anno eueniſſe nos docuit *v*)? Num falſus fuit (abſit inuidia verbo) clariſſimus ille vir, cuius nomini honos ſemper eſt habendus? an diuerſa methodo iniuit calculum, pro regione ad Boream magis accedente, computatis ſexaginta diebus a medio brumae tempore, et excluſis numero extremis? De hac re, tacente ipſo Auctore, nihil certi, quod dicam, inuenio.

Alter iam reſtat examinandus ἀκρόνυχος ſtellae ortus Clerico (Not. ad Heſ. Ἐργ. 569.) probatus. Hic ortus apparens eueniebat Aſcrae anno ante Chriſtum 870. ſub initio 18. diei Febr. ſole occupante 21^mum^ gradum Aquarii, et ad 12. gr. ſub Horizontem depreſſo: i. e. poſt quinquaginta dies integros a bruma ad exortum numeratos. Hoc tempus Heſiodi verbis minime conueniet, niſi nobis ſuſpicari liceret Poetam ſcripſiſſe, ἓξ τ' ἂν πεντήκοντα, quod Grammatici poſteriores cum Φαινομένοις ſui temporis, vel aliorum obſeruatis, discordare inuenientes id in, ἓξ τ' ἂν δ' ἑξήκοντα commutauerint; cuiuſmodi emendationes Attalus *x*) teſtatur ſe in Arati poemate feciſſe. Sed hac coniectura repudiata, quippe quae nullo nitatur fundamento, hic loci obiter ſubiungere libet, quod Eudoxus et Democritus eadem, quae Heſiodus, de Arcturi exortu, Hirundinis aduentu, et occultatione Vergiliarum notarunt. Nam Heſiodus

v) Chronol. p. 95.

x) Hipparch. Φαινομ. l. 1. c. 4. p. 178.

Heſiodus cum Arcturi exortu hirundinem veniſſe affirmat; Eudoxus autem, teſte Gemino *y*), ait die 60. a bruma vtriſque incluſis extremis, Ἀρκτῦρος ἀκρόνυχος ἐπιτέλλει, καὶ ὑετὸς γίνεται, καὶ χελιδὼν φαίνεται. Heſiodus autem docuit Vergilias ſub initio veris fuiſſe occultas quadraginta circiter dies: et Democritus *z*) die 13. poſt aequinoctium vernum, πλειάδες κρύπτονται ἅμα ἡλίῳ ἀνίσχοντι, καὶ ἀφανεῖς γίνονται νύκτας μ΄. Vnde haec eſſent cognita Democrito et Eudoxo, diſceptandum aliis relinquo; ab iis certe non mutuo ſumſit Poeta, neque in his locis Heſiodi interpolatio lectori emunctiſſimae naris vnquam ſuboluit.

Iam vltimam ſententiam expendamus, quae Booten ſub Arcturi nomine intelligendum propoſuit. Cum Marmore Arundeliano ponamus Heſiodum floruiſſe anno ante Chriſtum 944. ſeu potius, calculi gratia, anno 942. quia idem eſt annus ratione biſſextilis ac 870. Stella vltimum exoriens in conſtellatione Bootae ponitur ab Hipparcho *a*) et Ptolemaeo *b*) in pede dextro ſigni, et αζ΄ in catalogo Bayeri notatur. Haec ſtella tertiae eſt magnitudinis, et ſolem poſtulat ſub Horizontem depreſſum ad quatuordecim vſque gradus in verticali circulo numerandos, vt in Horizonte conſpiciatur. Calculo autem inito, eam inueniemus ἀκρονύχως orientem vltimum in Horizonte fuiſſe conſpectam anno praedicto, ſub initio diei 27. Febr., ſiue die ſexageſimo poſt brumam, vtriſque connumeratis extremis; ſole tunc temporis occupante 29. gradum Aquarii. Neque haec ratio numerandi noua eſt, etiam vbi τὸ μετὰ apud Graecos, ſeu *poſt* apud Latinos occurrit. Nam Cicero (Philipp. 2, 35.) ait: „Neque te illo die (ſcil. Idibus Mart.) „neque poſtero (ſcil. die XVII. Kal. Apr.) vidi; — poſt

 „diem

y) Εἰσαγ. c. 16. p. 68. C. et 69. B.

z) Εἰσαγωγὴ ibid.

a) Hipparch. Φαιν. l. 2. c. 18. p. 229.

b) in ἐνθέσει τῶν ἀςερισμῶν apud Hudſoni Geographos minores.

„diem tertium (ſc. die XVI. Kal. Apr.) veni in aedem „Telluris, etc.“ Quodque de ſpina Aegyptia dicit Plinius (H. N. 13, 9.): „Caeſa anno tertio reſurgit„: id Theophraſtus (Hiſt. Plant. 4, 3.) expreſſerat, ὅταν δὲ κοπῇ μετὰ τρίτον ἔτος εὐθὺς ἀναβεβλάστηκεν. Si quis vero contenderit Heſiodi verba, ἑξήκοντα — χειμέρι ἐκτελέσῃ Ζεὺς ἤματα, poſtulare ſexaginta dies integros, qualis inter ortum ſolis et occaſum exiguntur, quique a nonnullis *Naturales* vocantur, τῷ ἐκτελέσῃ denotante tempus eſſe completum et exactum, ne vno quidem dierum ſe aliter habente; haud male forſan ei reſpondebimus dicentes, apparentem ἀκρόνυχον exortum ſtellae non iſti diei tribuendum eſſe, quo vltimum in Horizonte orientali ſtella conſpicitur; ſed diei potius ſequenti, quo in conſpectum veniens primum incipit videri non amplius in Horizonte poſita, ſed ſupra eum aliquantillum eleuata. Hoc enim accidit ſtellae, de qua nobis ſermo eſt, veſpera ſeu initio diei 28. Febr. i. e. veſpera ſexageſima poſt brumam accidente, diebus ſexaginta naturalibus, et quinquaginta nouem noctibus, vna cum parte duarum aliarum inter brumam et exortum interpoſitis. Hoc temporis interuallum diminuetur, ſiue maiorem demus Polo eleuationem, ſeu aetatem antiquiorem tribuamus Poetae; et e contra augebitur, poſitis minore Poli eleuatione, aut recentiore aetate Poetae. An vero mutationem aliquam huic illiue inducendam ſuadeant caetera φαινόμενα ab Heſiodo memorata, iam nobis diſpiciendum eſt.

Scribit poeta (Ἐργ. 385.) de Vergiliis, αἵ δή τοι νύκτας τε καὶ ἤματα τεσσαράκοντα κεκρύφαται: quae verba prima facie occultationem, non tantum quadraginta noctium, qualis ea fuit Democriti, ſed quadraginta νυχθημέρων deſignare videntur. Sed id nobis eſt animaduertendum, quod dies noctesque occultationis aequales fieri non poſſunt. Nam occultatio omne id tempus eſt, quod ab ἡλιακῷ ſtellae cuiuſuis occaſu ſub veſperam

ram

ram accidente vſque ad ἡλιακὸν eius ortum aurora euenientem tranſcurrit a nocte inchoatum pariterque clauſum: itaque neceſſe eſt, vt aut noctes numerum quadraginta excedant, aut ab eo deficiant dies. Neque hoc impedit, quo minus νυχθήμερα a maiore numero denominentur; cuius rei ſacrae ſcripturae illuſtre praebent exemplum. Idem igitur erit occultationum, quae ab Heſiodo et Democrito memorantur, tempus; nempe noctes 40., dieſque interpoſiti 39. Sed hoc poſito tempore, litem fortaſſe mouebit aliquis, dicetque id nobis minime conſtare, vtrum Poeta locutus ſit de occultatione perfecta, omniumque ſtellarum ad Vergilias pertinentium, qualis ea eſt ab ἡλιακῷ occaſu ſtellae maxime orientalis vſque ad exortum ἡλιακὸν ſtellae maxime occidentalis, cuius occultationis breuiſſima eſt duratio; an de occultatione qualicunque et imperfecta ab ἡλιακῷ occaſu ſtellae, maxime orientalis computanda, cuius longiſſima eſt duratio; an denique de media quadam occultatione, illius ſcilicet ſtellae, quae inſigniſſima eſt Vergiliarum, et ſub viſum maxime cadit. De hac vltima Poetam eſſe intelligendum videtur rationi maxime conſentaneum, quia caeterae ſtellae nimis ſunt nebuloſae. Calculo autem inito pro anno ante Chriſtum 942 comperiemus Lucidam Vergiliarum vltimo fuiſſe viſam, ideoque occultationem eius eſſe inceptam veſpera ſeu initio diei 6. Aprilis, et finitam mane diei 15 Maii, quo demum ſtella poſt apparuit quam abſcondita fuiſſet noctes quadraginta dieſque triginta nouem ex vicinitate ſolis. Haec occultatio eo longior erit, quo magis ad Boream locus Poetae vel ad noſtra tempora aetas accedat; et e contra minus ad Boream accedente loco, vel ad noſtra tempora aetate, breuior erit occultatio.

Aliud φαινόμενον ab Heſiodo memoratum (Εργ. 609.) ita ſe habet:

Εὖτ' ἂν δ' Ὠρίων καὶ Σείριος εἰς μέσον ἔλθῃ
Οὐρανόν, Ἀρκτοῦρον δ' ἠοῖος ῥοδοδάκτυλος Ἠὼς, etc.

vbi Booten ſub Arcturi nomine deſignatum eſſe iam ſupra notauimus. Reſtat inquirendum an τὸ Σείριος de tota Canis conſtellatione an de ſtella eius inſigni intelligendum. De hac re in neutram partem acriter diſceptare velim; id tantum ſubmonendus eſt lector, quod Sirius ſemper deſignat ſtellam canis principalem, apud Aratum, Eratoſthenem, Hyginum, et Baſſum ſeu commentatorem Germanici. Si Heſiodus eodem ſenſu intelligendus eſt, id quod cenſuit Proclus c), Poeta dixerit, quod Arcturi ſeu Bootae ſigno oriente, ad meridianum Circulum accedet primo Orionis ſidus, deinde aliqua pars Canis, non tota conſtellatio, ſed Sirii ſtella, i. e. vltima Bootae ſtella in Horizonte orientali conſpicietur, quo tempore Sirius in coeli faſtigium aduenerit. Si nulla eſſet aeris refractio, et apparens idem ac verus eſſet locus ſtellae; vltima Arcturi ſtella in Horizonte poſita, Sirius tranſiiſſet Meridianum Aſcrae anno ante Chriſtum 942. duabus fere tertiis partibus vnius gradus, ſeu 44′, quod interuallum quidem nimis erat exiguum, quam quod ab antiquis dignoſceretur. Sin refractionem eſſe 29′. 30″. cum Ricciolo d) ſtatuamus; tum quo tempore vltima Arcturi ſtella in Horizonte viſa fuerit, Sirius deficeret a Meridiano 4′. ſeu decima quinta parte vnius gradus, ita vt ſtella Arcturi quam minimum eleuata, Sirius in ipſo Meridiano conſpiceretur. Hoc autem obiter eſt notandum; ſi magis Boream verſus admouemus locum, vel a noſtris temporibus amouemus Poetam, Sirius ne quidem attigerit Meridianum; at e contra minus Boream verſus admoto loco, minuſue a noſtris temporibus amoto Poeta, tranſierit iam pridem Meridianum, quo tempore praedicta ſtella Bootae oritur. Igitur ἐκ τῶν φαινομένων, quae Poeta nos

c) Comment. in locum: σαφῶς ἐν τούτοις τὸν ἐπὶ τῆς γένυος τοῦ κυνὸς Σείριον λέγει.

d) Almag. Nou. T. I. l. 3. c. 9. ſect. 7. p. 115.

nos docuit, nihil quod aetati eius apud Marmor Arundelianum traditae repugnet, inferri poteſt, ſed omnia ita optime conueniunt, vt mirari liceat, vnde haec ei cognita fuiſſent.

Quamquam vero quae iam dicta ſunt propoſito noſtro ſatis feciſſe videantur, haud tamen lectori ingratum fore exiſtimo, ſi ad alias nonnullas quaeſtiones ab hac re non alienas, et a viris doctis ventilari ſolitas, diſcutiendas deſcendero. Quaeritur enim primo, quomodo ſe habeat aetas Heſiodi reſpectu temporum Troianorum? ſecundo, quomodo ſe habeat reſpectu aeui Homerici?

Ad priorem quod attinet, cauſa nulla eſt, vt a vulgari et recepta opinione recedamus, qua Troiae excidium mille et ducentis ante Chriſtum annis, ante Heſiodum fere trecentis, collocatur. Haec enim ſententia argumentis quibuſdam veriſimilibus defenditur. Primo Homerus Heſiodo, vt pleriſque videtur antiquior, ſed ei forſan aequalis, comparatione facta Troianorum virorum, eorumque, qui ſuis temporibus vigebant, tantam roboris praeſtantiam prioribus illis *e*) attribuit, vt vix credibile videatur, tam inſignem humanarum virium diminutionem vno alteroue ſaeculo fieri potuiſſe. Argumentum a Velleio Patereulo petitum ipſius verbis (Hiſt. Rom. 1, 5.) proponemus: *Hic* (Homerus) *longius a temporibus belli, quod compoſuit, Troici, quam quidam rentur, abfuit. Nam ferme ante annos nongentos quinquaginta floruit, intra mille natus eſt. Quo nomine non eſt mirandum, quod ſaepe illud vſurpat,* οἷοι νῦν βροτοί εἰσι: *hoc enim, vt hominum, ita ſaeculorum notatur differentia.* Hoc quidem argumentum oppugnari poteſt ab eo, quod Homerus eadem fere vſurpat verba ad notandum diſcrimen inter Troianos viros, eoſque qui Troianis temporibus perpaucorum annorum interuallo praeceſſerunt.

e) Iliad. E, 304. M, 383. 449. T, 287.

ceſſerunt. Ita enim Neſtor de illis, qui vna ſecum iuvene militabantur, praedicat: (Iliad. A, 272.): Κείνοισι δ' οὐκ ἄν ἔπειτα --- τῶν οἳ νῦν βροτοί εἰσιν ἐπιχθόνιοι μαχέοιτο. Sed reſponderi poteſt, longe diuerſam eſſe hic loci iſtorum verborum rationem. Neſtor commilitoribus ſuis priſcis attribuit non virium corporis, ſed virtutis bellicae praeſtantiam, quarum alteram ſine altera poſſe ſubſiſtere. Siquo in re tali opus eſt teſtimonio vel ab ipſo Homero diſcamus (Il. E, 801.), Τυδεΐδης τοι μικρὸς μὲν ἔην δέμας, ἀλλὰ μαχητής. Quinetiam animaduerte perpetuum Neſtoris χαρακτῆρα. Vaniloquentiam illi minime indecoram attribuit Poeta. More ſenum laudator temporis acti deſcribitur. Quamobrem, ſi diſerte affirmaſſet aequales ſuos magnitudine et robore corporis praecelluiſſe; vix tamen ab oratione eius grandiloqua argumentum peterem, quod ipſius Poetae, in propria loquentis perſona, ſententiae opponerem.

Secundum argumentum, ex quo inter Troianum bellum aetatemque Homeri diſtantia infertur, deſumtum eſt ab inuocatione illa ſolemni Muſarum, quae ante initium Catalogi nauium (Il. B. 484.) a Poeta vſurpatur:

Ἔσπετε νῦν μοι, Μοῦσαι, Ὀλύμπια δώματ' ἔχουσαι.
Ὑμεῖς γὰρ θεαί ἐστε, πάρεστέ τε, ἴστέ τε πάντα·
Ἡμεῖς δὲ κλέος οἷον ἀκούομεν, οὐδέ τι ἴδμεν,
Οἵ τινες ἡγεμόνες Δαναῶν καὶ κοίρανοι ἦσαν.

Negat ſe quidquam certi cognoſcere vel de nauium numero, vel ductorum nomine. Quod ſi paucis annis a Troiana obſidione vixiſſet, non modo illuſtria illa, ſed minutiora multa ad tam celebre bellum pertinentia, vt pote quae in omnium ore tunc temporis fuiſſent, absque inſpiratione ſcire potuiſſet. Quis enim hodiernum Poetam non ineptum exiſtimauerit, qui Magni Malburii res geſtas cantaturus, exordium tale Flandriadi ſuae praepoſuerit?

Ex

Ex his, inquam, infertur argumentis, diſtantiam temporis non mediocrem inter Troianum bellum et Homeri ſaeculum interueniſſe, quae omnia pari iure ad Heſiodum transferri poſſunt, quippe quem Homero vel contemporaneum, vel illo perpaucis annis priorem fuiſſe ex ſequentibus patebit.

Huic autem ſententiae maxime aduerſatur Illuſtriſſ. Neutoni hypotheſis, qui ter centum totos annos a veterum Chronologia amputans Heſiodum quidem 870 annis ante Chriſtum collocat, ſed inter illius aeuum et Troiana tempora vix vltra triginta annos interceſſiſſe contendit (Chronol. p. 29. 32.).

Opuſculi huius limites tranſcurrerem, ſi omnes rationes, quae ad tam nouam hypotheſin muniendam adhibentur, diſcutiendas in me ſuſciperem: ſat erit, opinor, praecipuas ſelegiſſe, vt de vniuerſa argumentationis ſerie aequum ferat Lector iudicium.

Primo igitur ſupponit Vir Magnus (ibid.) γενεὰς illas, quae a poetis et praecipue ab Heſiodo (Ἔργ. 108.) celebrantur, vni hominum ſucceſſioni, quae intra triginta fere annos perfici ſolent, pares eſſe ſingulas; teſtatur autem Heſiodus (ibid. v. 174.) ſe in illa γενεῇ, quae a Troianis temporibus proxima fuit, vixiſſe; Ergo, etc.

De ſignificatione vocis γενεὴ maxime apud doctos ambigitur. Herodotus (l. 2.) tres γενεὰς centum annis reſpondere affirmat. Homeri Scholiaſtes *f*) tradit, veterum calculo τὴν γενεὰν triginta annis definiri. Sed Plutarchus *g*) incertiſſimam eſſe huiuſce vocis ſignificationem innuit, vtpote quae aliquando de aetate hominis vigentis, intelligitur, et ſic triginta annis definitur; aliquando vero de aetate hominis ſeneſcentis, et ſic 108. amplectitur. Idem praeterea, ſi quidem ego illius ſenſum

f) ad Iliad. A, 250.

g) de orac. defectu p. 415. ed. Franc.

ſum capio, τὴν γενεὰν b) exiſtimat apud Heſiodum nequaquam humanae vitae ſpatio circumſcribi, ſed diuerſam prorſus ſignificationem obtinere; dicens μήπω τὸν Ἡσίοδον ἀνθρωπίνην ζωὴν γενεὰν λέγειν. Vtcunque vero de generali huiuſce vocis ſenſu ſtatuatur, mihi quidem exploratiſſimum eſt, γενεὰς illas Heſiodeas nullum comprehendere definitum annorum numerum, ſed aliis alias prolixiores eſſe, et ſingularum longitudinem, vel actionum quarundam ſerie, vel morum ſimilitudine, vel ipſius forſan Poetae arbitrio determinari. Quamuis enim aureum illud, quod vocatur, ſaeculum vno Saturni regno definiuit Heſiodus: Οἳ μὲν ἐπὶ Κρόνῳ ἦσαν, ὅτ' οὐρανῷ ἐμβασίλευεν; male tamen exinde concluditur longitudinem vnius hominum ſucceſſionis huic aetati Poetam tribuiſſe. Saturnum enim et Iouem diuina et immortali praeditos natura deſcribit, ideoque plures hominum ſucceſſiones ſub imperio Saturni praeteriiſſe pari ratione exiſtimauerit, qua Ioui in ſucceſſiuas hominum generationes imperium diſertis verbis attribuit. Dicit enim de Ioue, quod argenteae aetatis homines (Εργ. 138. ſeqq.) Ζεὺς Κρονίδης ἔκρυψε; deinde vero, Ζεὺς δὲ πατὴρ τρίτον ἄλλο γένος μερόπων ἀνθρώπων Χάλκειον ποίησ'; illiſque demum ſublatis, Αὖθις ἔτ' ἄλλο τέταρτον ἐπὶ χθονὶ πυλυβοτείρῃ Ζεὺς Κρονίδης ποίησε, et poſtremum de ferreo ſaeculo, Ζεὺς δ' ὀλέσει καὶ τοῦτο γένος μερόπων ἀνθρώπων. Cum igitur Iouis imperio plures hominum generationes ſint ſubiectae, quid impedit, ne totidem ſub Saturno etiam fuiſſe concludamus? Nihil certe obſtat huic hypotheſi, quod vnicum, ſcilicet aureum, genus hominum ſub Saturno floruiſſe dicitur. Vox enim illa, τὸ γένος non ad notandam hominum ſucceſſionem adhibetur, ſed reſpectum habet ad mores, indolem, conſuetudines, res geſtas; in quibus, qui inter ſe conueniunt vel magnopere diſcrepant, ii eodem eſſe

b) ibid. p. 416.

esse vel diuerso τῷ γένει dicuntur. Concludo igitur aureum illud saeculum eo vsque durasse, donec homines, conuersis studiis, moribusque, simplicem illam ab Hesiodo descriptam viuendi rationem exuerant.

Ita vero se rem habere, nec vna hominum successione aetatem terminari, a quarti illius, quod dicitur Heroicum, saeculi longitudine patebit. Illustriss. quidem Chronologus, vt suae faueat hypothesi, vltra aurei saeculi initium Deucalionis diluuium remouet *i*). Apollodorus *k*) autem et Proclus *l*) testantur, Iouem istud diluuium ad perdendos aenei saeculi homines immisisse. Quorum sententia quam sit vero consentanea, nec ante aeneum saeculum Deucalionem vixisse ex ipso Neutono constat. Tradit enim vir Magnus *m*), „decem „post Deucalionem annis Idaeos Dactylos ferrum in Ida „Cretensi inuenisse, illudque in arma et instrumenta fa„bricantes fabrorum et armariorum artibus apud Euro„penses initium posuisse". Quod si verum sit, necesse est, vt Deucalionem vsque ad aeneum saeculum et illius quidem extremam partem deducas. nam ipse Hesiodus (Ἐργ. 151.) testatur in aeneo saeculo *ferrum nondum inventum fuisse* — μέλας δ' ἦν ἔσκε σίδηρος. Pone igitur Deucalionem iuxta finem aenei saeculi, et computa hominum generationes, quae inter eum et ferrei saeculi initium interceserunt, et sic tandem de intermedii saeculi, quod dicitur Heroicum, longitudine constabit. Post excisam Troiam ferreum saeculum incepit; discimus autem ab Homero *n*) a Deucalione ad Troianum bellum octo hominum generationes succesisse, videlicet Deucalionem, Hellenem, Aeolum, Sisyphum, Glaucum, Bellerophontem, Hippolochum, Glaucum qui Troianorum fuit

i) Chronol. p. 13.
k) Biblioth. l. 1.
l) Comment. ad Hes. Ἐργ. v. 157.
m) Chronol. p. 13. 14.
n) Iliad. Z, 153. seqq.

fuit auxiliarius. In altera eiuſdem familiae linea ſeptem generationes Apollodorus *o*) et Proclus *p*) recenſent, nempe Deucalionem, Hellenem, Aeolum, Critheum, Pheretem, Admetum, Eumelum, qui eidem bello interfuit. Si igitur cum Neutono tres hominum ſucceſſiones centum annis circumſcribi ſupponamus, Heroicum ſaeculum fere in 266. annos, vel ſecundum Eumeli genealogiam in 233 excreſcere neceſſe eſt. Ipſe quidem Heſiodus (Ἐργ. 162.) diſertis verbis teſtatur plures hominum ſucceſſiones intra Heroici ſaeculi terminum comprehendi. Nam *iſtorum* inquit, *Heroum alii in Thebano, alii in Troiano bello interierunt.* Sed Thebani Heroes patres erant Troianorum, Tydeus Diomedis, Stheneli Capaneus, etc. De aliis quidem ſucceſſionibus quae a Thebano bello retro ad Deucalionis tempora praeterierant, apud Heſiodum ſiletur, illis ſolummodo memoratis Heroibus, qui maxime in iſto ſaeculo inclaruerunt, cauſamque praebuerunt praecipuam, cur illud ſaeculum Heroicum denominaretur. His omnibus perpenſis Neutonianam illam hypotheſin de γενεῶν Heſiodearum longitudine nequaquam eſſe probabilem concludo; ac proinde, etiamſi Heſiodus in ſaeculo ab excidio Troiae proximo floruerit, fieri tamen poſſe, vt multorum annorum interuallo ab illis temporibus remotus fuerit.

Sed inſtat Vir Magnus (Chronol. ibid.) — „Non „modo ipſe Heſiodus teſtatur ſe in ſaeculo a Troianis „temporibus proximo vixiſſe, ſed illud etiam ſaeculum „finem habiturum cum homines tunc viuentes caneſce„rent et morerentur; quod idem eſt, ac ſi dixiſſet ſae„culum illud ſuum longitudinis fuiſſe mediocris, et vna „hominum generatione terminandum". Verba Heſiodi ad quae reſpexit Neutonus, haec ſunt (Ἐργ. 108.):

Ζεὺς

o) Bibl. 1, 2. *p*) Comm. ad Heſ. Ἐργ. 157.

Ζεὺς δ' ὀλέσει καὶ τοῦτο γένος μερόπων ἀνθρώπων,
Εὖτ' ἂν γεινόμενοι πολιοκρόταφοι τελέθωσιν.

in quibus explicandis ipſe bonus (quam indignor!) in communem lapſus eſt errorem interpretum, qui ab accuratiſſimo Graeuio ſic reprehenduntur (Lect. Heſiodd.): — „Inſulſe Interpretes Latini: — *Poſtquam facti circa tempora cani fuerint.* An γενέσθαι πολιοκρόταφον τελέθειν eſt fieri canum? Quid abſurdius fingi poteſt? „Γεινόμενοι ſunt τεχθέντες. Sic autem verte: — „*Quum vix nati caneſcant*, hoc eſt, ſeneſcant, quum vix „poſtquam lucem adſpexerunt, ſenio conficiantur, etc.“ Eandem pene phraſin a Ioſepho vſurpatam inuenias; apud quem Abramus breuem filii ſui iam, vt videbatur, mactandi, vitam deplorans, ἐπειδὴ, inquit *q*), γεννηθεὶς ἀποθανοίη, *Cum iam nato moriendum ſit.* Idem procul dubio eſt ſenſus verborum Heſiodi, qui a breui contemporaneorum ſuorum vita argumentum ducit, quod Iupiter, non quidem extemplo, ſed aliquando illud genus perditurus ſit, et meliora deinde ſaecula reducturus.

Quum vero, vt ſupra dixi, Neutonus ante aureum ſaeculum Deucalionem collocat, nec aliter quidem eius hypotheſis poteſt conſiſtere; expendamus argumenta, quae ad hanc opinionem muniendam adhibentur. Ex illis autem praecipua huiuſmodi fere ſunt: „*r*) Deuca„lionis diluuium in ſecunda vel tertia ante Cadmum ge„neratione euenit; ſed Cadmus in aureo ſaeculo vixit; „ergo Deucalionis diluuium in ſecunda vel tertia ante „aureum ſaeculum generatione euenit. Probatur Deu„calionis diluuium tertia fere ante Cadmum generatione „eueniſſe exhinc, quod Ino, Cadmi filia, nupſit Athamae, „filio Aeoli, filii Hellenis, filii Deucalionis. Probatur Cad„mum in aureo ſaeculo vixiſſe, duplici argumento. 1. Aſte„rius, qui antiquorum erat Saturnus, in aureo ſaeculo vixit;

q) Antiqq. Iudd. l. 1. c. 13. *r*) Chron. p. 142. 148. 149. 159.

„vixit; ille autem Asterius Europam Cadmi sororem „vxorem duxit. 2. Curetes, quos secum Cadmus in „Graeciam inuexit, Iouem nutriuerunt; Iupiter autem „Minos erat Cretensis et Asterii filius".

Animaduertat Lector totam argumentationis vim ex hoc pendere, quod Asterius et Minos sint Saturnus et Iupiter ab antiquis celebrati, ac proinde Saturnus ille et Iupiter Cadmo coaeui fuerint; illud autem neutiquam probari, nisi verisimile sit, tum Curetas Iouem puerum nutriuisse, tum eosdem Curetas vna cum Cadmo in Graeciam venisse. Sed neutrum horum, vt opinor, vel certum est vel probabile. Curetas quidem Iouem nutriuisse ab Historicis memoratur; sed ab omnibus pro fabula summaeue re incertitudinis habetur. Strabo *s*), scriptor grauissimus, cum de his Curetibus copiosius disseruisset, hac de causa vereri videtur, ne Lector eum fabulis addictum existimauerit; inter discrepantes autem opiniones, quas de his congessit, vna est eorum *t*), qui Curetas non Iouis altores, sed Ioue et Calliopa natos perhibent. Neutonus quidem Lucianum huiusce rei testem adducit *v*), sed prorsus incommode eius vtitur testimonio, qui vniuersam Graecorum μυθολογίαν deridendam solet propinare. Quamobrem mirari licet, egregium hunc philosophum, in Mathematicis demonstrationibus δεινότατον, sperasse, tam leuibus argumentis, ab anilibus fabellis petitis, vniuersam antiquorum Chronologiam se posse subuertere. Sed concesso Curetas Iouem aluisse, vnde constat, illos vna cum Cadmo in Graeciam venisse? Refert quidem Herodotus (l. 5.) Phoenicios quosdam viros Cadmi comites artes literasque in Graeciam inuexisse; illos vero eosdem fuisse ac Cure-

s) προήχθημεν δὲ διὰ πλειόνων εἰπεῖν περὶ τούτων, καίπερ ἥκιστα φιλομυθοῦντες, l. 10. p. 726. ed. Amst.

t) ibid. p. 723.

v) de saltatione, non de sacrificiis, vt citatur a Neutono Chron. p. 149.

Curetas Iouis altores neutiquam teſtatur. Ipſe etiam Diodorus (l. 5. p. 230. edit. Steph.), qui omnes Cretenſium hiſtorias explorauerat, eandem de Ioue et Curetibus fabulam narrat, ſed eorum opinioni penitus aduerſatur, qui illos vna cum Cadmo, Aſterio, Minoe vixiſſe arbitrantur; nam Cretenſes Heroas, Minoem, Rhadamanthum, etc. multis ſaeculis poſt deos genitos floruiſſe refert *x*). Porro Pauſanias et Strabo, qui eorundem Curetum mentionem faciunt *y*) ſaepiſſime, inter varias et repugnantes, quae de iiſdem praedicantur, fabulas, eorum cum Cadmo ſocietatis vel *συγχρονισμὸν* nuſquam meminerunt. Hypotheſis igitur Neutoniana, quod Cadmus Saturno et Ioui fuerit coaeuus, quodque Aſterius et Minos Saturnus ille et Iupiter fuerint, coniectura ſola nititur, omniſque probationis expers eſt, etiam illius, quae ab obſcura et ſibi ipſi ſaepius aduerſaria Graecorum *μυθολογία* petitur.

Sed alios Vir Magnus ſententiae ſuae patronos exhibet (Chron. p. 152.), ipſos nempe Cretas, qui Iouis tumulum in inſula ſua conſpici iactabant. Argumentum ſane *minime validum*; nam Cretes hac vnica de cauſa pro mendacibus vſque ad prouerbium notati ſunt *z*, Κρῆτες

x) l. 5. p. 237. Μετὰ δὲ τὰς τῶν θεῶν γενέσεις ὕστερον πολλαῖς γενεαῖς φασὶ γενέσθαι κατὰ τὴν Κρήτην ἥρωας ἐκ ὀλίγους, ὧν ὑπάρχειν ἐπιφανεστάτους τὸν περὶ Μίνω καὶ Ραδάμανθον.

y) Pauſanias Meſſen. et Eliac. prior. Strabo l. 10.

z) S. Paulli epiſt. ad Tit. 1, 12. Callim. Hymn. in Iou. v. 8. Epimenides, vt teſtantur Hieronymus ad Titum, Auguſtinus contra Aduerſarium Legis, Chryſoſt. Sermon. III. Epiſt. ad Titum, et Origenes l. 3. contra Celſum. Innuit quidem Scholiaſtes Callimachi aliam ob cauſam Cretenſium mendacia in prouerbium abiiſſe: παροιμία ἐστὶ τὸ κρητίζειν ἐπὶ τοῦ ψεύδεσθαι, ἀπὸ Ἰδομενέως τοῦ Κρητὸς ῥηθεῖσα· ὃς λαχὼν μερίσαι τοῖς Ἕλλησι τὰ λάφυρα τῆς Ἰλίου, τὰ κρείττω ἑαυτῷ περιποιήσατο. Et Suidas: Κρητίζειν· τὸ ψεύδεσθαι. Ἰδομενεὺς γὰρ ἐπιτραπεὶς τὸν ἄριστον ἑαυτῷ ἐξείλετο. Sed mecum certe

τες ἀεὶ ψεῦσαι, quoniam, vt a Callimachi Scholiaſte *a*) accepimus, hoc ipſum ſepulcrum Minois erat, hac inſcriptione inſignitum, ΜΙΝΩΟΣ ΤΟΥ ΔΙΟΣ ΤΑΦΟΣ, ſed cum iniuria temporis τὸ Μίνωος eraſum eſſet, pro Iouis ſepulcro oſtentabatur. Neutonus autem Cretenſium veracitatem vindicat, integram inſcriptionem Iouis ſepulcrum deſignare exiſtimans. Nam Μίνωος τοῦ Διὸς τάφος Latine reddidit, *Minois Iouis ſepulcrum*; Minois qui erat Iupiter; ſed haec verba verti debere, *Minois Iouis filii ſepulcrum*, ſubintellecto τῷ υἱῷ per ellipſin Graecis vſitatam, Graeculis omnibus eſt notiſſimum. Quod ſi ita ſe res habet, tota Neutonianae argumentationis moles funditus ruit. Nam ſi Minos non ſit Iupiter, Aſterius non eſt Saturnus; ſi Aſterius non ſit Saturnus, tum Cadmus Aſterio coaeuus in aureo ſaeculo non vixit: quod ſi Cadmus in hoc ſaeculo non vixerit, nequaquam probatur, quod probandum erat, Deucalionis diluuium in ſecunda vel tertia ante ſaeculorum initium generatione eueniſſe.

Sed inſtare poſſunt Neutonianae hypotheſeos fautores, parum intereſſe an Minos ſit ipſe Iupiter, an Iouis filius; hoc enim conceſſo, vnius ſolummodo generationis differentiam oriri quae in re tam remota et obſcura nullius eſt momenti. Sed falluntur illi, qui ſic argumentantur, quique aetatem Iouis conſtituunt reſpicientes ad aetatem eorum, qui pro filiis eius ſunt habiti.

Ioui

certe ſentiunt Callimachus; Κρῆτες ἀεὶ ψεῦσαι· καὶ γὰρ τάφον, ὦ ἄνα, σεῖο Κρῆτες ἐτεκτήναντο· et Lucanus l. 8. extr. Tam mendax magni tumulo quam Creta Tonantis. et Nonnus Dionyſ. l. 8. Οὐ γὰρ ἀεὶ παρέμιμνε Διὸς ψευδήμονι τύμβῳ Τερπομένη Κρήτεσσιν, ἐπεὶ πέλον ἠπεροπῆες.

a) ad Hymn. in Iou. v. 8. Ἐν Κρήτῃ ἐπὶ τῷ τάφῳ τοῦ Μίνωος ἐπεγέγραπτο, Μίνωος, τοῦ Διὸς, τάφος· τῷ χρόνῳ δὲ τὸ, τοῦ Μίνωος, ἀπηλείφθη· ὥςε περιλειφθῆναι, Διὸς τάφος. ἐκ τούτου ἂν ἔχειν λέγεσι Κρῆτες τὸν τάφον τοῦ Διός.

Ioui enim, quicunque is fuerit, in deorum numerum relato, et immortalitatem induiſſe credito, ſuccedentium hominum ſuperſtitio varios potuit imputare filios, non eos modo, qui eodem, quo ille in terris verſatus eſt, ſaeculo vixiſſe putabantur, ſed eos etiam, qui multa poſt ſaecula nati fuerunt, nimirum quotieſcunque adulatores regi cuiuis vel heroi hunc honorem adſcribere voluerunt. Sed Neutonus ab hoc negotio omnem ſuperſtitionem et fabulam remouet, eoſque vniuerſos qui Iouis filii dicti ſunt ita reuera fuiſſe exiſtimans, ex eorum notiori ſaeculo ipſius Iouis ſaeculum ſtatuere non dubitat. Huiusmodi argumentationis breue quoddam ſpecimen Lectori iuuat exhibere, vt quam fallax, inanis, et nullius ponderis ſit exemplo oſtendam. Secundum Neutonum (Chron. p. 38.) condita eſt Roma ſexcentis fere ante Chriſtum annis, ſecundum vſitatam chronologiam fere ſeptingentis quinquaginta. Ego autem ſi methodo Neutoniana probare velim longe antiquiorem fuiſſe Romam, ſequente argumento, quod ex Neutono didici, opinionem meam defenderim. Heros ille qui ſub Martis nomine colebatur, erat Seſoſtris Aegypti rex (ibid. p. 98), qui mille fere ante Chriſtum annis (ibid. p. 23.) floruit. Sed Mars Romuli erat pater, vt Liuius, Virgilius aliique memorant; ideoque Romam nongentis plus annis ante Chriſtum conditam fuiſſe neceſſe eſt fateamur. Vel alias ſic inſiſtam: — Romulus ſexcentis ante Chriſtum annis floruit; ergo Mars ſeu Seſoſtris, Romuli pater, non amplius ſexcentis et triginta. Quis tales rationes inanes eſſe non videt? Huiuſmodi tamen eſt omnis Neutoniana argumentatio de Aſterio, Minoe, cunctiſque inſuper deorum filiis, quae ex antiqua μυθολογία deſumta eſt.

Aliud vero argumentum, quo hypotheſin ſuam Vir Magnus tuetur, hiſce pene verbis conceptum legimus (ibid. p. 164.): „Aliquando cum Mentore in Ithaca „vixit Homerus, et ab eo multa didicit, quae pertinerent

„ad vitam et res geſtas Vlyſſis, cuius Mentor amicus „fuerat". Quod ſi verum ſit, Heſiodum, Homero ſupparem, in generatione poſt Troianum bellum proxima vixiſſe neceſſe eſt.

Sed vnde, quaeſo, conſtat Mentorem illum Ithacenſem Vlyſſi cognitum fuiſſe? Homerus nempe, vt tradit libellus ille de vita eius Herodoto adſcriptus, cum Mentore quodam in Ithaca verſatus eſt, a quo cum multa beneficia accepiſſet, hanc illi gratiam retulit, vt nomen eius Odyſſeae inſereret ſub charactere viri prudentiſſimi, et amici ſummi Vlyſſis. Haud commode ex ſuſpecto hoc libello argumentum petit Neutonus, cuius quidem auctoritati, vt iam patebit, quandocunque hypotheſi ſuae aduerſatur, ſolito vſus acumine, nihil tribuit. Sed hiſtoriae habeatur fides; cum Mentore Ithacenſi verſatus fuerit Homerus; aegre tamen euinces eundem Mentorem Vlyſſi familiarem fuiſſe ex eo, quod in Odyſſea talis deſcribitur. Solent enim Poetae, aliam referendi gratiam plerumque incapaces, amicorum nomina immortalitati conſecrare. Phemius ille (Odyſſ. P, 263.) quem in procorum epulis cithara canentem Homerus inducit, pro ipſius vitrico et praeceptore a praedicto Biographo venditatur. Tychius vero, quem (Iliad. H, 220.) σκυτοτόμων ὄχ' ἄριστον, et clypei ſeptemplicis fabricatorem idem celebrat, eundem Cuma diuerſantem benigno hoſpitio excepiſſe traditur. Et magiſtrum ſuum imitatus Virgilius, vt nobilibus quibusdam inter Romanos familiis blandiretur, *b*) Sergeſtum, Cloanthum, etc. Aeneae comites adiunxit. Sed quis ſibi perſuadeat vtrumuis poetam hiſtoriae in hac re auctoritatem ſecutum fuiſſe, vel exinde trahat argumentum, quo rei incertae fides concilietur? Quinimo nec ipſius Mentoris aetas facile pateretur, vt ille vna cum Vlyſſe, ac deinde cum Homero verſatus fuerit. Ita enim

b) Aeneid. 5, 121. 122.

enim computando colligimus. Vlyſſes ad Troianum bellum profecturus rei familiaris curam et regimen Mentori iam *ſeniori* committit (Odyſſ. B, 225.):

Μέντωρ ὅς ῥ' Ὀδυσῆος ἀμύμονος ἦεν ἑταῖρος,
Καὶ οἱ ἰὼν ἐν νηυσὶν ἐπέτρεπεν οἶκον ἅπαντα
Πείθεσθαί τε ΓΕΡΟΝΤΙ, καὶ ἔμπεδα πάντα φυλάσσειν.

Mentorem iſto tempore quinquaginta ad minimum annos natum fuiſſe ſuppono; nam Heſiodus virum quadraginta annorum iuuenem appellat *c*); Troia iam capta ad ſexageſimum annum peruenerat, ideoque florente Homero triginta quinque abhinc annis, haud procul abfuit a centeſimo, ſi ſuperſtes fuerit. Non igitur veriſimile eſt Mentorem illum, quocum vixiſſe Homerus dicitur, Vlyſſi cognitum fuiſſe; nec id quidem in animo fuit Biographo illi, qui Herodoti nomine inſignitur. Nam Homeri aetatem ad annum a capta Troia centeſimum ſexageſimum deducit, quo tempore nemo certe ex Vlyſſis amicis in viuis eſſe potuit.

Sed ab ipſius, ni fallor, poetae verbis haec omnis lis de diſtantia inter Heſiodi aeuum et Troianum bellum componi poteſt. Octoginta poſt hoc bellum annis, ſi Thucydidi (l. 1. c. 12. p. 11. ed. Wetſt.) credamus, Graeci colonias deducere coeperunt. Alii *d*) quidem, inter quos Neutonus (Chron. p. 33.), anno poſt Troiam *ſexageſimo* Aeolicam migrationem primam factam conſtituunt; inter omnes autem conuenit *e*) non ante tertiam Aeolorum migrationem, quae poſt primam tertia generatione, poſt Troiam annis fere *f*) centum et quinquaginta facta fuit; Cumam conditam fuiſſe. Ipſe vero Heſiodus (Ἔργ. 636.) teſtatur patrem ſuum fuiſſe Cumanum, et in paupertatem tandem delapſum,

 relicta

c) Ἔργ. 441. Τεσσαρακονταέτης αἰζηός.
d) Strabo lib. 13.
e) Strabo l. 13. Pauſanias in Laconic. Vellei. Paterc. l. 1.
f) Marmor Chronic. Homeri vita Herodoto adſcripta.

relicta iſta vrbe, Aſcram migraſſe. Veriſimile autem eſt, non eum ex primis Cumae colonis fuiſſe, ſed ex eorum poſteris; eius autem familiam, quae in noua forſan colonia floruerat, proceſſu temporis ad anguſtias redactam. Ex qua hiſtoria licet determinatum aeui Heſiodei tempus ſtatui non poteſt, eius tamen aetas in tantum colligitur, vt iſtam poſt ducentos ad minimum annos a Troiano bello collocare neceſſe ſit. Quapropter quid ſibi velit Neutonus nequaquam intelligo, qui Heſiodum pluribus annis ante Aeolicam migrationem vixiſſe arbitratur.

His adiicio, quod Herodoti auctoritas, cui multum videtur Neutonus tribuere, cum illis eſt, qui inter Troiana tempora et Heſiodum maximam interponunt diſtantiam. Troianum enim bellum octingentis ante ſe annis accidiſſe, quadringentis Heſiodum floruiſſe exiſtimat (lib. 2). Cum eo videtur conſentire ſcriptor grauiſſimus, et fere ſuppar, Thucydides, qui de Homero abſque vlla cunctatione tradit (libro 1.): πολλῷ ὕστερος ἔτι καὶ τῶν Τρωϊκῶν γενόμενος.

Quin etiam ab ipſo pene nomine, quod Troiano ſaeculo Heſiodus attribuit, coniectare licet illud a ſuis temporibus remotius fuiſſe. Ἀνδρῶν ἡρώων θεῖον γένος, οἳ καλέονται Ἡμίθεοι (Ἐργ. 159.), auguſtius quiddam ſonat, quam quod de hominibus a nobis pene viſis et cognitis praedicare ſolemus. Reuera maximi homines in ſuo ſaeculo meri ſunt homines, et quamvis famam meritis ſuis reſpondentem adipiſcuntur, maior tamen e longinquo reuerentia, et veneration conciliat antiquitas. Non niſi voluentibus annis res geſtae ſplendidis fabellis decorantur, et inſignes viri ad deos euehuntur g):

Praeſenti tibi maturos largimur honores
Iurandaſque tuum per nomen ponimus aras;

quis

g) Horat. Epiſt. 1, 2, 15. etc.

quis a vera veneratione profectum iudicauerit, nec potius a turpissima dominantium adulatione? Quanto rectius vera vita hominumque sensus in sequentibus exprimuntur?

Sed tuus hoc populus sapiens et iustus in vno,
Cetera nequaquam simili ratione modoque
Aestimat, et nisi quae terris semota suisque
Temporibus defuncta videt, fastidit et odit.

Si quis igitur suspicetur Hesiodum de hominibus triginta annorum interuallo a se remotis tam magnifica et portentosa praedicasse, nae ille non satis intelligit vel humani generis ingenium, vel rationem fabularum, quae longo interuallo res gestas sequuntur, et generatione quadam, vt dicitur, aequiuoca, ex veritatis corruptione nascuntur.

Iam vero summi viri rationes Chronologicas, quae ad Hesiodum immediate spectant, absoluisse videor. Instituti operis modum excederem, si vniuersas, quae in isto libro continentur, ad examen reuocarem. Sed negotium illud literatis viris commendo industria sua et perscrutatione digniſſimum. Quamuis enim vniuersas simul sumtas tantum in se roboris habere non existimo, vt ab illis antiqua Chronologia subuerti queat; in iis tamen tanta scientia, tam perspicax iudicium, et acris vis animi elucet, vt etiam in hoc opere (quid vltra dicam?) Neutoni genius agnoscatur.

De aetate vero Hesiodi respectu habito ad aetatem Homericam quid sit statuendum dispiciamus. In hac re duobus testimoniis ante citatis accedo, Herodoti nempe et Chronici Marmoris auctoris, inter quos conuenit, eos vel iisdem temporibus vixisse, vel Hesiodum perpaucis annis praecessisse. Ad quod confirmandum non leue est argumentum, non solum in vtroque poeta veneranda illa morum simplicitas, quae certissima est nota antiquitatis, sed insuper eaedem similesue locutiones in vtriusque operibus subinde occurrentes; quibus non-

nulli quidem inducti existimant, quod recentior Hesiodus Homerum imitatus fuerit; sed cum easdem phrases rarissime a recentioribus vsurpatas inueniamus, aequius est concludere istas locutiones proprias fuisse isti saeculo, in quo poetae nostri vixerunt, et postea in desuetudinem abiisse. Sed cum alii aliter scriptores sentiant, et opiniones suas variis muniant argumentis, postulat instituti nostri ratio, vt eorum singula examini subiiciamus, et, quid in se ponderis habeant, perscrutemur.

Prima nota, per quam de vtriusque Poetae aetate iudicatur, diuersus est styli character, quem viri docti in vtroque se deprehendisse arbitrantur. Illud vero κριτήριον, quam fallax sit et errori obnoxium, supra me memini innuisse. Iam vero eandem rem confirmare libet ab iis, quae vir doctrina et iudicio praecellens, Ioh. Alb. Fabricius ad hanc litem respiciens obseruauit *b*): „Iustus Lipsius in notis ad librum 1. Velleii affirmat „*maiorem simplicitatem et rudiorem antiquitatem* in Hesio„do comparere quam in Homero. Contra Salmasius ad „Solinum p. 867. Lipsii iudicium (nomine eius praeter„ito) refellens, contendit longe suauiorem Hesiodum „et comtiorem, eoque minus antiquitatis redolentem „censeri debere, quod Dionysio Halicarnassensi iudice „καὶ ἐφρόντισεν ἡδονῆς καὶ ὀνομάτων λειότητος, καὶ συνθέ„σεως ἐμμελοῦς. Quam Salmasii sententiam nuper Cl. „vir Ludolfus Neocorus in Historia critica Homeri am„plexus, *si ex scriptis, inquit, vtriusque Poetae iudicium „ferendum est, Homerus sane ob maiorem simplicitatem „remotiorem antiquitatem redolet. Comtior enim Hesio„dus et rotundior.* Sed quod pace doctissimorum viro„rum dictum esto, magna in vtroque simplicitas, nec „minor elegantia natiua in vtriusque poematis comparet; „vt aetatem diuersam ex adeo diuersi argumenti scriptis „tam

b) Biblioth. Gr. l. 1. cap. 13. sect. 1.

„tam parum diuerſis coniicere fortaſſis ſit operam per„dere. Praecipue cum omnes fere, qui Heſiodum Ho„mero antiquiorem negant, illum tamen putent vel ali„quo eodem tempore cum Homero vixiſſe, vel non ita „multis annis poſt, quae exigua temporis diuerſitas non „adeo diuerſum ſtatim ſcribendi characterem inducit.“ Merito igitur reiicimus illud aetatis χριτήριον, quod a ſtyli characte re deſumitur, praecipue cum inter viros doctiſſimos, qualis ſit vtriuſque Poetae ſtylus, nondum conuenerit. Quorum tamen diſcordiae hanc vnicam eſſe cauſam exiſtimo, quod qui maiorem Heſiodo quam Homero ſimplicitatem attribuunt, auctorem Ἰλιάδος cum auctore Ἔργων καὶ Ἡμερῶν conferant; qui maiorem Homero, auctorem Ὀδυσσείας cum auctore Θεογονίας vel Ἀσπίδος, haud interea ſecum reputantes, quantum a ſubiecti diuerſitate ſcribendi ratio variari debeat.

Aliud argumentum, ex quo aetas antiquior Homero arrogatur, deſumitur a vocabulis quibuſdam ab Heſiodo vſurpatis, quae in ſaeculo Homerico vel in vſu nondum fuiſſe, vel diuerſam ab iſta, quam in Heſiodo obtinent, tunc temporis ſignificationem habuiſſe exiſtimantur. Sic enim Dan. Heinſius ad Ἐργ. 229. Ἀργαλέου πόλεμου τεκμαίρεται: „Fruſtra non fuerunt antiquorum gloſſae ne„ſcio quae, quae nos monent, τεκμαίρομαι παρ' Ὁμή„ρῳ τὸ τελείῳ, παρ' Ἡσιόδῳ δὲ τὸ βουλεύω. Cete„rum, quod notabunt vtriuſque poetae ſtudioſi, vel ex „hoc Homerum apparet Heſiodo noſtro priorem, cui „τὸ τεκμαίρεσθαι eſt τὸ τελείῳν. Antiqua enim lingua „τέκμαρ ita in vſu erat. Philoſophus Rhet. 1. τὸ γὰρ „τέκμαρ καὶ πέρας ταυτόν ἐστι κατὰ τὴν ἀρχαίαν γλῶτ„ταν.“ Valeret hoc argumentum, ſi ſemper τὸ τεκμαίρομαι τῷ τελείῳ aequipolleret, nec alio vnquam ſenſu a veteribus vſurpatum inueniretur. Sed ſaepius ab ipſo Homero idem huic verbo, quem ei affigit Heſiodus, ſenſus attributus eſt, vt ex ſequentibus patebit. Iliad. H, 70. Ἀλλὰ καὶ ὣς Φρονέων τεκμαίρεται ἀμφοτέροισι.

Odyſſ.

Odyſſ. H, 317. Πόμπην δ' ἐς τόδ' ἐγὼ τεκμαίρομαι. M, 139. Εἰ δέ κε σίνηαι, τότε τοὶ τεκμαίρομ' ὄλεθρον. K, 563. Ἄλλην δ' ἡμῖν ὁδὸν τεκμήρατο Κίρκη. In his, inquam, omnibus eundem ſenſum obtinet τὸ τεκμαίρομαι, quem in verſu Heſiodeo ſupra citato, Ἀργαλέον πόλεμον τεκμαίρεται εὐρύοπα Ζεύς, et eiuſdem operis v. 239. Τοῖς δὲ δίκην Κρονίδης τεκμαίρεται, et apte ab Homeri interprete exponitur βάλλω, προσημαίνω. Nec quidquam obſtat huic interpretationi, quod notauit Ariſtoteles τὸ τέκμαρ eandem quam τὸ πέρας vetere lingua ſignificationem obtinuiſſe. Patet enim cauſſa, cur hic ei ſenſus attributus eſt; nam cum τὸ τεκμαίρομαι primario ſenſu *machinari*, *moliri*, *intendere*, ſignificaret, finis vero illud ſit, in quod homines colliment, et tendant, ideo τὸ τέκμαρ, quod proprio ſenſu *conſilium* et *propoſitum* denotat, pro ipſo *fine* veteres vſurparunt.

Aſſerunt porro vocem νόμος Homeri aetate in vſu non fuiſſe, ſed τὰς θέμιστας occurrere, quotieſcunque apud eum legum iuriſue fit mentio; ſed legitur νόμος apud Heſiodum; de qua re videat Lector, quae fuſius adnotaui ad Theog. 66. Illa interim hic loci reſponſio ſufficiat, quod a ſilentio Homeri male arguitur praetermiſſam vocem poſt eius ſaeculum natum fuiſſe. Quis enim credere vel omnino ſuſpicari poteſt, vniuerſum Graecae linguae theſaurum per eius poemata diſtributum eſſe?

Eiuſdem generis eſt obſeruatio illa, quam a ſummo viro Samuele Clarke in Notis ſuis in Homerum (in Iliad. B, 43.) factam legimus: „Occurrit haec vox καλὸς, in „Iliade et Odyſſea amplius *ducenties* et *ſeptuagies;* et his „omnibus in locis priorem ſemper producit. Vnde ſe„quentes mihi videor obſeruationes colligere, a nemine, „quod ſciam, occupatas. — — Quarto: Hinc mihi no„vo argumento confirmari videtur, Heſiodum non „aequalem fuiſſe Homeri, (niſi forte per longa regionum „interualla linguis loquebantur plane diuerſis,) ſed recen-

„tiorem

„tiorem multo, (quod et aliunde cenſuit Cicero; *Ho-*
„*merus*, inquit, *multis*, *vt mihi videtur*, *ante ſaeculis*
„*fuit*, lib. de Senectute): Heſiodus nimirum, vt prio-
„rem in voce καλὸς ſaepe producit (Ἐργ. καὶ Ἡμ. 196,
„Theog. v. 8. 17. 22. et alibi) ita eandem ſaepe quo-
„que corripit (Ἐργ. 63. Theog. 584. et 902.) neque hoc
„ſolum; verum etiam more Dorico vltimam in vocibus
„τροπὰς, δεινὰς, κύρας, Ἀρπυίας, μεταναιέτας, βλὰς,
„(quin etiam et λαγὸς in Accuſatiuo plurali) corripuit:
„(Ἐργ. 182. 281. 293. Ἀσπ. Ἡρ. 302. Theog. 60. 267.
„401. 534. 653.) Cuiuſmodi exempla apud Homerum
„neutiquam occurrunt. Similiter vocem ὀπωρινὸς cuius
„penultimam Homerus ſemper producit, Heſiodus re-
„centiore pronuntiandi more corripuit Ἐργ. v. 33". Ad
haec reſpondeo; nihil certi vel probabilis de aetate
vtriuſuis Poetae ex hiſce obſeruationibus inferri poſſe,
ob defectum ſcilicet aliorum Poetarum Homero coaeuo-
rum. Si enim alii exſtarent, coaeui Poetae duo vel
plures, qui in vocum citatarum proſodia cum Homero
conſtanter et perpetuo congruerent, haud iniuria He-
ſiodum ab eorum praxi diſcrepantem ab eodem ſaeculo
amoueremus, eumque poſtea vel forſan prius (quid
enim vetat?) vixiſſe ſuſpicaremur. Sed cum nemo iam
talis, praeter Heſiodum, de quo quaeſtio eſt, ſuperſit,
ex cuius ſcriptis de communi praxi iſtius ſaeculi iudicare
poſſumus, ecquis tuto affirmauerit, omnes iſtius aeui
Poetas iſtam conſtanter ſecutos eſſe proſodiam, quam
ſibi Homerus praeſcripſit? Iudicium hoc eſſet, pace
tanti Viri dixerim, nimis temerarium. Nam quo ma-
gis aequalibus ſuis Homerus antecelluit, eo maiorem
ab ipſo ἀκρίβειαν, et ſtrictiores poeſeos regulas expe-
ctare fas eſt; alios autem inferioris notae Poetas, qui-
bus tantus rigor eſſet incommodus, laxiora ſibi frena
impoſuiſſe; omneſque omnium dialectorum varietates
ſibi in ſubſidium vocaſſe, ſuſpicari. Eiuſdem fere rei
inſigne exemplum vel aetas noſtra et patria ſuppeditat,

in

in qua eundem virum tum in ſenſuum ſublimitate, tum in numerorum modorumque venuſtate exactiſſima, aequalium ſuorum chorum longiſſime ſuperantem admiramur.

Habeat igitur iſtam Homerus laudem, quam praeclaro eius Interpreti denegare non poſſumus; Heſiodumque quem Homero in arte ſua inferiorem, nimirum ne nobis παίνιδος ψῆφος obiiciatur, ſtatuimus, maiorem ſibi licentiam indulſiſſe, eumque nihilominus cum illo vixiſſe fateamur.

Noſtrae etiam hypotheſi obiici poteſt, quod eidem genti populoque diuerſos ritus et mores Homerus et Heſiodus attribuant ac proinde inter ipſos interuallum temporis haud mediocre intercedere neceſſe ſit, cum vix fieri poſſit, vt vniuerſa gens, mutatis moribus, ad contrarias conſuetudines repente transfugiat. Huius quidem diſcordiae, vnicum, quod ſciam, allegatum eſt exemplum; ad illa Heſiodi verba, (Ασπ. Ηρ. v. 25.) Λοκροί τ' ἀγχέμαχοι notat Scholiaſtes: ὁ Ὅμηρος τἀναντίον εἶπεν· (Iliad. N, 713.) Οὐ γάρ σφιν ταδίη ὑσμίνη μίμνε φίλου κῆρ. Reſponderi poteſt 1. non ſatis conſtare, an vterque Poeta de eodem populo verba fecerit. Nam cum diuerſae eſſent Locrorum gentes *i*), et Homerus, vt patet ex vrbium nominibus *k*), Opuntios et Epicnemidios ſolos Oilei Aiacis imperio deſcripſerit, ſuſpicari poſſumus Locros illos, qui Amphitryonem ſecuti ſunt, et ab Heſiodo ἀγχέμαχοι appellantur, Ozolitas fuiſſe qui ab aliis Locris interiecta Phocidis regione remouebantur, et fortaſſe, vt locorum ſitu, ſic inſtitutis et militia a prioribus illis diſtabant; de quibus ſane Heſiodum

i) Λοκροὶ ἀμφότεροι. Xenoph. de Ageſilao rege. Et Hiſt. Gr. l. 4. Ὃν τρόπον δ' ἡ Φωκὶς τῇ Βοιωτίᾳ παράκειται, τὸν αὐτὸν καὶ ἡ Λοκρὶς τῇ Φωκίδι ἑκατέρᾳ· διττὴ γάρ ἐστι etc. Strab. l. 9. p. 637. ed. Amſt. Ἐφεξῆς δ' ἐστὶν ἡ Λοκρὶς. διήρηται δὲ δίχα. ibid. p. 650. Pauſan. in Phocicis.

k) Iliad. B, 531. Τῶν γε μὲν Ἑσπερίων Λοκρῶν Ὅμηρος οὐ μέμνηται. ibid. p. 653.

dum verba feciſſe veriſimilius eſſe arbitror ex eo, quod iſti Locri Taphiorum et Teleboarum, quibuſcum bellum gerebat Amphitryo *l*), erant finitimi. 2. In dubio eſt, an vteruis Poeta ſingularum gentium mores et conſuetudines, quales in Troianis erant temporibus, deſcripſerit, vel cognorit. Neſcio equidem quo pacto ad ipſos tam magno temporis interuallo remotos iſtiusmodi circumſtantiarum notitia poſſet peruenire, quippe cum in iſta aetate hiſtoria vel nulla eſſet, vel admodum imperfecta, et Homerus ipſe (Iliad. B, 486.) teſtetur, res maxime memorabiles Graecorum ducum populorumque nomina, incerta et obſcura fama ſe accepiſſe. 3. Idcirco probabile eſt vtrumque Poetam ſingulis gentibus a ſe memoratis ritus et conſuetudines non ex vera hiſtoria, ſed pro arbitrio attribuiſſe, illud ſibi ſolum proponentes, vt poemata ſua pulcris deſcriptionibus et grata varietate decorarent; vt omnino temerarium eſſet et ineptum ex epithetis illis πληξιππoι, ἀγχέμαχoι etc. de varia variarum gentium militia aliquid ſtatuere. 4. Obſeruari debet hanc obiectionem petitam eſſe ex Ἀσπίδι Ἡρακλέους, quod quidem poema pro genuino Poetae noſtri opere habendum duxi; de illo tamen ſic mecum ſtatuens, infirmiora eſſe argumenta, quibus eius αὐθεντία, quam quibus Homeri et Heſiodi συγχρονισμὸς euincitur. Si cui igitur citata obiectio alicuius eſſe momenti videatur, in illam potius, quam in hanc incidat ſuſpicio.

l) Iliad. B, 486.

IOH. ALBERTVS FABRICIVS

DE SCRIPTIS HESIODI.

Per opus Heſiodi, cui auctoritatem Homericis ſcriptis proximam tribuit Velleius, ſuſpicari liceat, peculiariter ab eo intelligi Poema, cui titulus: Ἔργα καὶ Ἡμέραι, *Opera et Dies*: nihil enim inter omnia Heſiodi ſcripta, iſthoc vnico eſt celebrius, nihil in veterum ſcriptis frequentius vſurpatum, imo quod ſolum pro Heſiodio agnoſcebant Boeotii, Heliconis accolae, teſte Pauſania in Boeoticis p. 771. Hoc perperam in duo diverſa ſcripta diſtingui, quorum alterum Ἔργα, alterum a v. 763. Ἡμέραι inſcribitur, probat Dan. Heinſius in Introductione c. 18. Olim enim doctrina τῶν ἡμερῶν ſiue de diebus homini oeconomo obſeruandis, ſine vlla diſtinctione Ἔργα ſiue vitae praecepta ſubſequebatur, ita vt communis ac generalis eſſet inſcriptio Ἔργα καὶ Ἡμέραι, quo nomine etiam allegant paſſim veteres vnum aliquem verſum poetae producentes, licet ſaepius breuitatis cauſa tantum Ἔργα appellant, neque cauſa eſt, cur poſt verſum 380. ſecundus liber incipiat; neque enim conſtat ab Heſiodo in plures libros hoc opus diuiſum fuiſſe, neque hanc diſtinctionem vel ſcriptores antiqui, vel Codd. Mſſ. probae notae agnoſcunt, vt docuit Ioh. Georg. Graeuius, elegantioribus litteris, quas cum ſingulari laude ornabat, nuper ereptus, Lection. Heſiodd. c. 9. Quanquam Poematis iſtius a citharoedis per partes decantari ſoliti, partes ſingulae pro argumenti varietate a veteribus Grammaticis laudantur interdum ſub titulis:

δαιμο-

δαιμονολογία, παυδώρα, πιθογία, λήξεις *a*). Quemadmodum partes poeseos Homericae similiter ab argumento appellatas notatum a me supra est c. 3. num. 28. Sic et ἡμέρας Hesiodi seorsim quandoque laudant Grammatici recentiores, vt Iohannes Tzetzes Chiliad. 12. v. 174. καὶ ἐν τῇ βίβλῳ τῶν ἡμερῶν ἀςρολογεῖ δὲ πόσα; Eustathius ad Odyss. Σ, p. 661. ἢ καὶ ὅτι πρὸς τὰς ἡλιακὰς ἡμέρας βιβῦμεν ὁποῖόν τι καὶ τὸ Ὀρφέως καὶ Ἡσιόδῳ περὶ ἡμερῶν.

Dicitur Hesiodus in hoc opere imitatus esse Ἔργα καὶ ἡμέρας Orphei de quibus dixi lib. 1. c. 19. §. 3. Sed Plinius l. 14, c. 1. affirmat Hesiodum praecepta agricolis pandere orsum, et l. 18, c. 25. principem omnium de agricultura praecepisse. At valde incertum est poemata Orpheo tributa Hesiodo fuisse antiquiora, perinde vt fallitur idem Ioh. Tzetza, qui in scholiis p. 180. b. editionis Heinsianae putat Hesiodum quaedam hausisse ex *Melampode b*), cum Melampus ille, ex quo ibi nonnulla a Tzetza proferuntur, longe sit Hesiodo iunior, et libros suos Ptolemaeo Philadelpho inscripserit.

Quanquam vero vocabulum ἔργον peculiariter interdum dicitur de agricultura, operisque rura colentium, vt notauit Eustathius ad Iliad. ϱ, p. 1135. et de hoc ipso Hesiodi poemate agens Olympiodorus in 1. Meteor. praxi 17. Salmasius de Vsuris p. 299. Petr. Moll ad Longum p. 37. et Anna Daceria p. 22. ad Anacreontem, ac nouissime Cl. Lambertus Bos Obseruatt. Critt. c. 6. p. 32. seqq. Praeterea Manilius quoque non aliud scriptum intellexit, cum l. 2, v. 19. s. de Poeta nostro oecinit:

Quin

a) Vide Eustath. in Iliad. ω, p. 1501. Heinsii Introduct. c. 7. Hesiodum ῥαψῳδὸν vocat Lucianus in Hermotimo T. I. p. 522.

b) Hunc locum ni fallor, respicit Salmasius p. 825. de annis Climactericis, vbi Melampodem refert inter eos, qui ἡμέρας scripserint. Sed et Hesiodi loca quaedam illustrat ibidem vir doctissimus.

Quin etiam ruris cultus legesque rogauit,
Militiamque soli, quos colles etc.

Neque Plinius 14, 1. *Tanta priscorum cura fertilior, aut industria felicior fuit, ante millia annorum* (scripsit Plinius circa annum V. C. 830.) *inter principia litterarum Hesiodo, praecepta agricolis pandere orso, subsecutisque non paucis hanc curam eius.* Neque Themistius Orat. 30. vbi ei Hesiodus dicitur τὴν ποίησιν διανείμας εἰς Ἡρώων τε καὶ Μισῶν ἐπαίνους, καὶ τὴν γεωργίαν ἐν τούτοις τάξας. Tamen Hesiodi scopus princeps in hoc poemate non fuit agri colendi rationem tradere, sed *Persen* fratrem suum (quem ἐποποιὸν nescio quam vere Suidas vocat) a voluptatibus et otio auocare, ethicisque atque oeconomicis praeceptis imbuere: ἔγραφε δὲ βιβλίον τὸ παρὸν πρὸς Πέρσην τὸν ἀδελφὸν παραίνεσιν ἠθικὴν καὶ οἰκονομικὴν περιέχον παντοίαν; quam Tzetzae obseruationem Introductione sua multis confirmauit Dan. Heinsius, et capite vlt. ostendit vocabulum ἔργα latius sumi debere, ac de vniuersis, quae bono oeconomo facienda incumbunt, esse intelligenda. Illam viri docti sententiam Scholiastes Nicandri quoque comprobare videtur, dum p. 27. b. Hesiodum laudat ἐν τοῖς πραττομένοις; praecipue vero Maximus Tyrius Heinsio ipsi commemoratus, qui diss. 16. ait Hesiodum scripsisse τὰ εἰς τὸν βίον ἔργα τε ἃ δρασέον, καὶ ἡμέρας ἐν αἷς δρασέον. Sic θαλάσσια ἔργα scripserat Pancrates Arcas laudata Athenaeo 7, p. 283. et alibi.

In deliciis hoc poema fuit olim Seleuco Nicatori, ita vt capiti eius mortui appositum fuerit inuentum teste Ptolemaeo Hephaestione l. 5. apud Photium cod. 190.

Primos decem versus Hesiodum auctorem agnoscere negat Plutarchus, qui l. 9. Sympos. problem. 1. versum ἦκα ἄρα μῦνον ἦεν ἐρίδων γένος vocat πρῶτα τῶν ἔργων. Negat Pausanias in Boeot. p. 771. ex mente accolarum Heliconis, qui prooemium in Musas Hesiodo abiudicabant et initium poematis affirmabant esse τὸ ἐς ἐρίδας, demonstratis

tis ſcriptori illi antiquiſſimis plumbeis laminis, in quibus τὰ ἔργα eo modo inſcripta erant. Similiter Ioh. Tzetzes auctor eſt, prooemium Heſiodo abiudicatum eſſe ab Ariſtarcho, Praxiphane Theophraſti diſcipulo, aliiſque; ἰστέον ὅτι Ἀρίσταρχος καὶ ἕτεροι ὀβελίζουσι τὸ προοίμιον, καὶ Πραξιφάνης ὁ μαθητὴς Θεοφράστου, λέγων ἀπροοιμιάστῳ βιβλίῳ ἐντυχεῖν, ἀρχομένῳ ἐντεῦθεν. Οὐκ ἄρα μῦθον ἦν ἐρίδων γένος. Reiicit etiam Heinſius c. 17. Introduct. profeſſus mali Poetae eſſe, ſed boni Philoſophi, et qui cum cura hunc librum perlegerit. Neque defuiſſe olim, qui Heſiodi poemata interpolarent, docet Pauſanias in Corinth. p. 171. At enim Dio Chryſoſtomus diſſ. 12. p. 199. ita hoc prooemium Heſiodi non dubitat, vt propter illud Heſiodum etiam praeferat Homero.

In ἔργα καὶ ἡμέρας triplicia Graeca exſtant ſcholia atque commentaria, in quibus ſingulis prooemium quoque explicatur. Antiquiſſima ſunt *Procli*, neque integra illa ſed excerpta tantum ἐκ τῶν Πρόκλου Διαδόχου c) argumenti maximam partem philoſophici moraliaque et παιδευτικὰ perſequentis. Secunda ſunt d) *Ioh. Tzetzae*, hominis non ineruditi, ſed vani et Proclo ſaepe praeter rem petulanter inſultantis. Tertia *Emanuelis Moſchopuli* Grammatica et intelligendae Poetae dictioni vtiliſſima. Denique ſubiecta eſt *Ioh. Protoſpatharii* ἐξήγησις Φυσικὴ τῶν ἡμερῶν Ἡσιόδου in filii gratiam ab auctore ſcripta et pauciſſimorum foliorum. Porro ediſcendum pueris Heſiodum datum eſſe iam olim, docet vel Ciceronis illud Epp. 6, 18. *Lepta ſuauiſſimus ediſcat Heſiodum, et habeat in ore:* τῆς δ' ἀρετῆς ἱδρῶτα. Etiam a

 Rhapſo-

c) Ita coniicio ex verbis his Graecis, quae in editionibus praeponi video. In MS. tamen Cod. Gudiano, qui editis locupletior non eſt, inſcribitur: Πρόκλου Διαδόχου εἰς τὰ ἔργα καὶ ἡμέρας Ἡσιόδου.

d) Meminit Tzetzes ipſe Chil. 6, 842.

Rhapſodis cantatum ad lyram teſtis Plutarchus Sympoſ. 9. p. 736. et 743.

Solet Heſiodi ἔργοις vulgo ſubiici ΑΣΠΙΣ ΗΡΑΚΛΕΟΥΣ ſiue *de ſcuto Herculis poema*, quod plurimi olim negarunt eſſe Heſiodi. Nam praeter Boeotos quos ſola ἔργα pro genuino Heſiodi ſcripto habuiſſe ex Pauſania ante nota ui, Ariſtophanes Grammaticus eam ſuppoſititiam eſſe ratus eſt, et ex Homeri deſcriptione ἀσπίδος Iliad. Σ, expreſſam, teſte anonymo Graeco ſcholii, quod in editione Aldina ἀσπίδι ſubiicitur. Longinus in libro περὶ ὕψους p. 56. verſum Ἡσιόδειον ex Aſpide proferens addit: εἶγε Ἡσιόδου καὶ τὴν ἀσπίδα θετέον. Theodoſius Alexandrinus in ſcholiis ineditis ad Dionyſium Thracem: δεῖ δὲ τὸν γραμματικὸν καὶ τὰ Ἑλληνικὰ βιβλία γιγνώσκειν. Εἰσὶ γὰρ καὶ ἐν αὐτοῖς ὁμώνυμα βιβλία ψευδῆ, οἷον ἡ ἀσπὶς Ἡσιόδου καὶ τὰ Θηριακὰ Νικάνδρου· ἑτέρων γάρ εἰσι ποιητῶν. In aliis ad eundem Dionyſium ſcholiis ineditis: ζητοῦμεν δὲ καὶ τὸν συγγραφέα, ἵνα τὸ ἀξιόπιστον ἢ μὴ τοῦ συγγραψαμένου καταλάβωμεν. Τοῦτο δὲ διὰ ἐπίγραφα (forte ψευδεπίγραφα) τῶν βιβλίων, ὡς ἔχει ἡ ἀσπὶς Ἡσιόδου· ἑτέρου γάρ ἐστιν. Ἐπιγραφῇ δὲ καὶ ὀνόματι ἐχρήσατο τοῦ Ἡσιόδου, ἵνα τῇ ἀξιοπιστίᾳ τοῦ ποιητοῦ ἀξία κριθῇ ἀναγνώσεως. Euſtathius ad Iliad. Σ, p. 1218. ex Homeri aemulatione (Ὁμηρικῷ ζήλῳ) quaedam in illa expreſſa notat, ſed p. 2110. tamen tantum ait intereſſe inter Homeri Ἀσπιδοποιΐαν e) et

e) Vt Homeri partem poſtremam Iliados Σ ἀσπιδοποιΐαν vocat Euſtathius et Pſeudo-Didymus ad v. 491.: ita Servio ad 12. Aen. v. 161. Heſiodus etiam laudatur in Ἀσπιδοποιΐᾳ. Philoſtratus iunior teſte Suida ſcripſerat Παράφρασιν τῆς Ὁμήρου ἀσπίδος. Iudice Ludouico Heſtello (Clouis Heſteau) Heſiodus Homericum Achillis ſcutum in ſuo poemate fideliter expreſſit. *Heſiode en ſon Aſpis n' a fait, que rebatre le bouclier d' Achilles forgé par Homere.* Vide Anton. Verderii Biblioth. Gallicam p. 232.

et Heſiodi aſpidem, quantum inter diuinum opus et hominis.

In veteri ſcholio, quod in editione Aldina ſubiicitur, notatur illius initium legi in quarto Heſiodi Catalogo, τῆς ἀσπίδος ἡ ἀρχὴ ἐν τῷ δ' καταλόγῳ φέρεται μέχρι στίχων ν' καὶ σ'. Hunc quartum Catalogum viri docti non abſurde ſentiunt complexum fuiſſe Heſiodo tributas μεγάλας ἠοίας, Eunapio in Aedeſio aliiſque pluribus commemoratas, quarum partem eſſe Aſpidem prima huius poematis vox ἢ οἵη dubitare nos vix permittit, et iam pridem perſuaſum fuit Guil. Cantero Nou. Lect. 4, 3. Tres priores Catalogi ſubinde laudantur ſub titulo Κατάλογοι γυναικῶν. Sane Harpocrationi in μακροκέφαλοι, et Suidae in Ὑπὸ γῆς οἰκοῦντες laudatur Heſiodus ἐν τρίτῳ γυναικῶν καταλόγῳ. Poſt librum quartum ἠοίας μεγάλας complexum, fuit quintus ἡρωϊκὴ γενεαλογία ſiue ἡρωγονία Heroum natales ex foeminis illuſtribus deſcribens. Nam teſte Maximo Tyrio diſſ. 16. Heſiodus χωρὶς μὲν τῶν ἡρώων, ἀπὸ γυναικῶν ἀρχόμενος, κατέλεγε τὰ γένη, ὅσις ἐξ ἧς ἔφυ. Vide quae in hanc rem diſputata ſunt viris doctiſſimis Samueli Petito ad leges Atticas p. 460. ſqq. Is. Caſaubono ad Strab. 1, p. 26. Dan. Heinſio ad Heſiodi Interpretes p. 76. ſeqq. et Ioh. Meurſio Attic. Lect. 2, 20. Quanquam vero Aſpidem ita ponimus fuiſſe ἠοιῶν μεγάλων partem, nihilominus incerta res fuerit de auctore Heſiodo, quoniam totum illud opus ſuſpectum doctis iam pridem fuiſſe teſtatur Aelianus, vbi ad illud reſpiciens ſubiungit: εἰ μὴ ἄρα ἦν εἰσιν Ἡσιόδου τὰ ἔπη, ἀλλ' ὡς πολλὰ καὶ ἄλλα κατέψευσαι αὐτοῦ. lib. 12. Var. Hiſt. 726. edit. praeclarae Perizonianae. Ioſephus Scaliger Epiſtola 247. ad Salmaſium p. 530. *Vt anni ſic poeſeos graecae quatuor tempeſtiuitates fuiſſe animaduerti. Prima fuit illa, in qua princeps Homerus et Heſiodus. Hanc potes iudicare atque adeo vocare ver Poetices, pubertatem potius, quam infantiam. Excipit eam aeſtas non feruida quidem, ſed*

quae ex illo vere vestigia non obscura retinuit, in qua Onomacritus, Solon, Tyrtaeus, et quisquis auctor fuit τῶν ἡσιῶν καὶ τῆς ἀσπίδος, *quam praeposterο iudicio Criticorum natio Ascraeo illi tribuit.* Scaligero assentiuntur Heinsius, et in libro de poetis Vossius. Apollodoro tamen aliter olim visum qui l. 2. Biblioth. Aspidem audacter Hesiodo adscribit. ad quem locum Tan. Faber p. 274. *Sane miror fuisse olim, atque adeo hodieque reperiri, qui ea de re dubitent. Certa enim res est, et qui Hesiodi non esse putant* τὴν ἀσπίδα, *nae illi poesin graecam haud satis norunt.* Audacter etiam Aspidem Hesiodo tribuit Athenaeus l. 4, p. 180. Sed et Megacles Athenienſis et Apollonius Rhodius et Stesichorus Hesiodi esse illud poema non dubitarunt vt notat auctor vetus scholii, quod in edit. Aldina subiici dixi et hoc loco integrum describam. Τῆς ἀσπίδος ἡ ἀρχὴ ἐν τῷ δ' καταλόγῳ φέρεται μέχρι στίχων ν' καὶ σ'. Ὑπόπτευκε δὲ Ἀριστοφάνης ὐχ ὁ Κωμικὸς, ἀλλά τις ἕτερος γραμματικὸς, ὡς ὐκ ὄσαν αὐτὴν Ἡσιόδου, ἀλλ' ἑτέρου τινὸς τὴν Ὁμηρικὴν Ἀσπίδα μιμήσασθαι προαιρουμένου. Μεγακλῆς δὲ ὁ Ἀθηναῖος γνήσιον μὲν οἶδε τὸ ποίημα, ἄλλως δὲ ἐπιτιμᾷ τῷ Ἡσιόδῳ, ἄλογον γάρ φησιν ποιεῖν Ἥφαιστον τοῖς τῆς μητρὸς ἐχθροῖς ὅπλα παρέχοντα. Ἀπολλώνιος δὲ ὁ Ῥόδιος ἐν τῷ γ' φησὶν αὐτῷ εἶναι ὐκ τε τῆς χαρακτῆρος, καὶ ὐκ τοῦ Ἰόλαον ἐν τῷ καταλόγῳ εὑρίσκειν ἡνιοχοῦντα τῷ Ἡρακλεῖ. Ὡσαύτως δὲ καὶ Στησίχορός φησιν Ἡσιόδου εἶναι τὸ ποίημα.

In hoc Poema exstant Commentarii graeci *Iohannis Tzetzae* et alterius *Iohannis Pediasimi*, Diaconi, iunioris vtique Ioh. Philopono, quem laudat p. 197. In Etymologico MS. apud doctiss. Kusterum in ἀλκαία allegantur *Hieronymus* et *Epaphroditus* ἐν ὑπομνήματι ἀσπίδος Ἡσιόδου.

Supereſt ex iis, quae exstant, Hesiodo tributis scriptis dicenda longe celeberrima ΘΕΟΓΟΝΙΑ, hoc est, *Deorum generatio*, vt Lactantius transfert l. 1. c. 5. siue *origines*

gines deorum γενναητῶν f), quam non memini a quoquam vocari in dubium aut Heſiodo abiudicari niſi ab vnis Boeotiis, de quibus ſupra dixi ex Pauſania p. 771. Neque tamen per omnia fidem Boeotiis habuit ipſe Pauſanias, ſed p. 781. laudans Heſiodum in Theogonia ſubiungit: *προσιέσθω δὲ ὅτῳ φίλον τὴν Θεογονίαν.* Confer eundem p. 634. Neque dubitarunt illam Heſiodo tribuere Pythagoras, (qui finxit Heſiodi animam vidiſſe ſe apud inferos vinculis adſtrictam columnae aereae, ſtridentemque, propter ea quae de diis finxerat, teſte Laertio l. 8. ſect. 21.) Herodotus 2, 53. Plato, qui Theogoniam ſubinde ſequitur notante Proclo in Timaeum l. 5. p. 291., Ariſtoteles l. 3. de coelo cap. 1. et alibi, Manilius l. 2. v. 12. ſ. nec Agatharchides Cnidius apud Photium p. 722. edit. Hoeſchel. neque Eratoſthenes in Cataſterifmis c. 9. et 1. et 19. et 32. neque *Acuſilaus g*) Argius, qui

f) Vide Radulphum Cudworthum de vero Syſtemate intelligibili vniuerſi p. 211. 212. 216. Ioh. Clericum ad v. 44. et 106. Porro Theogoniam ante *ἔργα καὶ ἡμέρας* ab Heſiodo editam non dubitat Proclus p. 24. ad Heſiodum: *δῆλον δὲ ὡς προεκδέδοται ἡ Θεογονία.* Confer quae de ordine ſcriptorum huius Poetae notaui infra num. 19.

g) Acuſilai Argiui genealogias laudant praeter Strabonem et alios Voſſio dictos in Hiſt. Graec. p. 436. Tertullianus l. 2. ad Nationes c. 2. (vbi male viri docti reponunt *Arceſilaus.*) Schol. Heſiodi ad Theog. p. 269. Scholiaſtes Homeri et Suidas, qui refert Acuſilaum genealogias ſcripſiſſe *ἐκ δέλτων χαλκῶν.* Miror Cl. Dodwello in Diſſ. de aetate Phalaridis p. 25. ſ. Acuſilaum antiquiorem videri Heſiodo, vel ſaltim *ἡλικῶν μεγάλων* ſcriptore. Arduum enim mihi eſſe videtur in tam remota antiquitate veritatem hiſtoricam argumentando aſſequi vel tueri contra diſerta veterum ſcriptorum teſtimonia. Praecipue obſervandum, quod apud Suidam in Συγγράφω diſerte legitur, *τὰ Ἀκουσιλάου νοθεύεσθαι.* Confer Valeſium ad Harpocr. in Ὁμηρίδαι. Alius fuit Acuſilaus Athenienſis Rhetor, ſub Galba, de quo idem Suidas. Alius denique Acuſilaus Tarentinus, Pythagoricus Iamblicho memoratus.

qui in Theogonia ſua Heſiodum ſaepenumero caſtigauit teſte Ioſepho l. 1. contra Apionem p. 1034. neque *Eumelus* Corinthius, a quo non minus atque ab Acuſilao, Heſiodi Theogoniam proſario ſermone expreſſam et pro ſua venditatam eſſe tradit Clemens Alex. 6. Strom. p. 629. Neque *Xenophanes Colophonius*, quem in elegiis ſuis ac iambis perſtrinxiſſe ea, quae Heſiodus de diis ſcripſerat, teſtatur Laertius 9, 18. et Sextus Empiricus adu. Mathemat. l. 1. p. 57. et 341. Neque *Demoſthenes Thrax*, a quo eiuſdem Theogoniae Heſiodeae metaphraſin proſariam ſcriptam eſſe Suida referente cognoſcimus, vel *Ariſtonicus* Grammaticus, aut *Zenodotus* Alexandrini, quos in Heſiodi Theogoniam ſcripſiſſe, vt Sabinum Sophiſtam in Acuſilai, ex eodem Suida conſtat. Nec *Zeno Stoicus*, quem Cicero l. 1. de nat. Deor. c. 36. teſtatur Theogoniam interpretatum eſſe, nec *Chryſippus* denique, quem idem Cicero l. 2. auctor eſt fabulas Orphei, Muſaei, Heſiodi, Homerique ad rerum naturam accommodaſſe.

Nihil vero aliud ſignificare videntur veterum Genealogiae ac Theogoniae, quales praeter Heſiodum ſcripſerunt Abaris *h*), Muſaeus *i*), Pherecydes Athenienſis *k*), Orpheus *l*), Ariſteas, Epimenides *m*), Antiphon *n*), Hecateus *o*), Andron *p*), Dromocrides *q*), Aemilius Macer,

h) Suidas in Ἄβαρις.

i) Laertius in prooemio.

k) Vide quae viri docti notant ad Laertium in Pherecyde, et Suidam in Φερεκύδης. Idem opus ni fallor, reſpicitur ab Eratoſthene in Cataſterismis, Scholiaſte Homeri, Germanici, Pindari, et Apollonii, quando Pherecydem laudant.

l) De hoc dixi ſupra l. 1. c. 19. Adde Theod. Canterum 1, 26. et 2. Var. Lect. et Rich. Bentleium in limine Epiſtolae ad Ioh. Millium.

m) Vide de Epimenide ſupra l. 1. c. 6. §. 3. et de Ariſtea l. 1, c. 2. §. 6.

n) Irenaeus 2, 19.

o) Athenaeus l. 4.

p) Schol. Apollonii. Confer H. Lindenbrogium ad Cenſorinum p. 33.

q) Fulgent. 2, 17. Mythol.

Macer r), itemque alii, nihil, inquam videntur significare aliud, quam Cosmogoniam φυσιογονίαν ac Geogoniam fabulis Poeticis obumbratam, vt recte obseruatum est acutissimo Philosopho Thomae Burneto in Archaeologia Philosophica p. 297. 399. s. et in theoria telluris l. 2. c. 7. vbi inter alia locum insignem in Aristoph. Auibus p. 395. edit. Froben. confert cum Orpheo atque Hesiodo. Adde Simplicium ad 3. de coelo comment. 6. et Cotelerii notas ad recognitiones Clementis l. 10. c. 31. Nescio, satisne firmum argumenti genus sit Thomae Galei viri cum insigni litterarum Graecarum iactura nuper denati, qui in notis ad Apollodorum p. 6. ex eo, quod in Theog. Hesiodi v. 218. Parcae noctis filiae esse dicuntur; at v. 913. Iouis ac Themidis, concludit, poema hoc non vnius esse auctoris, et fortasse partem Theogoniae Orphei Hesiodo adsutam.

In Theogoniam exstant Commentarii Graeci duplices, quorum vnus inscribitur: τῦ σοφωτάτυ καὶ λογιωτάτυ Κυρῦ Ἰωάννυ Διακόνυ τῦ Γαληνῦ εἰς τὴν Ἡσιόδυ Θεογονίαν ἀλληγορίαι s). alter vero: Σχόλια εἰς τὴν Ἡσιόδυ Θεογονίαν παλαιά; quorum auctorem *Didymum* existimasse videtur Natalis Comes l. 6. c. 18. Mythol. p. 633.

r) Nisi apud Nonium in *picumnus* (quae auis est Marti dicata) legendum *Ornithogonia* vt sane videtur. Confer Colomesium ad Gyraldum p. 217. Idem p. 120. notat *Cynaethonem* Lacedaemonium cuius etiam Ἡρακλείαν laudat Schol. Apollonii, non *Theogoniam* scripsisse, vt affirmat Gyraldus, sed *Telegoniam*. Atque ita Vossius quoque, p. 13. de Poetis Graecis ex Eusebii Chron. ad Olymp. V. 3. quanquam Meursius Misc. Lacon. 4, 17. apud Hieronymum et Marianum Scotum putat legendum *Genealogiam*, quia Pausanias testatur eum γενεαλογῆσαι ἔπεσι. Sed hoc etiam in Telegonia facere potuit. Constat tamen alioqui Telegoniam scriptam ab Eugemone Cyrenaeo, quem Aesopo aequalem facit Syncellus p. 239.

s) Allegoricos in Theogoniam interpretes legisse se innuit Eustathius ad Iliad. Ξ, p. 982.

Ioh. Alexander Braſſicanus a. 1530. praef. ad Saluianum teſtatus eſt ſe habere *Iohannis Philoponi*, cognomento Grammatici, Commentarios in Heſiodum, fortaſſe non alios intelligens quam quos ſub *Iohannis Galeni* nomine habemus, vel commentarios in ἔργα καὶ ἡμέρας, ſed qui Tzetzae ſunt, non Philoponi. Alium tamen ineditum Heſiodi Scholiaſten allegat Henr. Stephanus de inſtituendis Gr. linguae ſtudiis p. 8. et *Demetrii Triclinii* Scholia in *Theogoniam* Heſiodi MSta exſtare in Bibl. Vindobonenſi teſtatur Neſſelius IV, p. 21. ne deperditos Poetae exegetas memorem, *Demetrium Ixionem Adramyttenum* et *Dionyſium Corinthium*, de quibus Suidas; tum commentarios *Plutarchi* r) laudatos Gellio l. 20. c. 8. et in Graecis ad Heſiodum Scholiis paſſim: *Ariſtoteliſque ἀποφήματα Ἡσιόδου*, quae inter Philoſophi ſcripta refert Anonymus vitae eius auctor a Menagio vulgatus ad Laertium p. 202. *Ariſtonici* Alexandrini περὶ τῶν σημείων τῶν ἐν τῇ Θεογονίᾳ Ἡσιόδου. Suid.

Theogoniam ſuam ita claudit Heſiodus, vt poſt genealogiam deorum ad foeminarum genus decantandum Muſas adhortetur:

Νῦν δὲ γυναικῶν φῦλον ἀείσατε Ἡδυέπειαι
Μοῦσαι Ὀλυμπιάδες κοῦραι Διὸς αἰγιόχοιο.

Nimirum, vt ad DEPERDITA HESIODI SCRIPTA (ſedecim enim poemata ab Heſiodo compoſita eſſe affirmat Ioh. Tzetzes) pedem promoueamus, in iis primo ſtatim loco memorandus venit:

ΓΥΝΑΙ-

r) P. Lambecius in Lucubrat. Gellianis p. 117. pro verbis Gellii *in* IIII *in Heſiodum commentario*, omnino ſcribendum ſuadet, *in Iſin et Oſiridem commentario*. Sed quanquam in libro de Iſide et Oſiride gemina quaedam leguntur iis, quae Gellius e Plutarcho producit, non audeo tamen coniecturae Lambecianae accedere contra fidem Codd. MSS. cum rem eandem tradere Plutarchus potuerit et tradiderit non ſemel pluribus in ſcriptis ſuis.

ΓΥΝΑΙΚΩΝ, ſiue vt Euſtathius ad Iliad *ι*, p. 643. allegat, ΗΡΩΙΔΩΝ ΚΑΤΑΛΟΓΟΣ Α, Β, Γ. tum

ΓΥΝΑΙΚΩΝ ΚΑΤΑΛΟΓΟΣ Δ, ſiue ΗΟΙΑΙ ΜΕΓΑΛΑΙ (quarum forte pars ſupereſt, Scutum Herculis) et

ΗΡΩΓΟΝΙΑ ſiue ΗΡΩΙΚΗ ΓΕΝΕΑΛΟΓΙΑ. Vide, ſi lubet, quae de quinque hiſce libris ita diſtinguendis dixi paullo ante §. 12. vbi agebam de Aſpide ſiue Scuto, nec male hac ratione conſtabit numerus librorum a Suida aſſignatus, cui inter Heſiodi ſcripta memorantur Ἡρωϊκῶν γυναικῶν κατάλογος ἐν βιβλίοις πέντε, quod opus ab Aſpide ibidem diſtinguit non minus ac Tzetzes in ſuis ad Heſiodum prolegomenis. In illis Catalogis Heſiodum etiam de deorum nuptiis egiſſe teſtatur Menander Rhetor. p. 628. πολλὰ δὲ καὶ αὐτῷ ἐν τοῖς καταλόγοις τῶν γυναικῶν περὶ θεῶν συνουσίας καὶ γάμων.

Heſiodi exemplo Ἡρωϊκὰς Θεογαμίας ſcripſit *Piſander* Poeta memoratus Zoſimo l. 5. c. 28. Catalogi Heſiodei mentio etiam apud Lucian. in Amoribus T. I. p. 875. Stephanum in γενεήια etc. Dio Chryſoſtomus autem 2. de regno p. 21. ex hoc probat Heſiodum ipſum ſe Homero inferiorem libenter agnouiſſe, quod Heroibus Homero relictis, ipſe celebrandas ſibi ſumſerit mulieres.

Praeterea Heſiodo adſcriptae fuerunt ΠΑΡΑΙΝΕΣΙΣ ſiue ΥΠΟΘΗΚΑΙ ΧΕΙΡΩΝΟΣ ad Achillem inſtituendum, de quo ſcripto dictum eſt ſupra libro primo in *Chirone*.

ΜΕΛΑΜΠΟΔΙΑ ſiue ΕΙΣ ΤΟΝ ΜΑΝΤΙΝ ΜΕΛΑΜΠΟΔΑ. De hoc quoque poemate, cuius librum tertium laudat Athenaeus l. 13. p. 609. egi ſuperiore libro in *Melampode*.

ΑΣΤΡΟΝΟΜΙΑ ΜΕΓΑΛΗ ſiue ΑΣΤΡΙΚΗ ΒΙΒΛΟΣ. Plinius l. 18. c. 25. *Occaſum matutinum Vergiliarum Heſiodus, nam huius quoque nomine exſtat Aſtrologia, tradidit fieri, cum aequinoctium auctumni conficeretur.* Scholiaſtes Arati ad v. 255. τὰς κεκλιμένας ὑάδας, ὧν καὶ Ἡσίοδος ἐν τῇ ἀστρικῇ αὐτοῦ τὰ ὀνόματα διδάσκει βίβλῳ, λέγων·

λέγων· Φαισύλη ἡδὲ κορωνὶς εὐστέφανός τε κλέεια, Φαιὼ θ' ἱμερόεσσα καὶ Εὐδώρη τανύπεπλος. Eosdem versus profert Ioh. Tzetzes in scholiis ad ἔργα p. 92. et Variar. Hist. Chil. 12, 169. s. βίβλον ἀσειχὴν Hesiodi laudans, quam tamen non videtur ipse inspexisse. Respectu huius operis potissimum Callimachus, opinor, Aratum vt Hesiodi ζηλώτην perstrinxit in notissimo epigrammate, quod exstat in Arati vita apud Petauium in Vranologio p. 270. et emendatum est ab Isaaco Casaubono in Lectionibus Theocriticis c. 4. a Fuluio Vrsino in Virgilio cum Graecis scriptoribus collato p. 251. ab Hugone Grotio ad Aratum, a Salmasio ad Solinum p. 525. s. ab Is. Vossio ad Melam p. 68. Holstenio ad Stephanum p. 301. et nouissime a Rich. Bentleio in Graeuiana Callimachi editione p. 204. et 232. Hesiodo tamen suppositam fuisse Astronomiam innuit praeter Plinium Athenaeus l. 13, p. 491. καὶ ὁ τὴν εἰς Ἡσίοδον δὲ ἀναφερομένην ποιήσας ἀστρονομίαν. Cum admodum simplices et rudes essent obseruationes in illo opere et in ἔργοις traditae, hinc apud Platonem et alios dicuntur ἀστρονομοῦντες καθ' Ἡσίοδον, qui populariter et ad vulgi captum, non accuratius et μαθηματικῶς Astronomica tractabant.

ΕΠΙΚΗΔΕΙΟΣ ΕΙΣ ΒΑΤΡΑΧΟΝ τινα τὸν ἐρώμενον αὐτοῦ. Memorat Suidas.

ΠΕΡΙ ΙΔΑΙΩΝ ΔΑΚΤΥΛΩΝ. Idem Suidas. Et ex hoc Poemate fortassis scripsit Plinius l. 7. c. 56. Hesiodum tradere, quod ferrum in Creta repererint Idaei Dactyli.

ΕΠΙΘΑΛΑΜΙΟΣ ΠΗΛΕΩΣ ΚΑΙ ΘΕΤΙΔΟΣ. Huius versiculos binos primores profert Isaacius Tzetzes prolegg. in Lycophronem, atque ex illo loco, licet dissimulet, Ismael Bullialdus ad Theonem p. 283. Barnesius ad Eurip. Phoeniss. v. 829.

ΓΗΣ ΠΕΡΙΟΔΟΣ memoratur a Strabone l. 7. p. 302. Ceterum obiter notare liceat, versum, quem inter Hesiodi fragmenta ponit Heinsius ex Etymol. Magno in βύβλος, non esse Hesiodi, sed Dionysii Periegetae v. 912.

ΑΙΓΙΜΙΟΣ, siue *in Aegimium Poema* ab aliquibus Hesiodo, ab aliis tributum *Cercopi* Milesio. Athenaeus l. 11. p. 503. καὶ ὁ τὸν Αἰγίμιον δὲ ποιήσας εἴθ' Ἡσίοδός ἐστιν, ἢ Κέρκωψ ὁ Μιλήσιος. Dalechampius Αἰγινόμιον legendum coniicit, *de pascendis et alendis capris*; sed Scholiastes Apollonii quoque in l. 4. ὁ τὸν Αἰγίμιον ποιήσας ἐν δευτέρῳ φησὶν, ὅτι ἡ Θέτις εἰς λέβητα ὕδατος etc. Porro *Cercopem* illum Hesiodi aequalem atque aemulum fuisse notaui supra §. 4. e Laertio in vita Socratis, et ex argumento Aristophanis Ranarum. Alius fuit et iunior Cercops Pythagoreus, de quo dixi l. 1. c. 19. sect. 2. Etiam Suidae Αἰγίμιος est nomen proprium. Sed fuit quoque Aegimius quidam Eleus, Medicus antiquissimus, cuius περὶ παλμῶν memorat Galenus IV. de pulsibus T. III. p. 44. 50. περὶ πλανήντων Athenaeus l. 14, p. 643.

ΘΗΣΕΩΣ ΕΙΣ ΤΟΝ ΑΙΔΗΝ ΚΑΤΑΒΑΣΙΣ. Pausanias in Boeot. p. 772. inter scripta Hesiodo tributa commemorat, καὶ ὡς Θησεὺς εἰς τὸν Ἅιδην ὁμοῦ Πειρίθῳ καταβαίη. Confer Ioh. Meursium in Theseo c. 27.

ΕΠΗ ΜΑΝΤΙΚΑ ΚΑΙ ΕΞΗΓΗΣΕΙΣ ΕΠΙ ΤΕΡΑΣΙΝ. Idem Pausanias: οἱ δὲ αὐτοὶ ἕτοι λέγουσι, καὶ ὡς μαντικὴν Ἡσιόδου διδαχθείη παρὰ Ἀκαρνάνων, καὶ ἔστιν ἔπη μαντικὰ, ὁπόσα τε καὶ ἐπελεξάμεθα καὶ ἡμεῖς, καὶ ἐξηγήσεις ἐπὶ τέρασιν. Nescio iidemne fuerint.

ΘΕΙΟΙ ΛΟΓΟΙ, de quibus Maximus Tyrius diss. 16. de Hesiodo agens, χωρὶς δὲ αὐτῷ, inquit, πεποίηνται οἱ Θεῖοι λόγοι, ἅμα δὲ τοῖς λόγοις Θεογονία.

ΚΕΡΑΜΕΙΣ. Vide supra c. 2. inter scripta Homeri deperdita num. 13.

ΜΕΓΑΛΑ ΕΡΓΑ. Athenaeus l. 8. p. 364. ἅπερ πάντα ἐκ τῶν εἰς Ἡσίοδον ἀναφερομένων μεγάλων Ἠοιῶν καὶ μεγάλων ἔργων παρῴδηται. Confer Langbaenium ad Longin. p. 57. edit. Tollianae.

ΚΗΤΚΟΣ ΓΑΜΟΣ. Idem Athenaeus l. 2, p. 49. Ὅτι Ἡσίοδος ἐν Κήυκος γάμῳ, καὶν Γραμματικῶν παῖδες ἀποξενῶσι τῷ ποιητῇ τὰ ἔπη ταῦτα, ἀλλ' ἐμοὶ δοκεῖ ἀρχαῖα εἶναι,

εἶναι, τρίποδας τὰς τραπέζας φησί. Plutarchus 8, 8. Sympos. ὡς ὁ τὸν Κήυκος γάμον εἰς τὰς Ἡσιόδου παρεμβαλὼν εἴρηκεν.

DE HERRIS scripsisse Hesiodum colligunt viri docti ex Plinii lib. 15. c. 1. l. 21. c. 17. et 20. l. 22. c. 22. l. 25. c. 2. Sed fortasse obiter in aliis poematis ista tractaverat Hesiodus, vt de scolymo et asphodelo dixit in Ἔργοις.

DE MEDICINA scripsisse singulari quodam libro, minus adhuc mihi persuadeo, licet *Cleodemus* Medicus apud Plutarchum in Conuiuio septem sapientum p. 158. contendit Hesiodum Medicum fuisse, qui tam accurate et perite de victus ratione, vini temperie, aquae bonitate, lauacris, mulieribus, congressus tempore et infantum sessione disseruerit.

Neque FABVLARVM, quae Aesopo tribuuntur, auctor fuit, aut singulari quodam opere *apologos* scripsit Hesiodus, licet eodem Plutarchi loco legas Aesopum sese Hesiodi discipulum iure profiteri posse propter fabulam de accipitre et luscinia apud Hesiodum in Ἔργοις v. 202. s. et Quintilianus l. 5. c. 11. negat fabulas originem accepisse ab Aesopo, sed videri primum auctorem earum Hesiodum. Hermogenes in Progymnasm. Prisciano interprete: *Vbi sunt fabulae vetustissimi quoque auctores, vt Hesiodus, Archilochus, Horatius; Hesiodus quidem luscyniae, Archilochus autem vulpis, Horatius muris.* Theon Alexandrinus in Progymn. p. 22. Αἰσώπειοι δὲ ὀνομάζονται οἱ μῦθοι ὡς ἐπίπαν, οὐχ ὅτι Αἴσωπος πρῶτος εὑρετὴς τῶν μύθων ἐγένετο, Ὅμηρος γὰρ καὶ Ἡσίοδος (confer Suidam in μῦθος) καὶ Ἀρχίλοχος καὶ ἄλλοι τινὲς πρεσβύτεροι γεγονότες αὐτῷ φαίνονται ἐπισάμενοι καὶ δὴ καὶ Κόννις ὁ Κίλιξ (ita recte Colomesius in Opusculis p. 224. et p. 103. ad Gyraldum) καὶ Θᾶρος ὁ Συβαρίτης καὶ Κυβισσὸς ἐκ Λιβύης μνημονεύονται ὑπό τινων ὡς μυθοποιοί, ἀλλ' ὅτι Αἴσωπος αὐτοῖς μᾶλλον κατακόρως καὶ δεξιῶς ἐχρήσατο. Denique Euphorion, teste Suida, Heroi-

Heroicum Poema edidit; quod inſcripſit Ἡσίοδον. Inter Teleclidis Comoedias quoque fuit Ἡσίοδος memorata eidem Suidae in ἀδαμῇ et Scholiaſti Ariſtophanis, Athenaeo Ἡσιόδοι. Neque praetereundum eſt, quod *Euthydemus* Athenienſis verſus quoſdam ſub Heſiodi nomine vulgaſſe traditur ab eodem Athenaeo l. 3. p. 116. Pythagoram Homeri et Heſiodi carminibus decantatis animum ſuum delinire ſolitum refert Porphyrius in vita eius p. 21. Neque Homeri tantum ſed Heſiodi quoque carmina μελῳδηθῆναι teſtatur Athenaeus 14, p. 620.

Supereſt, vt iam deinceps editiones praecipuas ſcriptorum Heſiodi, quae exſtant, ſuccincte perſequamur.

Editiones Heſiodi Graecae.

Prima *Aldi Manutii* Romani, dicata Guarino Veronenſi, et luculentis typis exſcripta Venetiis 1491. fol. In hac poſt Theocritum et Catonis diſticha a Maximo Planude Graece verſa ſententiaſque Theognidis, Pythagorae, ac Phocylidis ſequitur Heſiodi Theogonia, poſt Theogoniam Scutum Herculis, et poſtremo loco Ἔργα καὶ Ἡμέραι. Quem ordinem in nouiſſima editione Heſiodi ſeruauit Vir Cl. Iohannes Clericus. Eſt mihi exemplum editionis huius Aldinae idem, quo vſus olim Daniel Heinſius, qui manu ſua nonnulla annotauit, et quaedam non vulgaria ex hac in reliquis recentioribus emendari poſſe monuit.

Ἔργα καὶ ἡμέραι Pariſ. 1507. 4. curante Franciſco Tiſſardo. Confer A. Cheuillierium de origine typographiae Pariſ. p. 249.

Heſiodus Graece apud Iuntas, 1515. 8. et Baſil. apud Ioh. Frobenium 1521. 8. Venet. 1542. 8. Francof. 1549. 8.

Inter Poetas Principes Henrici Stephani A. 1566. fol. typis maioribus et luculentiſſimis.

Edi-

Editiones Heſiodi cum Scholiis Graecis.

Prima Veneta ex officina Ioh. Franciſci Trincauelli A. 1537. in 4. elegans et emendata, quam ex cod. MSto ſuppletam me memini videre in Bibliotheca Gottorpienſi Sereniſſimi Holſatiae Ducis inter libros Wowerianos. In hac editione quaedam melius legi, quam in poſterioribus, etiam Heinſiana, notatum Seldeno ad Marmora Oxonienſia p. 36. ſeq.

Secunda Baſileenſis A. 1542. 8. in qua Heſiodus cum verſione *Bonini Mombricii*: ſcholia Graeca pleniora, quam in priore, ſed longe minus emendata et augmentis quibuſdam non vno in loco interpolata potius, quam ſuppleta, et hinc inde vitiata atque corrupta, adiunctis *Ioh. Tzetzae* ſcholiis Latine verſis a *Georgio Heniſchio*.

Tertia cum ſcholiis ſiue commentario eiuſdem Tzetzae, ad libri calcem. Baſil. 1574. 8.

Quarta Heinſiana Lugd. Bat. ex officina Raphelengii 1603. 4. in qua poſt dedicationem ad ordines Hollandiae, ſequuntur *Dan. Heinſii* prolegomena, in quibus Poetae Heſiodi character ſimplex a Grammaticorum calumniis vindicatur. Inde poſt nonnulla ex Suida, Anthologia, Gyraldo aliiſque de Heſiodo adſcripta legitur elegans Heinſii in Pandoram hymnus Graecus, quem, cum primum nomine auctoris diſſimulato ſeorſim excuſum Ioſepho Scaligero typographus communicaſſet, vir ille doctiſſimus antiquo Poetae tribuere non dubitauit, teſte auctore apologiae pro Heinſio aduerſus Croium p. 129. Quin Heinſio ipſo teſte in litteris ineditis ad Eliam Putſchium, negauit ſe, ex quo renatae ſunt literae, ſimile quid poematis Graeci compoſitum vidiſſe. Penultimus in appendice hymni verſus: Ῥεωτιάδην τ' ἐρίηρα Φίλοιν ζυγὸς αἰὲν ἐόντε omiſſus eſt in editione Heinſiana 1622. 8. poſt Synodum Dordracenam edita,

edita, (etiam in aliis recentioribus *x*), quod Heinſius non auderet tantis laudibus mactare nomen Hugonis Grotii, laudatiſſimum profecto, ſed praeualentibus tum in Belgio partibus inuiſum. Poſt alia in Heſiodum Heinſii Epigrammata occurrit argumentum ἔργων Heſiodi ab Heinſio Graece ſcriptum, in quo nonnulla vt parum Graeciſmo congruentia perſtringit Ioh. Croius p. 251. ſ. Obſeruationum ſacrarum. Deinceps ſuccedit Heſiodus ipſe Graece et Latine cum Graecis ſcholiis, quae ex editione Veneta per Bonau. Vulcanium MSti codicis auctoritate ſuppleta et caſtigata, collata inſuper Baſileenſi editione Heinſius recenſuit. Iconem variorum inſtrumentorum ruſticorum, quae exſtat p. 310. quamque in ſua editione p. 261. repeti curauit Iohannes Clericus, debuit Heinſius Conrado Geſnero p. 81. Operis de quadrupedibus. Denique ſubiiciuntur *fragmenta Heſiodi* ex veteribus ſcriptoribus collecta a *Ioſ. Scaligero* et *Dan. Heinſio*; tum Ἡσιόδου καὶ Ὁμήρου ἀγὼν Graece ex editione Henr. Stephani A. 1573. 8. Catalogus ſcriptorum Heſiodi, Heinſiique introductio in doctrinam quae libris Heſiodi ἔργων καὶ ἡμερῶν continetur: notae, emendationes, et obſeruationes eiusdem Heinſii in Heſiodi ἔργα, et Scholiaſtas Graecos, Latinumque interpretem, et ſpicilegium fragmentorum Heſiodi a *Ioh. Meurſio* ſuppeditatum, atque in Graecos Heſiodi commentatores locupletiſſimus Index Graecus.

Editiones Heſiodi praecipuae Graecolatinae cum verſione et notis doctorum virorum.

Cum verſione Latina et variantibus lectionibus e MSS. Palatinis et notis doctorum virorum ex officina *Hieronymi Commelini* A. 1591. 8.

Cum

x) Iohannis quoque Clerici. Vide Memorias Dombenſes ſi- ve Treuoltianas Anni 1701. p. 269. edit. Amſtelod.

Cum verſione emendata ab *Eraſmo Schmidio*, et in ἔργα enarratione *Melanchthonis* et 23. tabulis ſynopticis eiusdem Schmidii. Witebergae 1601. 8.

Cum verſione emendata a *Dan. Heinſio*, eiusdem introductione, notiſque in Opera et dies, et Heſiodi fragmentis. Lugd. Bat. 1613. et 1622. 8.

Cum verſione ab Heinſio caſtigata, notis *Cornelii Schreuelii* et indice *Georgii Paſoris* longe quam in eius collegio Heſiodeo Amſt. 1632. 8. prodierat, locupletiore. ibid. typis Elzeuirianis nitidiſſimis, A. 1657. 8. Huic editioni in quibuſdam exemplaribus etiam additur fuſior *Lamberti Barlaei* in Theogoniam commentarius, in quo analyſis et Mythologia in tironum gratiam perſpicue traditur.

Cum *Ioh. Georgii Graeuii* Lectionibus Heſiodeis. Amſt. 1669. 8.

Cum verſione a *Ioh. Clerico y*) emendata, Graeuii Lectionibus Heſiodeis auctioribus, Dan. Heinſii introductione notiſque: et *Ioſephi Scaligeri* ac *Franciſci Guieti* in Heſiodum, tum in partem ἔργων *Stephani Clerici* annotatis, et filii eius *Ioh. Clerici*, Viri Cl., animaduerſionibus in vniuerſa Heſiodi opera, Theogoniam praeſertim, et fragmenta, quae Latine vertit et illuſtravit, indicemque Georgii Paſoris addi curauit. Amſt. 1701. 8.

Familiam quoque ducit Heſiodus in editionibus Graecolatinis Poetarum Georgicorum, Bucolicorum, et Gnomicorum, ſaepius editorum non vno in loco 8. et 12.

Olai Wormii quaeſtionum Heſiodearum heptades duae lucem adſpexerunt Hafniae A. 1616. 4. *Radulphi Wintertoni* Notae in Heſiodum cum eius Poetis Graecis

y) Confer eius Bibliothecam ſelectam T. XI. p. 349. et Memorias litterarias Trevultinas ſiue Dombenſes A. 1701. T. I. p. 250. ſ.

cis minoribus Cantabrig. 1652. 8. Praetereo *Iohannis Spondani* in ἔργα notas vulgatas Rupellae A. 1592. 8. et in idem poema paſſim edita ſcholia *Ioh. Caſtelli*, *Iacobi Ceporini*, *Iohannis Friſii*, *Matthiae Garbitii*, *Matthiae Flacii*, et notata Ethica atque Oeconomica *Ioh. Conradi Dieterici*, Lexilogiamque eiuſdem Heſiodeam vulgatam Gieſſae 1659. 8. et *Georgii Heniſchii* ſchematiſmos Baſil. 1508. tabulaſque *Iohannis Poſſelii*. Tum ineditum *Zach. Lundii* Commentarium in Opera et dies, qui Hafniae ſeruatur MS. in Bibl. Excellentiſſimi viri Iohannis Moth.

Latino carmine ἔργα καὶ ἡμέρας vertit paullo liberius *Nicolaus Valla*, ſiue *de valle*, Pariſ. et Lipſ. 1507. 4. Strictius *Vlpius* Franeckerenſis Friſius Baſil. 1540. 8. Vtraque metaphraſis addita eſt verſioni proſariae et commentario *Stephani Riccii* in Heſiodi ἔργα recuſo Lipſiae A. 1611. 8. et prima vice edito ibid. A. 1580. 8.

Georgius Rotallerus carmine elegiaco reddidit Francof. 1576. 8.

Theogoniam tranſtulit verſibus hexametris *Boninus Mombritius* Patricius Mediolanenſis et vberiore carmine elegiaco in libros quinque diſtributo *Burchardus Pylades*, Brixianus, Baſileae ap. Oporin. 1544. 8.

Scutum Herculis Heroico carmine *Iohannes Ramus de Goës*, quod cum *Nicolai Vallae* metaphraſi ἔργων, et *Mombritii*, *Pyladaeque* Theogonia exſtat in calce editionis Heſiodi Graecolatinae Lipſienſis 1597. 8.

Opera et dies *Gallico* carmine per *Ioh. Antonium Bayfium* cum aureis Pythagorae carminibus, ſententiſque Phocylidae et Naumachii Pariſ. 1574. 4. Heſiode traduit par *le Gras* ibid. 1586. 12.

Rhythmis *Danicis* Heſiodum expreſſit *Henr. Thomas Gerner*.

Inter fragmenta Heſiodi ab Heinſio Clericoque omiſſus eſt locus, ſeruatus vtcunque a Fulgentio l. 3. Mythol. c. 1. quem hoc loco reſtituere conabor. Ful-

gentii verba haec sunt: *Proetus Pamphylia lingua sordidus dicitur, sicut Hesiodus in Bucolico ludicro scribit, dicens*: PEPRIGROSISTAFVLVEVLACTISMENESEMORVM. *Id est, sordidus instar vuarum, bene calcatarum sanguineo rore.* Antiquae Fulgentii editiones, verba Graeca plane omisere. MSti Codices cum editione Munkeri non sapiunt vltra ea, quae adscripsi. Vere monuit Reinesius, Graeca Latinis scripta literis, per librarios praecipue adeo imperitos, lectu et intellectu difficillima esse c. 13. de lingua Punica num. 24. seq. Tentauit tamen Is. Casaubonus ad Suetonii Augustum cap. 67.

Πρῶτος ὑσιβέων βοτρύων δρόσῳ αἱματόεντι.

Iacobus Gronouius in Exercitationibus de Dodone p. 36.

Βρίθωσι σαφυλῆς ὑσάκτης μῆνες ἔνωροι.

Videndum, veterine lectioni propius accedat et Fulgentii versioni melius respondeat, quomodo scribendum coniicio:

Πρῶτος ῥ' ὡς σάφυλ' ἐῢ λακτισμέναι αἵματος ἔρσῃ.

Alium Hesiodi versum de Proeti filiabus Suidas in V. μαχλοσύνη·

Εἵνεκα μαχλοσύνης σιγερῆς τέρεν ὤλεσαν ἄνθος.

Hesiodum *Homeri imitatorem* multi obseruarunt, ita vt iam olim notauerint Critici, Eustathius, aliique versiculos pene eosdem apud Homerum et Hesiodum pariter occurrentes. Adde Bochartum in Hieroz. T. I. p. 681. Conuenit et in hoc Poetae nostro cum Homero, quod similiter atque ille visus est interdum parum abhorrere a *phrasi Orientalium*, vt ostendit *Zacharias Boganus* in Homero et Hesiodo Hebraizante. Oxon. 1655. 8. Ne dicam de variis Etymologiis ex Phoenicia lingua petitis, quibus Hesiodi Theogoniae lucem afferre conatus est prae ceteris Iohannes Clericus.

De emendatione Theogoniae Hesiodeae Vol. III. scripsit H. Mueller. Lipsiae 1833. recens. Hermann. Hall. Lit. Zeit. II. 1833. N. 115.

ΗΣΙΟΔΟΥ
ΤΟΥ ΑΣΚΡΑΙΟΥ
ΘΕΟΓΟΝΙΑ

HESIODI
ASCRAEI
THEOGONIA

NOTVLAE IN THEOGONIAM HESIODI.

Θεογονία] Sic inſcribitur deſcriptio generationis Deorum; nimirum, γεννητῶν, nam erant alii ἀγέννητοι, vt docet *Heſiodus*, ab initio Poematis. Dicitur *Abaris* Hyperboreus vâtes, ſcripſiſſe Θεογονίαν καταλογάδην, *proſa oratione generationem Deorum*; quod forte additur, diſcriminis cauſa, ne Heſiodea intelligeretur. Vide *Suidam*, in *Abaris*. Si *Herodoto* credimus, *Homerus* et *Heſiodus* inuentores fuere Theogoniae, antea Graecis ignotae. Sic enim loquitur Lib. 2. c. 53. Ὅθεν δὲ ἐγένετο ἕκαστος τῶν θεῶν, εἴτε ἀεὶ ἦσαν πάντες, ἐκοῖοί τε τινὲς τὰ εἴδεα, ἐκ ἠπίστατο μέχρι ἔ πρωήν τε καὶ χθὲς, ὡς εἰπεῖν λόγῳ. Ἡσίοδον γὰρ καὶ Ὅμηρον ἡλικίην τετρακοσίοισι ἔτεσι δοκέω μευ πρεσβυτέρους γενέσθαι, καὶ ἐ πλέοσι. Οὗτοι δέ εἰσι οἱ ποιήσαντες ΘΕΟΓΟΝΙΗΝ Ἕλλησι, καὶ τοῖσι Θεοῖσι τὰς ἐπωνυμίας δόντες, καὶ τιμάς τε καὶ τέχνας διελόντες, καὶ εἴδεα αὐτῶν σημήναντες: *Vnde autem ſinguli Deorum exſtiterint, anne cuncti ſemper fuiſſent, aut qua ſpecie, hactenus ignoratum fuerat, niſi nuper atque heri, vt ſic dicam. Nam Heſiodus atque Homerus (quos quadringentis non amplius annis ante me opinor fuiſſe) finxerunt Graecis Theogoniam, Diis cognominibus datis, diuiſisque honoribus et artibus inter illos, et deſcriptis illorum formis.* At vbique *Homerus* et *Heſiodus* quaſi iam nota illa deſcribunt, nec videntur ornaſſe niſi circumſtantiis nonnullis. Sane numquam homines aliter de Diis ſentientes eos tuliſſent talia de iis blaterantes, qualia habent. Vide ad v. 211. Interim liquet ex hiſce verbis *Theogoniam* vere eſſe *Heſiodi*, quamuis nonnulli dubitarint, vt docet *Pauſanias* in Boeoticis, ſiue Lib. IX. p. 581.

ΗΣΙΟΔΟΥ ΤΟΥ ΑΣΚΡΑΙΟΥ
ΘΕΟΓΟΝΙΑ.

Μουσάων Ἑλικωνιάδων ἀρχώμεθ' ἀείδειν,
Αἵθ' Ἑλικῶνος ἔχουσιν ὄρος μέγα τε ζάθεόντε,
Καί τε περὶ κρήνην ἰοειδέα πόσσ' ἁπαλοῖσιν

HESIODI ASCRAEI
DEORVM GENERATIO.

A Musis Heliconiadibus incipiamus canere,
Quae Heliconis habitant montem, magnumque diuinumque:
Et circa fontem caeruleum pedibus teneris

VARIETAS LECTIONIS.

2. μέγα ζάθεόντε B. 109.

NOTAE IN HESIODVM.

1. Μουσάων Ἑλικωνιάδων ἀρχώμεθ' ἀείδειν] Priores centum quindecim versus sunt suppositi. Theogonia incipit versu 116. Ἤτοι μὲν πρώτιστα χάος γένετ' etc. *Guietus.*

Ἑλικωνιάδων] Recte vetus Scholiastes patrias Musas a Boeoto vate inuocari obseruat. *Helicon* mons fuit Boeotiae, ita dictus a Phoenicio *bbalik* חליק aut חליקון *bbalikon*, quae vox *montem altum* sonat. Vide *Sam. Bochartum* Lib. I. Chanaanis, Cap. XVI. vbi ostendit plenam fuisse Boeotiam et colonis et nominibus Phoeniciis. *Clericus.*

2. Ζάθεόντε] *Diuinissimum* montem vocat, propter numerum deorum, qui in eo versabantur; quales Musae, Oreades, Dryades, Naiades etc. Infra v. 129. vocat

— ἕρεα μακρὰ θεῶν χαριεντας ἐναύλους
Νυμφέων.
Longos montes Dearum gratas habitacula Nymbarum.
Clericus.

3. Ἰοειδέα] Malim μελάνυδρον interpretari, ἀπὸ τῆς ἰὸς *ferrugine*, quia eo epitheto significatur copia aquae; quae non est ἰοειδὴς, nisi sit profunda, ac proinde copiosa, et perennis, quae laus est fontis. Ideo *Homerus*, et post eum *Hesiodus* vocant ἰοειδέα πόντον, id est, profundum. Ideo Poëtae Latini *caeruleos* fontes vocant, vt *caerula Liriope* dicitur *Ouidio* Metam. III. Confirmatur haec interpretatio, ipsa significatione propria vocis, quae significat quod habet εἶδος, seu *speciem* ἰὸς. Non potest autem dici fons *speciem* habere *floris*, licet

Ὀρχεῦνται, καὶ βωμὸν ἐρισθενέος Κρονίωνος·
Καί τε λοεσσάμεναι τέρενα χρόα Περμησσοῖο,
Ἢ Ἱππουκρήνης, ἢ Ὀλμειοῦ ζαθέοιο,
Ἀκροτάτῳ Ἑλικῶνι χορὸς ἐνεποιήσαντο,
Καλοὶ, ἱμερόεντας· ἐπερρώσαντο δὲ ποσσίν·

Saltant, aramque praepotentis Saturnii,
Atque ablutae tenero corpore aqua Permeſſi,
Aut Hippocrenes, aut Olmii ſacri,
Summo in Helicone choreas ducere ſolent,
Pulchras, amabiles, firmiterque ſaltare pedibus:

5. τερμησσοῖο Ald. τερμήσσοιο Iunt. 1. 2. Steph. marg. τερμησσοῖο. 6. ἵππου κρήνης Ald. Trinc. Iunt. 2. Steph. marg. ὀλμειοῦ Ald. ὀλμιοῦ Trinc. 7. Ἑλικώνη Iunt. 1. 8. ἱμερόεντας Trinc. ποσὶν Iunt. 1. 2.

cet ſit floribus cinctus; ſed recte dicitur habere *ſpeciem ferruginoſam*, ad colorem quod attinet. *Clericus.*

4. Καὶ βωμὸν ἐρισενέος Κρονίωνος.] Non modo in altaribus ſacra faciebant, in honorem deorum, ſed et circa illa choreas agitabant. Vide not. ad Exod. C. XXXII, 6. *Clericus.*

5. Λοεσσάμεναι τέρενα χρόα Περμησσοῖο] Ἐλλείπει τὸ ἐξ ἢ ἀπό. *Guietus.*

Περμησσοῖο] Intellige ὕδατι, *aqua*, quod in verſione exprimendum fuit. Permeſſus eſt Phoenicie פאר־מצא *pher-metſo*, hoc eſt, *puteus* aut *fons purus*, nam Radix מצץ hanc ſignificationem obtinet, apud Arabas. Commodior haec viſa deriuatio, quam *Bocharti* באר־מיצא *beer-metſo*, fons proceſſus, nempe, *aquarum*. Fons eſt, aut fluuiolus ex Helicone profluens, et qui cum Olmio confluit in Copaïdem lacum. Vide *Strabonem* Lib. IX. *Clericus.*

6. Ἱππουκρήνης] *Phoenicie* dixeris, vt recte *Bochartus*, eodem loco, הפגרן *happhigran*, quod *fontem erumpentem* ſonat, et corruptum in *Hippocrenen*, ortum fecit fabulae, quaſi eſſet κρήνη ἵππου *fons equi*, ſeu ab equo excitatus. *Clericus.*

Ὀλμειοῦ] Phoenicia voce, חול מיא *bhol-maio*, dulcis aquis, eodem coniectore. *Diuinus* dicitur, propter memoratam rationem, cum de Helicone ſermo eſſet, ad v. 2. *Clericus.*

8. Ἐπερρώσαντο δὲ ποσσίν] hoc eſt, ὤρχήσαντο. inceſſerunt, proceſſerunt et ſimiliter. *Guietus.*

Ἐπερρώσαντο] *firmiter ſaltabant.* Ita verto, cum aliae editiones habeant, *vehementer tripudiabant.* Vox Graeca *vim* et *ſtabilitatem* denotat. Heſychius,

Ἔνθεν ἀποερνύμεναι, κεκαλυμμέναι ἠέρι πολλῷ,
Ἐννύχιαι στεῖχον, περικαλλέα ὄσσαν ἰεῖσαι,
Ὑμνεῦσαι Δία τ' Αἰγίοχον, καὶ πότνιαν Ἥρην
Ἀργείην, χρυσέοισι πεδίλοις ἐμβεβαῦιαν,

Inde concitatae, velatae aëre multo,
Noctu incedunt, perpulchram vocem emittentes,
Celebrantes Iouemque aegida tenentem, et venerandam Iunonem
Argiuam, aureis calceamentis incedentem:

9. ἀποερνύμεναι Iunt. 2. πολλῇ Trinc. Steph. Comm. Heinſ. 10. στεῖχον Iunt. 1. περικαλέα Iunt. 1. 2. 12. πεδήλοις Trinc.

chius, ῥώμην καὶ ἰσχὺν ἐπέβαλον. Et *firmiter* ſaltare decorum habetur. Sic Schol. antiq. ἐῤῥωμένως καὶ σφυντόνως ὠρχοῦντο, ἢ ἐπισταμένως ἐχόρευον. *Rob.*

9. Ἠέρι πολλῷ] Pleraeque editiones habent πολλῇ. Sed Mſſ. Gresh. et Bodl. ſcribunt πολλῷ, quam quidem lectionem praefero; ἀὴρ enim frequentius maſculino genere vſurpatur. *Rob.* — πολλῇ ſine dubio inde ortum eſt, quod putarunt, qui et Pauonis error [v. Vann. Crit. p. 108.] ἀὴρ *caligo* genere maſcul. non vſurpari — quod tamen docet Euſtath. ad Iliad. E, v. 776. etſi negari nequit ſaepius, ſi pro caligine ſumitur, genere foeminino vſurpari, adeo vt doct. Robinſon. humani quid paſſus videatur, cum ad h. l. ſcribit ἀὴρ ſaepius genere maſcul. vſurpari. *Krebs.*

10 Ἐννύχιαι] Ne videantur a mortalibus, vel potius ne pateſceret mendacium Poëtae, cui obiici poterat numquam conſpectas. Eadem de cauſa, collocat eas in ſummo Helicone, vbi nemo pernoctabat. *Clericus.*

Ὄσσαν] τὴν θείαν φωνὴν, καὶ τὴν θείαν κληδόνα, ὡς παρ' Ὁμήρῳ· ἢ ὄσσαν ἀκέσαις — ἐκ Διός. Schol. ant. In ſacris ſcripturis maieſtas quaedam terrifica, et vis fatalis *Iehouae* voci attribuitur. Vide Deuter. 4, 33. 5, 25. Pſalm. 18, 13. 46, 6. 68, 38. Credebant etiam Ethnici longe diuerſam eſſe deorum vocem ac hominum. Sic. Virgil. Aen. 1, 328. *Nec vox hominem ſonat; o dea certe!* Ὄσσα vero non adeo ſtricte pro *diuina voce* vſurpatur, quin ſaepe cuiusuis animalis vocem ſignificet. Vide infra v. 831. Quod ipſe etiam Scholiaſtes poſtea agnoſcit. — Πᾶσαν τὴν φωνὴν ὁ Ἡσίοδος ὄσσαν καλεῖ. *Rob.*

11. Δία τ' Αἰγίοχον] Suo loco dicemus quare ita vocetur Iupiter, vt et quae de Muſis, aliisque Numinibus dicenda videbuntur, vbi loquetur Poëta de eorum natalibus. *Clericus.*

16. Ἐλι-

Κούρην τ' Αἰγιόχοιο Διὸς γλαυκῶπιν Ἀθήνην,
Φοῖβόν τ' Ἀπόλλωνα, καὶ Ἄρτεμιν ἰοχέαιραν,
Ἠδὲ Ποσειδάωνα γαιήοχον, ἐννοσίγαιον,
Καὶ Θέμιν αἰδοίην, ἑλικοβλέφαρόν τ' Ἀφροδίτην,
Ἥβην τε χρυσοστέφανον, καλήν τε Διώνην,
Ἠώ τ', Ἠέλιόν τε μέγαν, λαμπράν τε Σελήνην,
Λήτω τ', Ἰαπετόν τε, ἰδὲ Κρόνον ἀγκυλομήτην,
Γαῖάν τ', Ὠκεανόν τε μέγαν, καὶ Νύκτα μέλαιναν·
Ἄλλων τ' Ἀθανάτων ἱερὸν γένος αἰὲν ἐόντων·
Αἵ νύ ποθ' Ἡσίοδον καλὴν ἐδίδαξαν ἀοιδήν,
Ἄρνας ποιμαίνονθ' Ἑλικῶνος ὑπὸ ζαθέοιο.

Filiamque Aegiochi Iouis, caeruleos oculos habentem Mineruam:
Phoebumque Apollinem, et Dianam sagittis gaudentem,
Atque Neptunum terram continentem, terrae motorem
Et Themin venerandam, et blandis oculis Venerem,
Hebenque aurea corona decoram, formosamque Dionen,
Auroramque, Solemque magnum, splendidamque Lunam,
Latonamque, Iapetumque, ac Saturnum versipellem,
Terramque, Oceanumque vastum, et Noctem atram:
Aliorumque immortalium sacrum genus semper existentium:
Quae olim Hesiodum pulchrum docuerunt carmen,
Agnos pascentem Heliconе sub diuino.

14. τ' omittit B. 109. 15. ποσειδ. Trinc. ποσειδέωνα Ald. Iunt. γενέχον B. 109. 19. hunc versum ante v. 18. ponunt Iunt. 1. 2. Trinc.

16. Ἑλικοβλέφαρον τ' Ἀφροδίτην] *Arcuatis superciliis* Guietus.

Ἑλικοβλέφαρον] *Volubilibus palpebris*, id est, *paeztam*, vt Venerem vocabant Latini. Lasciuiae est indicium nictare frequenter, et signum amantium. *Clericus.*

Ἑλικοβλέφαρον] Vetus Schol. exponit, *arcuatis* vel *orbiculatis* palpebris — τὴν ἑλικοειδῆ, καὶ στρογγύλα, καὶ περιφερῆ, καὶ ἀγκεκλασμένα τὰ βλέφαρα ἔχουσαν, ἢ μεταφορᾶς τῶν τῆς ἀμπέλου ἑλίκων. Quae quidem interpretatio bene conuenit significationi vocis ἑλίσσειν, *torquere*, *voluere*. Interpretes autem Homerici et Lexicographi paene omnes exponunt, *nigrum*. Et Hesych. Ἑλικάν· μέλαν. *Rob.*

23. Καλὴν ἐδίδαξεν ἀοιδὴν] Vide versum 660. ἔργων. *Guietus.*

Τόνδε δέ με πρώτιστα θεαὶ πρὸς μῦθον ἔειπαν
Μοῦσαι Ὀλυμπιάδες, κοῦραι Διὸς Αἰγιόχοιο·
Ποιμένες ἄγραυλοι, κάκ' ἐλέγχεα, γαστέρες οἶον,
Ἴδμεν ψεύδεα πολλὰ λέγειν ἐτύμοισιν ὁμοῖα·
Ἴδμεν δ' εὖτ' ἐθέλωμεν ἀληθέα μυθήσασθαι.
Ὣς ἔφασαν κοῦραι μεγάλου Διὸς ἀρτιέπειαι,
Καί μοι σκῆπτρον ἔδον, δάφνης ἐριθηλέος ὄζον,

Hoc autem me primum Deae ſermone compellarunt,
Muſae Olympiades, filiae Iouis Aegiochi:
Paſtores ſub dio manentes, mala probra, ventres ſolum,
Scimus falſa multa dicere veris ſimilia:
Scimus etiam, quando voluerimus, vera loqui.
Sic dixerunt filiae Iouis magni veridicae,
Et mihi ſceptrum dederunt, lauri peruiridis ramum,

24. Τόνδε δέ Ald. ἔειπον Ald. Iunt. 1. 2. 26. ποιμένιαις Iunt. 1. 2. οἶον Ald. 27. ἐτοίμοισιν Iunt. 1. 2. 28. εὖτ' ἐθ. Ald. εὖτ' ἂν Trinc. αὖτ' ἀϑ B. 109. R. S. 29. διὸς μεγάλου Trinc. 30. ἔδων B. 109. Ald.

26. Κακ' ἐλέγχεα] Gratulatur ſibi Poëta, quod, cum Muſae ipſum primum alloquerentur, conuiciis vſae ſint, quod eſt primaeuae ſimplicitatis. *Clericus.*

27. Ἴδμεν ψεύδεα πολλὰ λέγειν ἐτύμοισιν ὁμοια] Deabus mendacia tribuere eſt etiam antiquiſſimi aeui, quo Deos vix meliores hominibus fingebant; quia omnes Dii, qui maxime colebantur, fuerant homines, vt poſtea videbimus. *Clericus.*

29. Ἀρτιέπειαι] *Diſertae.* Guietus.

30. Καί μοι σκῆπτρον ἔδον, δάφνης ἐριθηλέος ὄζον] Ἔδον pro ἔδοσαν. Rhapſodi ramum lauri tenebant recitantes. Vide Lucianum in Dialogo cum Heſiodo p. 659. *Guietus.*

Καί μοι σκῆπτρον ἔδον δάφνης ἐριθηλέος ὄζον] Scholiaſtes poſtquam dixit *Heliconem* πολύδαφνον eſſe, et laurum aeque potuiſſe eſſe donum Apollinis, ac Muſarum, quae ad rem non multum faciunt, veram eius rationem reddit hiſce verbis: παρόσον ἡ δαφνὴ ἐνεργεῖ πρὸς τὰς ἐνθουσιασμούς. Σοφοκλῆς ἐν Κασσάνδρᾳ· δάφνην φαγὼν ὀδόντι πρίετο σῶμα. καὶ Λυκόφρων· δάφνην φαγὼν φοιβάζει ἐκλαιμῶν ὅπα. καὶ τὰ ποιήματα δὲ μετὰ θεᾶς ἐμπνεύσεως εἴρηται: *quia laurus efficax eſt ad afflatus creandos. Sophocles in Caſſandra:* Cum comediſſet laurum, dentes inſtar ferrae in ore concutiebat. *Et Lycophron:* cum

Δρέψασθαι θηητόν· ἐνέπνευσαν δέ μοι αὐδὴν

Decerpere mirandum. inſpirarunt autem mihi vocem

31. θειητὸν B. 109. Ald. Iunt. 1. 2.

cum laurum comediſſet, vaticinabatur emittens vocem e gutture. *Certe Poëmata dei afflatu ſunt effuſa.* Sequentia verba rem dubiam eſſe non patiuntur. Cum ergo Laurum ſibi traditam dicit *Heſiodus* a Muſis ſeque ab iis afflatum, perinde eſt ac ſi facultatem poëticam ſibi ab illis conceſſam diceret. Quam in rem paucula ex *Claud. Salmaſio* hic apponemus. Sic ille in *Solini* Polyhiſtora p. 609. vbi poſtquam multis oſtendit ῥαψῳδὸς dictos fuiſſe ἀπὸ τῦ ῥάπτειν τὰς ᾠδάς, quod veluti *conſuerent* varias partes Poëtarum, quas canebant, non ἀπὸ τῦ ῥάβδε, addit: „Antequam „mos ille τῦ ῥάψῳδεῖν aliena „carmina natus ac notus eſſet, „auctores ipſi ac Poëtae hymnos et alia carmina in honorem deorum a ſe compoſita ſic „pronunciare conſuetudinem, „cum virga e lauru in manibus. „Dicebantur ἐπὶ ῥάβδῳ ᾄδειν. „*Pauſanias* pag. 586. Lib. IX. „ſeu Boeoticis de *Heſiodo*, qui „cum cithara pictus erat: ᾠδήν „τοι Ἡσιόδῳ οἰκεῖον φόρημα. „δῆλα γὰρ δὴ καὶ ἐξ αὐτῶν τῶν „ἐπῶν ὅτι ἐπὶ ῥάβδῳ δάφνης „ἦδε: *nequaquam fuit proprium Heſiodo geſtamen; manifeſtum enim eſt, etiam ex ipſis eius verſibus, eum ad lauri ramum cecinisſe.* „Intelligit hos verſus ex „Theogonia, Καί μοι σκῆπτρον „etc. Traditum ſibi a Muſis ex „lauri ramo baculum dicit. „Tamquam vati futurorum præ„ſcio, non tamquam Poëtae, „datum poſſumus interpretari, „propter illa, ὥς τε κλύοιμι τάτ' „ἐσσόμενα πρό τ' ἔοντα. Sed Poëtica erat coniuncta cum afflatu, non minus ac vaticinandi facultas; imo non erat ſine vaticinatione, cum non poſſent ſcire Poëtae geſta apud deos, aut clam apud homines, aut ante omnem hominum memoriam; vel potius fingere ſe ea ſcire, niſi ſimul afflatum ſimularent. Pergit *Salmaſius*: „Laurum ge„ſtabant et admordebant, qui „vaticinandi ſcientia callere vo„lebant, vnde δαφνηφάγοι va„tes. *Aſclepiades*, in ſtatuam „*Homeri*:

„Καί σοι καλλιπέτηλον ἐρυσ-
σάμεναι περὶ πᾶσαι
„Ὤρεξαν δάφνης ἱερὸν ἀ-
κρέμονα.

Fallitur, vt ſaepe Critici, qui non ſignificant vnde depromſerint quae dicunt. Epigramma eſt in ſtatuam *Heſiodi*, quod legitur Lib. IV. Anthologiae, p. 368. Ed. H. Stephani. Integrum ita habet:

Αὐταὶ ποιμαίνοντα μεσημβρι-
νὰ μῆλά σε Μῶσαι
Ἑδρακον ἐν κραναοῖς ἄρεσιν,
Ἡσίοδε.
Καί σοι καλλιπέτηλον ἐρυσσά-
μεναι περὶ πᾶσαι
Ὤρεξαν

Θείην, ὡς κλείοιμι τά τ' ἐσσόμενα, πρό τ' ἐόντα.
Καί με κέλονθ' ὑμνεῖν μακάρων γένος αἰὲν ἐόντων,
Σφᾶς δ' αὐτὰς πρῶτόν τε καὶ ὕστερον αἰὲν ἀείδειν.

Diuinam, vt canerem tam futura quam praeterita.
Et me iubebant celebrare beatorum genus sempiternorum,
Se vero primo et postremo semper decantare.

32. Θείαν ἵνα κλείοιμι B. 109. Θείαν ἵνα R. S. ἵνα etiam Ald. Iunt. I. 2. Steph. marg. ὥστε κλύοιμι Trinc. Steph. Commel. Heinſ. 33. Κ. μ' ἐκέλονθ' B. 109. Κ. μ' ἔκελον θ' Trinc. 34. ἀοίδειν Ald.

Ὥρεξαν δάφνης ἱερὸν ἀκρέμονα.
Δῶκαν δὲ κρήνης Ἑλικωνίδος ἔνθεον ὕδωρ,
Τὸ πτανὲ πῶλε πρόσθεν ἔκοψεν ὄνυξ.
Οὗ σὺ κορεσσάμενος μακάρων γένος, ἔργά τε μολπαῖς,
Καὶ γένος ἀρχαίων ἔγραφες ἠϊθέων.

Ipſae paſcentem meridie oues Muſae viderunt te in aſperis montibus, Heſiode; et tibi pulcra folia habentem decerpentes omnes porrexerunt lauri ſacrum ramum. Dederunt vero fontis Heliconis diuinam aquam, quam volucris equi prius erupit vngula. Qua tu ſatiatus beatorum genus, et res geſtas cantibus, et genus priſcorum deſcripſiſti iuuenum. Sed audiamus *Salmaſium*: „*Pauſanias* de virga laurea ac„cepit, cum qua Veteres Poëtae „carmina ſua recitabant. Quem „morem etiam poſtea ῥαψῳδοὶ „imitati ſunt, qui aliena pronun„ciarunt. Nam et hi virgam e „lauro tenebant, cum carmina „recitarent ex aliquo Poëta. Ce„tera apud ipſum legentur. *Cle„ricus.*

32. Θείην, ὥς τε κλύοιμι τά τ' ἐσσόμενα, πρό τ' ἐόντα] Nothum. *Guietus.*

Ὡς κλείοιμι] Vulgo legitur ὥςε κλύοιμι. Sed ex fide Mſſ. reſtitui κλείοιμι. Dixerat poëta, ἐνέπνευσαν δέ μοι αὐδὴν θείην. Non autem neceſſe erat vt Muſae ei *vocem* inſpirarent ὡς κλύοιτο, vt *intelligeret*, ſed ὡς κλείοιτο, vt *caneret*. *Rob.*

Τά τ' ἐσσόμενα πρό τ' ἐόντα] Poëtice, nempe, eſt μαντείας genus, vnde Poëtae Latinis *Vates*. Vtinam exſtaret integer Liber VII. *Strabonis!* Aliquid hac de re haberemus, in deſcriptione Pieriae, cum legamus in excerptis, quo loco de hac regione egerat, ὅτι τὸ παλαιὸν, οἱ μάντεις καὶ μουσικὴν εἰργάζοντο: *olim vates exercuiſſe et muſicam.* Clericus.

34. Σφᾶς δ' αὐτὰς πρῶτον δὲ καὶ ὕστερον αἰὲν ἀείδειν] Imitatus *Horatius* Lib. I. Ep. I.

Prima dicte mihi, ſumma dicende Camoena,
Maecenas etc. *Clericus.*

35. Ἀλλὰ

Ἀλλὰ τίη μοι ταῦτα περὶ δρῦν ἢ περὶ πέτρην; 35
Τύνη, Μουσάων ἀρχώμεθα, τὴ Διὶ πατρὶ
Ὑμνεῦσαι τέρπουσι μέγαν νόον ἐντὸς Ὀλύμπου,

Sed quo mihi haec circa quercum, aut circa petram?
O tu, a Musis ordiamur, quae Ioui patri
Canendo oblectant magnum animum in Olympo,

37. αἰὲν Trinc.

35. Ἀλλὰ τίη μοι ταῦτα περὶ δρῦν ἢ περὶ πέτρην] Hoc est, περὶ τὰ ἀπὸ συκῆς, subintellige λέγοντας. *Guietus.* Ἀλλὰ τίη μοι ταῦτα περὶ δρῦν ἢ περὶ πέτρην.] Hoc est quid haec ad rem, quam aggressus sum? vt recte Scholiastes. *Homerus* paullo aliter hanc Paroemiam profert Iliad. X. v. 126, vbi Hector de inanibus sermonibus, quos Achillem laturum non fuisse, si ad eum adisset, suspicatus:

Οὐ, μὲν πῶς νῦν ἐστὶν ἀπὸ δρυὸς, οὐδ' ἀπὸ πέτρης,
Τὼ ὀαριζέμεναι, ἅτε παρθένω, ἠΐθεά τε,
Μηδέν' ὀπὶ ἠϊθέοντε δαήμονε βουλεύσητον.

Non quidem vllo modo nunc licet e quercu, neque a petra cum hoc confabulari, vt virgo et adolescens, virgo, inquam, et adolescens, confabulantur. Volunt Scholiastae ortam loquutionem ex veteri fabula, qua homines ex lapidibus aut quercubus nati ferebantur, et quae puetis sermones praebebat, adeoque inanes sermones signari. At non video qui locus *Hesiodi* hinc possit explicari, cuius sensus est is quem diximus. Crediderim potius petitum adagionem ex iis, qui aggressi montem, aut syluam describere, ad alia divagarentur, quae a scopo aberrarent. Est tamen alius locus *Homeri*, ex quo sententiae suae confirmationem petere posse primo intuitu videntur. Odysseae T, v. 163 cum rogasset Penelope Vlyssem, quem non agnoscebat, vnde esset, addit:

Οὐ γὰρ ἀπὸ δρυός ἐσσι παλαιφάτου, οὐδ' ἀπὸ πέτρης.
Non es enim a vetere quercu, aut a petra. Quibus in verbis *Homerus* alluditad memoratam fabulam; sed is sensus neque alteri loco *Homeri*, neque versui *Hesiodi* aptari potest. *Clericus.*

36. Τύνη Μουσάων ἀρχώμεθα] Τὸ τύνη hic age, agedum significare videtur. Sed hic omnino scribendum videtur, ποίνυν Μουσάων ἀρχώμεθα. hoc est, διὰ τοῦτο Μουσάων ἀρχώμεθα. Hesych. τοίνυν· διὰ τοῦτο. Hunc locum respexisse videtur. *Guietus.*

38. Εἰρεῦ-

Εἰρεῦσαι, τά τ' ἐόντα, τά τ' ἐσσόμενα, πρό τ' ἐόντα,
Φωνῇ ὁμηρεῦσαι. τῶν δ' ἀκάματος ῥέει αὐδὴ

Memorantes, et praesentia, et futura, et praeterita,
Voce concinentes. illarum vero indefessa fluit vox

39. φωνῆς B. 109.

38. Εἰρεῦσαι τά τ' ἐόντα] Iisdem vtitur verbis Homerus Il. ά, 70. de Calchante Graecorum vate, Ὃς ἤδη τά τ' ἐόντα, τά τ' ἐσσόμενα, πρό τ' ἐόντα. Plurimi praeterea versus apud vtrumque poetam iidem occurrunt, quorum nonnullos suis locis infra notabimus, ex quibus placuit aliquibus inferre, Homerum Hesiodo antiquiorem fuisse. Perperam omnino; nisi aliis argumentis probari possit Hesiodum potius Homerum, quam hunc illum imitatum esse. Porro dehinc videre est a priscis etiam temporibus vaticinandi artem poetis attributam fuisse. vnde etiam a Latinis *vates* appellantur. Vide quae in hanc rem iocatur Lucianus in Dialogo cum Hesiodo. *Rob.*

39. Ὁμηρεῦσαι] Συμφωνῆσαι. ex ὁμὸς et ἄρω ὁμήρης compositum videtur. Vnde ὁμηρέω, hoc est, concordo, συμφωνῶ. Hesych. ὁμηρὲς, ὁμῶς, συμφώνως. Sed τὸ ὁμήρης simplex videtur. Ab ὁμάω, ὁμήρω, ὁμηρὴς. quare et τὸ ὁμηρὴς vnde ὁμηρέω συμφωνῶ simplex fuerit forte. Hesych. ὁμηρεῦσαι, ὁμοφωνῆσαι, ὁμῶς λέγεσαι etc. *Guietus.*

Ὁμηρεῦσαι] *Hesychius:* ὁμηρεύειν, συμφωνεῖν. Ὁμηρεῦσαι, τὸ συμβοληῆσαι· ὁμοφωνῆσαι, ὁμῶς λέγεσαι. Ὁμηρεῖν, ὁμῶς εἱρμόσθαι (l. ἁρμόζεσθαι) συμφωνεῖν, hoc est, *concinere*, ex ὁμῶς *simul* et ἐρέω, *dico*. Hinc credibile est nomen factum Ὁμήρῳ, qui postquam carminibus suis innotuisset, non amplius *Melesigenes*, sed *concentor*, quasi *Musarum*, dictus est. Nomen ei inditum fuerat *Melesigeni*, a fluuio *Melete*, qui non procul a Cumis Aeolicis fluit, et ad quem eum mater Critheïs pepererat, vt docet *Herodotus*, in eius vita, Cap. III. Idem oculorum vsum amisisse eum narrat, Cap. VII. et propterea Lingua Cumaea Cap. XIII. ὄμηρον dictum, id est, *caecum*. At vehementer suspicor opinionem de caecitate *Homeri* fictam a Cumaeis, quod nomen eius perperam ex lingua sua interpretarentur; solent enim Graeci, ex nominibus perperam intellectis, historiolas fingere, vt vel ex nomine *Hippocrenes*, de quo diximus, colligere est. Profecto multo verisimilius est, tantum Poëtam cognomen ex arte adeptum esse, quam ex infortunio. *Clericus.*

40. Γελᾷ

Ἐκ στομάτων ἡδεῖα. γελᾷ δέ τε δώματα πατρὸς 40
Ζηνὸς ἐριγδούποιο, θεᾶν ὀπὶ λειριοέσσῃ
Σκιδναμένῃ. ἠχεῖ δὲ κάρη νιφόεντος Ὀλύμπου,
Δώματα ἀθανάτων. αἱ δ' ἄμβροτον ὄσσαν ἱεῖσαι,
Θεῶν γένος αἰδοῖον πρῶτον κλείουσιν ἀοιδῇ

Ab ore ſuauis. ridet autem domus patris
Iouis valde tonantis, Dearum voce ſuaui
Diſperſa. reſonat vero vertex niuoſi Olympi,
Domus immortalium. hae vero immortalem vocem emittentes,
Deorum genus venerandum inprimis celebrant cantilena

41. θεῶν Trinc. Mox λειριοέσσῃ σκιδναμένῃ Ald. 42. χάρη Iunt. 2. νιφόεντα B. 109. 43. Δώματ' Ald. Iunt. 1. 2. Trinc. 44. αἰδοῖον Iunt. 1. 2. ἀοιδῇ B. 109.

40. Γελᾷ δέ τε δώματα πατρὸς] Hoc eſt, ſumma voluptate afficitur coeli regia. Poëtae paſſim et dolorem, et gaudium tribuunt rebus inanimis, vt ſignificent maximam eſſe rationem dolendi, aut laetandi, et quae vel ipſa inanima, vt ſolet dici, mouere poſſit. *Theognis* initio, cum alia de Apollinis natalibus dixiſſet, haec habet:

— ἐγέλασσε δὲ γαῖα πελώρη,
Γήθησεν δὲ βαθὺς πόντος ἁλὸς πολιῆς.

Riſit magna terra. *Lucretius* ad Venerem Lib. I. v. 8.

— *tibi ſuaues daedala tellus*
Submittit flores, tibi RIDENT *aequora ponti.*

Ad quem verſum, vide quae collegit *Dion. Lambinus.* Clericus.

44. Θεῶν γένος, καὶ τὰ ἑξῆς] Probe animaduertendum hic ſignari tria genera rerum, I. Terram et Coelum, quae ante omnes deos, qui Heſiodi aeuo maximi habebantur, fuerant: II. Deos ex hiſce genitos, οἵ τ' ἐκ τῶν ἐγένοντο θεοὶ δωτῆρες ἐάων, *qui Dii ex hiſce geniti ſunt datores bonorum*, quos enumerat a v. 116. ad 155. Hi dicuntur ab *Heſiodo* dii, quod nomen denegatur Coelo et Terrae, ſuntque veluti prior deorum aetas: III. Altera eſt filiorum Saturni, quos ſignificat hoc verſu *Heſiodus*: Δεύτερον αὖτε Ζῆνα, θεῶν πατέρ' ἠδὲ καὶ ἀνδρῶν, hoc eſt, *ſecundo loco Iouem, qui eſt Rex deorum*, qui nunc potiſſimum coluntur, *et hominum.* Qui viuebant *Heſiodi* aeuo, et ſuperioribus aliquot aetatibus, duplicem hunc dumtaxat ordinem deorum norant, hoc eſt, hominum in deorum numerum poſt mortem relatorum; ſi altius originem eorum repeterent, nihil antiquius reperiebant, quam Coelum et Terram, biſque vetuſtius Chaos, nec vltra progredieban-

Ἐξ ἀρχῆς, ἃς Γαῖα καὶ Οὐρανὸς εὐρὺς ἔτικτον, 45
Οἵτ' ἐκ τῶν ἐγένοντο θεοὶ, δωτῆρες ἐάων.
Δεύτερον αὖτε Ζῆνα, θεῶν πατέρ' ἠδὲ καὶ ἀνδρῶν,
Ἀρχόμεναί θ' ὑμνεῦσι θεαὶ, λήγουσαί τ' ἀοιδῆς,
Ὅσσον φέρτατός ἐστι θεῶν, κράτεϊ τε μέγιστος.
Αὖθις δ' ἀνθρώπων τε γένος, κρατερόφρονα τε γιγάντων 50
Ὑμνεῦσαι, τέρπουσι Διὸς νόον ἐντὸς Ὀλύμπου,

Ab exordio, quos Tellus et Coelum latum genuerunt,
Quique ex his prognati sunt Dii, datores bonorum.
Secundo rursum Iouem, Deorum patrem atque etiam hominum,
Incipientesque canunt Deae et finientes carmen,
Quam sit praestantissimus Deorum, et imperio maximus.
Porro et hominum genus, fortiumque gigantum
Celebrantes oblectant Iouis mentem in Olympo,

45. γαιά τε Iunt. 1. 2. ἔτικτε B. 109. ἔτικτον Ald. 46. δοτῆρες Ald. Iunt. 1. 2. 47. πατέρα Ald. 48. λήγουσαι Ald. Iunt. 1. 2. Steph. marg. ὑμνοῦσι B. 109. ἀοιδοῖς Ald. 49. Τόσσον B. 109. Ald. φέρτερος Iunt. 1. 2. 50. αὖτις Iunt. 1. 2. Trinc.

diebantur. Notio dei horum conditoris vsque adeo obscurata erat, vt de eo prorsus tacerent; aut etiam, si quae eius euanida vestigia in eorum animis haeserant, ea miscebantur, cum iis quae vulgo de Ioue et aequalibus illi deis ferebantur. Quae omnia, in sequentibus, explicatione ipsa inuolutorum Poëticorum, euoluentur et ob oculos ponentur. *Clericus.*

46. Οἵτ' ἐκ τῶν ἐγένοντο] Hoc est, ἐκ τούτων. hoc est, οἱ τῆς γῆς καὶ τοῦ οὐρανοῦ ἔκγονοι εὐεργέται. *Guietus.*

47. Δεύτερον αὖτε Ζῆνα] Subintellige κλείουσι. *Guietus.*

48. Ἀρχόμεναί θ' ὑμνεῦσι θεαὶ, λήγουσαί τ' ἀοιδῆς] Nóθον. scribend. λήγουσί τ' ἀοιδῆς. dicentes, subintellige quam, sit praestantissimus etc. *Guietus.*

Λήγουσαι] Haec lectio viris doctis quibusdam crucem fixit, quoniam seruata ea, metrum laborare putarunt. — at eam necessario exigit, sensus, qui hic est: *iterum Iouem Musae celebrant et incipientes et finientes cantum.* Iensius in Lect. Lucian. p. 181. h. l. inter ea affert, quibus efficiat diphthongos etiam ante consonantes corripi. Quae sententia nouissime ab Arnaldo est confutata Animadv. Crit. p. 29. seqq. qui dicit, h. l. priores duas syllabas in ἀοιδῆς per synizesin esse, vt vnam, pronunciandas; et ita effici versum Spondaicum. Cuius sententiae subscribo. *Krebs.*

Μῶσαι Ὀλυμπιάδες, κοῦραι Διὸς αἰγιόχοιο·

Musae Olympiades, filiae Iouis aegida habentis:

52. Μῶσαι] Primum videndum quae sint *Musae*, dein a quibus progenitae. Ex descriptionibus cum omnium reliquorum Poëtarum, tum etiam *Hesiodi*, colligere est, Musas inuenisse Eloquentiam ac Musicam, artesque quae elegantiores habentur. Vt solius *Hesiodi* testimoniis vtamur, eae argumentum non verum modo, sed etiam fictum omnium orationum, comminisci poterant. Sic enim eum alloquuntur v. 27. huius Poëmatis:

Ἴδμεν ψεύδεα πολλὰ λέγειν ἐτύμοισιν ὁμοῖα,
Ἴδμεν δ' εὖτ' ἐθέλωμεν ἀληθέα μυθήσασθαι

Scimus multa falsa veris similia, scimus et quando volumus vera dicere. Ait v. 60. fuisse nouem puellas:

— ἧσιν ἀοιδὴ
Μέμβλεται, ἐν στήθεσσιν ἀκηδέα θυμὸν ἔχούσαις,

quibus cantio cordi est et quae habent animum sine curis. v. 65.

— ἐρατὴν δὲ διὰ στόμα ὄσσαν ἰεῖσαι
Μέλπονται πάντων τε νόμους καὶ ἤθεα κεδνὰ
Ἀθανάτων κλείουσιν,

amabilem vocem ore emittentes canunt, omniumque leges, et mores venerandos Immortalium celebrant. Plura non exscribam, nam ex hisce satis liquet quod volo; nec mirum erit si dicam nunc, ab antiquissimis Graeciae colonis phoeniciissantibus, dictas esse *Musas* ab inuentione, nam, Phoenicia Lingua, מוצא *motsa* est *inuentrix*. Credibile autem est, antiquissimis temporibus, per Boeotiam, Thessaliamque ac vicinas Graeciae oras, celebrem factum fuisse cantilenis, seu propter inuentionem, seu propter elegantiam styli, pro aetatis captu, seu propter cantum, seu propter omnia illa simul, *chorum nouem puellarum*; quem instituit Iupiter, vt postea videbimus, Thessaliae rex. Deinde posteritas, quae omnia adauxit, et praesertim Poëtae finxerunt eas inuentrices Poëticae deas esse; quo honore etiam mactati sunt inuentores aliarum artium. *Pater Musarum* dicitur Iupiter, quod primus puellarum concentum instituerit; quae loquutio etiam Phoenicia est, nam Gen. IV. 20, 21. Iabal dicitur *pater Scenitarum et Nomadum*, Iubal vero *cythara et organo canentium*, hoc est, eorum viuendi generum, earumque artium institutores. Μνημοσύνη vero seu *Memoria*, κατὰ προσωποποιΐαν, dicitur earum *mater*, quod memoria suppeditet materiam poëmatum et orationum. Hoc satis ostendit Iouem non habitum esse patrem proprie dictum Musarum, cum *Memoria* sit dumtaxat *persona poetica*, quae nunquam in rerum natura fuisse credita

Τὰς ἐν Πιερίῃ Κρονίδῃ τέκε πατρὶ μιγεῖσα
Μνημοσύνη. γνοῖσιν Ἐλευθῆρος μεδέουσα,

Quas in Pieria Saturnio peperit patri mista
Mnemosyne, collibus Eleutheris imperans,

credita est. Non exigua pars artificii huius Theogoniae, vt postea videbimus, sita est in Prosopopoeis. *Clericus.*

Ὀλυμπιάδες] Ita dictae Musae, quod circa montem Olympum diu versatae essent, in Iouis regia, vt ipse Poëta testatur qui aliquoties hoc repetit, vt v. 68.

Αἳ τότ' ἴσαν πρὸς Ὄλυμπον,
ἀγαλλόμεναι ὀπὶ καλῇ.
Quae iuerunt tunc ad Olympum
superbientes voce pulcra.
Clericus.

53. Τὰς ἐν Παρίῃ] Haec est patria puellarum, quas Poetae immortalitati consecrauere. *Pieriae* nomen est montis et regionis ei subiectae, atque ad Thermaicum vsque sinum porrectae; qua Thessalia ad septemtriones clauditur, Macedonia ad austrum. In ea etiam Pimplaeus mons Musis sacer. Hinc dictae Musae *Pierides*, potiori iure quam *Heliconiades, Olympiades* etc. vnde enim potius cognomen duxissent, quam a patria, ex qua profectae, cantibus finitimarum orarum incolas in admirationem sui rapuerunt? Illinc eas ad se euocat *Hesiodus* initio Operum et Dierum:

Μῶσαι Πιερίηθεν ἀοιδῇσι κλείουσαι,
Δεῦτε, καὶ τὰ ἑξῆς.

Pomponius Mela Lib. III. c. 5. in descriptione Macedoniae: *hic Musarum* PARENS DOMVSQVE *Pieria.* Si Phoenicis litteris hanc vocem scribamus, פאריא, inuenietur in ea significatio *puteorum* (nam ב et פ miscentur passim apud Orientales) vel *fertilitatis*; quam non respuit regionis situs, aliquot fluuiis rigatae. Vide Tabulas *Ptolemaei* et *Liuium* Lib. XLIV. c. 6, 7, 8. *Clericus.*

54. Γνοῖσιν Ἐλευθήρος μεδέουσα] Γνὸν interpretatur Scholiastes γονιμωτάτους τόπους *fertilissima loca.* Malim βνὰς interpretari, seu *colles*, pro quibus Aeoles dixerunt γνὰς, vt vrbs *Argos* illis erat ἄρβος. Ita vocem interpretatus est *Laur. Valla*, apud Herodotum Lib. IV. Cap. XCIX. vbi τὸν γνὸν τὸν Σνιακὸν, vertit *iugum Suniacum*, ex re ipsa, nam fuit illic collis, cui erat impositum templum Mineruae. *Pausanias* in Atticis, initio: Ναὸς Ἀθηνᾶς Σνιάδος ἐπὶ κορυφῇ τῆς ἄκρας: *Templum Mineruae Suniadis est in vertice promuntorii.* Nam *Eleuther* mons est, ita vocatus, vt aiunt, ab Eleuthere Apollinis filio, vnde et dictae *Eleutherae* vrbs ad eum montem sita. Phoeniciis litteris scribas

Λησμοσύνην τε κακῶν, ἄμπαυμά τε μερμηράων. 55
Ἐννέα γάρ οἱ νύκτας ἐμίσγετο μητίετα Ζεὺς,

Obliuionemque malorum, et ſolatium curarum.
Nouem enim cum ea noctes miſtus eſt prudens Iupiter,

55. μεμηράων Iunt. 1. 2. 56. μίσγετο B. 109.

bas עליתור *halethir*, quae vox *altam ſpeculam* ſonat, a עלה halah *adſcendit* et תור thour *ſpeculatus eſt*, quod optime in montem quadrat, in quo ſpeculatores ſolebant collocari, qui de aduentu hoſtium monerent.

Scholiaſtes hic habet: ὁ δὲ ἐλευθὴρ ὄνομα πόλεώς ἐϛι τῆς Βοιωτίας, ἀπό τινος βασιλέως αὐτῆς τῆς πόλεως ἔτως ὠνομασμένε, υἱὸς Ἀπόλλωνος καὶ Αἰθέσης τῆς Ποσειδῶνος: *Eleuther eſt nomen vrbis Boeotiae, a quodam Rege eius vrbis ſic dicto, filio Apollinis et Aethuſae filiae Neptuni.* Rectius dixiſſet Ἐλευθέρας, ſic enim vrbs ab omnibus vocatur, quae fuit ambigui iuris, inter Atticos et Boeotios. Vide *Stephanum* Byzantium, in hac voce, et quae ad eum *Luc. Holſtenius* et *Abr. Berkelius*. Pergit Scholiaſtes: ἔϛι δὲ καὶ ὄρος, ὥς φασιν, ἐπ' ὀνόματι τὲ Ἡρῶος: *eſt etiam mons, vt dicunt, cognominis Heroï.* Forte ita dicta, ob cauſam allatam, pars aliqua Cithaeronis montis, ad cuius radices ſitae erant Eleutherae. *Pauſanias* in Atticis p. 72. Ἐλευθερῶν δὲ ἦν μὲν ἔτι τὲ τείχες. ἦν δὲ καὶ οἰκιῶν ἐρείπια· δῆλη δὲ τὲτοις ἐϛὶ πόλις ὀλίγον ὑπὲρ τὲ πεδίε πρὸς τῷ Κιθαιρῶνι οἰκισθεῖσα: *Eleutherarum cum muri, tum aedium erant veſtigia,* (cum loca viſebam) *quae manifeſto oſtendunt vrbem conditam fuiſſe paullo ſupra planitiem ad Cithaeronem.* Vide not. ad v. 329.

Quod ab Heroe nomen eius deducit Scholiaſtes, poſt alios, id non maioris eſſe ponderis debet, quam quod addit: ἔτω δὲ λέγεται ὅτι ἐκεῖ ὁ Διόνυσος τῆς μανίας ἐπαύσατο καὶ ἐλευθερώθη: *ſic etiam dicitur, quod illic Bacchus deſiit furere et morbo liberatus eſt.* Fingebant Graeci Heroas et fabulas, vt ex ſua Lingua originem nominum deducerent.

Multo veriſimiliora ſunt, quæ ſequuntur de ratione, ob quam *Heſiodus* matrem Mularum Eleutherarum reginam fuiſſe dixit. Καὶ τὲτο δὲ δόξαν προσάπτων τῇ ἑαυτὲ πατρίδι, λέγει ὅτι ἐγεννήθησαν μὲν ἐν τῇ Πιερίᾳ, ἡ δὲ μήτηρ αὐτῶν ἐκ Βοιωτίας ἦν: *Idque gloriam addens patriae ſuae, dicit genitas quidem eſſe Muſas in Pieria, matrem vero illarum e Boeotia fuiſſe.* Clericus.

55. Ἄμπαυμά τε μερμηράων] Μερμήρα, μερμηρίζω. *Guietus.*

Νόσφιν ἀπ' ἀθανάτων, ἱερὸν λέχος εἰσαναβαίνων.
Ἀλλ' ὅτε δὴ ῥ' ἐνιαυτὸς ἦεν, περὶ δ' ἔτραπον ὧραι,
Μηνῶν φθινόντων, περὶ δ' ἤματα πολλ' ἐτελέσθη,
Ἡ δ' ἔτεκ' ἐννέα κούρας ὁμόφρονας, ἦσιν ἀοιδὴ
Μέμβλεται, ἐν στήθεσσιν ἀκηδέα θυμὸν ἐχούσαις,
Τυτθὸν ἀπ' ἀκροτάτης κορυφῆς νιφόεντος Ὀλύμπου,
Ἔνθά σφιν λιπαροί τε χοροὶ καὶ δώματα καλά.

Seorsim ab immortalibus, ſacrum lectum conſcendens.
Sed cum iam annus exactus, circumuolutae vero eſſent tempeſta-
Menſibus exactis, dieſque multi tranſacti eſſent, [tes,
Ipſa peperit nouem filias concordes, quibus carmen
Curae eſt, in pectoribus ſecurum animum habentibus,
Paululum a ſummo vertice niuoſi Olympi,
Vbi ipſis ſplendidique chori, et aedes pulchrae.

57. εἰς ἀναβαίνων Trinc. 58. ἦεν ἐνιαυτὸς Iunt. 1. 2. 59. ἐτελέσθην Ald. 60. ἔτεκε Iunt. 1. 2. 61. μέλλεται Ald. Iunt. 1. 2. μεμήλεν' Trinc. 63. σφί B. 109.

58. Περὶ δ' ἔτραπον ὧραι] Hoc eſt, περιέτραπον ἑαυτὰς, hoc eſt, περιετράπησαν. *Guietus.*

Ἀλλ' ὅτε δὴ ῥ' ἐνιαυτὸς ἦεν] Hoc eſt, ferme annus decimo menſe Lunari exacto. *Clericus.*

Περὶ δ' ἔτραπον ὧραι] Hoc eſt, *circumactae ſunt tempeſtates*, nam hoc proprie ſignificat ὥρα, nec niſi ſero duodecimam partem diei ſignificauit. Vide *Ioſ. Scaligerum* de Emend. Temp. Lib. I. non procul ab initio, et *Ger. Ioan. Voſſium* in Etymol. ad vocem *Hora*. Adde et hoc exemplum ex *Horatii* Lib. I. Od. 12. vbi ſic deſcribitur Iupiter:

— *qui res hominum ac deorum,*
Qui mare et terras, variiſque mundum Temperat HORIS;

Hoc eſt, vt habet Vetus Scholiaſtes: *anni partibus, vere, aeſtate, autumno, hyeme.* Crediderim ὥρα primum dictum de diurno tempore, quod vna cum nocturno eſt temporis ſpatium, de quo primum cogitarunt homines, indeque translatum ad quoduis tempus; omnino enim ὥρα videtur ἀπὸ τῦ אור *our, lucere*, dictum. *Clericus.*

59. Περὶ δ' ἤματα πολλ' ἐτελέσθη.] Phoenices etiam *dies* vocabant annum. Vide quae notauimus ad Gen. IV, 3. vbi multi Intt. *dies multos* annum eſſe putant, et ad Gen. XL, 4. *Clericus.*

60. Κούρας ὁμόφρονας] Τὸ α hic ſecundum Doricam dialectum corripitur, vt ſupra μετὰ τροπὰς Ἡελίοιο. *Guietus.*

62. Τυτθὸν] Huc refer τὸ ἡ δ' ἔτεκ' ἐννέα etc. *Guietus.*

64. Παῤ

Παὰρ δ' αὐταῖς Χάριτές τε, καὶ Ἵμερος οἰκί' ἔχουσιν,
Ἐν θαλίης· ἐρατὴν δὲ διὰ στόμα ὄσσαν ἱεῖσαι, 65
Μέλπονται πάντων τε νόμους, καὶ ἤθεα κεδνὰ

Iuxta vero eas et Gratiae et Cupido domos habitant,
In conuiuiis: amabilem autem per os vocem emittentes,
Canunt omniumque leges, et mores venerandos

64. in Cler. edit. erat, αὐτῆς, χάριτες καὶ Ἵ.

64. Παὰρ δ' αὐτῆς χάριτες καὶ ἵμερος] Τὸ τε hic deeſt. *Guietus.*

66. Μέλπονται πάντων τε νόμους etc.] Duplici ſenſu exponi poſſunt hi verſus; vel, *Canunt omniumque* leges *et mores venerandos immortalium celebrant*, vel, pro νόμους ſcribendo νομὰς, *Canunt omniumque* ſedes *et* domicilia *veneranda* etc. Eodem ſenſu quo dicit Homerus Il. ζ, v. 511. — ἀνὰ ἤθεα καὶ νομὸν ἵππων. Negat certe Ariſtarchus, teſte Budaeo, vocem νόμος Homeri aetate pro *lege* vſurpatam fuiſſe. Similiter Ioſephus l. 2. contra Apion. p. 1375. ed. Hudſ. Μηδ' αὐτὸ τὄνομα (ſcil. ὁ νόμος) πάλαι ἐγινώσκετο παρὰ τοῖς Ἕλλησι· καὶ μαρτυς Ὅμηρος ἐδαμῶς τῆς ποιήσεως αὐτῷ χρησάμενος. De qua re vide Clerici notam ad Εργ. 276. Poſtremo Heſychius eandem etiam ſententiam amplectitur. Νόμος. ὁ ποιητὴς τῶν καθ' ἡμᾶς νόμων ἐκ οἴδε, θέμισάς δε, καὶ εὐνομίας λέγει ἀπὸ τῆς νεμήσεως. Sic enim verba corrigenda ſunt cum Salmaſio. Huic opinioni ſi ſuffragemur, reddere oportet δυσνομίαν, Theog. v. 230. *difficilem viuendi rationem.* Et Εργ. v. 276. etc. — Νομὸν (haud νόμον vt vulgo) διέταξε Κρονίων Ἰχθῦσι μὲν καὶ θηρσὶ, καὶ οἰωνοῖς πετεηνοῖς, Ἔσθειν ἀλλήλους. *Hanc viuendi rationem* (hoc quaſi pro pabulo) *conſtituit Saturnius, piſcibus, et feris, et volucribus, deuorare ſe inuicem.* Sed dura eſt haec interpretatio, et nequaquam neceſſaria, eum aliis in locis omnino oporteat, τὸν νόμον *legem* exponere. Θεογ. 417. Ἕρδων ἱερὰ καλὰ κατὰ νόμον ἱλάσκηται, vertendum eſt, *Faciens ſacra fauſta ſecundum* legem *placauerit.* Eodem ſenſu quo Pythagoras χρυσ. ἔπ. Ἀθανάτους μὲν πρῶτα θεοὺς, νόμῳ ὡς διάκειται. Sic etiam Εργ. 388. Οὗτος τοι πεδίων πέλεται νόμος — vertendum eſt; *Haec quidem aruorum eſt* lex — Nec in alium ſenſum, vt arbitror, torqueri poteſt. Omiſſio autem vocis νόμος apud Homerum nihil eſt ad rem, nec in argumentum trahi debet, vel quod iſta voce Heſiodus non vſus eſt, vel, ſi vſus ſit, quod Homero eſt iunior. Bene enim notauit Clericus, caſu potuiſſe contingere eam vocem non adhiberi ab

Ἀθανάτων κλείουσιν, ἐπήρατον ὄσσαν ἰεῖσαι.
Αἱ τότ' ἴσαν πρὸς Ὄλυμπον ἀγαλλόμεναι ὀπὶ καλῇ,
Ἀμβροσίῃ μολπῇ. περὶ δ' ἴαχε γαῖα μέλαινα
Ὑμνεύσαις· ἐρατὸς δὲ ποδῶν ὑπὸ δοῦπος ὀρώρει,
Νισσομένων πατέρ' εἰς ὅν, ὁ δ' οὐρανῷ ἐμβασιλεύει,
Αὐτὸς ἔχων βροντὴν ἠδ' αἰθαλόεντα κεραυνὸν,
Κάρτεϊ νικήσας πατέρα Κρόνον. εὖ δὲ ἕκαστα
Ἀθανάτοις διέταξεν ὁμῶς, καὶ ἐπέφραδε τιμάς·

Immortalium celebrant, amabilem per os vocem emittentes,
Illae tum ibant ad Olympum exsultantes voce pulchra,
Immortali cantilena: vndique vero resonabat terra atra
Canentibus hymnos: iucundus vero a pedibus strepitus excita-
Euntium ad patrem suum. ille autem in coelo regnat, [batur,
Ipse habens tonitru, atque ardens fulmen,
Vi superato patre Saturno. bene autem singula
Immortalibus disposuit simul, et ordinauit honores.

68. ὀπῇ Iunt. 1. 2. 69. εἴαχε Trinc. δι' ἄχε Iunt. 1. περιδίαχε Iunt. 2. 71. νυσσομένων Trinc. οὐρανὸν Iunt. 1. ἐμβασίλευεν Ald. 73. ἕκατον B. 109. 74. Ἀθανάτους Iunt. 1. 2. Ἀθανάτων διέταξε ὁμῶς, ἐπέφρασδε δὲ B. 109.

Homero, qui sane integram linguam Graecam suis versibus non est complexus. *Rnb.*

69. Ἀμβροσίῃ μολπῇ· περὶ δ' ἴαχε] Scribendum videtur: περὶ δὲ σφέας ἴαχε γαῖα μέλαινα ὑμνεύσαις. *Guietus.*

71. Ὁ δ' οὐρανῷ ἐμβασιλεύει.] Hic est absurda mistura, vt diximus, veteris doctrinae de Deo; Deum enim in coelo singulari ratione habitare credebant prisci mortales, nec sine causa. Itaque cum Graeci Iouem Deorum summum esse crederent, eum collocabant subinde in coelo. Quia vero Iupiter habitarat in Olympo Thessaliae monte, veluti prioris opinionis obliti non minus frequenter domum Iouis in *Olympo niuoso* ponunt, vt ex 62. versu, et multis aliis liquet. Vt Iouis hominis notionem miscent, cum notione veri Dei: ita Olympum cum coelo confundunt; vnde fit vt de Ioue nunc quasi de homine, nunc quasi de Deo loquantur; deque eius sede nunc quasi de monte Thessaliae, nunc quasi de coelo. Nisi haec teneamus, necesse est ignoremus rationem innumerarum loquutionum, quae in Poetis occurrunt. *Clericus.*

74. Ἀθανάτοις διέταξεν ὁμῶς, καὶ ἐπέφραδε τιμάς.] Scrib. ἀθανάτοις διέταξε νόμοις, καὶ ἐπέφραδε τιμάς. ἐπέφραδε, hoc est, ἐπενόησε, commentus est, inuenit. Hesych. ἐπιφράσασθαι, ὑπονοῆσαι ἢ ἐπινοῆσαι. *Guietus.*

82. Γεινό-

Ταῦτ' ἄρα Μοῦσαι ἄειδον, ὀλύμπια δώματ' ἔχουσαι,
Ἐννέα θυγατέρες μεγάλου Διὸς ἐκγεγαυῖαι,
Κλειώ τ', Εὐτέρπη τε, Θάλειά τε, Μελπομένη τε,
Τερψιχόρη τ', Ἐρατώ τε, Πολύμνιά τ', Οὐρανίη τε,
Καλλιόπη θ'· ἡ δὲ προφερεστάτη ἐστὶν ἁπασέων.
Ἣ γὰρ καὶ βασιλεῦσιν ἅμ' αἰδοίοισιν ὀπηδεῖ.
Ὁντινα τιμήσουσι Διὸς κοῦραι μεγάλοιο,
Γινόμενόν τ' ἐσίδωσι διοτρεφέων βασιλήων,
Τῷ μὲν ἐπὶ γλώσσῃ γλυκερὴν χείουσιν ἐέρσην,

Haec sane Musae canebant, coelestes domos incolentes:
Nouem filiae magno e Ioue prognatae:
Clioque, Euterpeque, Thaliaque, Melpomeneque,
Terpsichoreque, Eratoque, Polymniaque, Vraniaque,
Calliopeque: haec autem praestantissima est omnium.
Haec enim et reges venerandos comitatur.
Quemcunque honoraturae sunt Iouis filiae magni,
In lucem editumque adspexerint a Ioue nutritorum regum,
Huic quidem super linguam dulcem fundunt rorem,

78. Οὐρανία Ald. 79. τ' Iunt. 2. ἁπασάων Ald. Trinc. ἁπασῶν Iunt. 2. 80. sic Ald. Iunt. 1. 2. Trinc. Steph. atque ita edidit Rob. cum vulgo, in Cler. etiam esset, Ἣ μὲν γάρ. αἰδοίοισιν Trinc. 81. κοῦραι Iunt. 1. 2. 82. γινόμενον Iunt. 1. 2. 83. δοιδὴν Iunt. 1. 2. Trinc. Steph. Com. Heins. vid. Graev.

82. Γινόμενον τ' ἐσίδωσι] Quia quae nobis cordi sunt ea saepe respicimus, ideo *adspicere aliquem* perinde est ac illi fauere. Sic loquebantur etiam Phoenices, sic et Latini. Vide quae notauimus ad Gen. IV, 4. et quae Scholiastes hic habet. *Clericus.*

82. Γινόμενον τ' ἐσίδωσι] Scholiastes, Ἀντὶ τοῦ εὐμενῶς θεάσονται, καὶ ὃν τινα βασιλέα θεάσονται καλοῖς ὀφθαλμοῖς. Ἐντεῦθεν καὶ Καλλίμαχος· Μοῦσαι γὰρ ὅσους ἴδον ὄμμασι παῖδας, Μὴ λοξῶς, πολλοὺς οὐκ ἀπέθεντο φίλους. Eadem vsus phrasi Horatius l. 4. Od. 3. *Quem tu, Melpomene, semel Nascentem placido lumine videris. Rob.*

83. Γλυκερὴν χείουσιν ἐέρσην] Hoc est, mel, vt recte eruditi interpretantur. Symbolum est mellitae eloquentiae, vnde fictum, vt opinor, a Graecis Platonis infantis, et dormientis in Hymetto, apes os impleuisse melle. Vide *Olympiodorum*, initio eius vitae. *Clericus.*

Γλυκ. χ. ἐέρσην] Eadem vsus metaphora Nestoris eloquentiam descripsit Homerus Il. ά, 249. Τοῦ καὶ ἀπὸ γλώσσης μέλιτος

Τῷ δ' ἔπε' ἐκ στόματος ῥεῖ μείλιχα· οἱ δέ νυ λαοὶ
Πάντες ἐς αὐτὸν ὁρῶσι, διακρίνοντα θέμιστας 85

Huius vero verba ex ore fluunt suauia: ceterum populi
Omnes ipsum respiciunt, reddentem ius

84. ἔπ' Iunt. 1. 2. Trinc. Ald. 85. πάντ Ald.

λιτος γλυκίων ῥέεν αὐδή. Sic etiam Euripides Incert. v. 333. Εἰ μοι Νεστόρειον εὔγλωσσον μέλι, Ἀντήνορός τε τᾶς Φρυγὸς, δοίη θεός. Et Theocrit. Idyll. ζ, 82. Οὕνεκα οἱ γλυκὺ Μοῖσα κατὰ στόματος χέε νέκταρ. De triplici genere eloquentiæ quod descripsit Homerus in Menelao, Vlysse, et Nestore, vid. Gisb. Cuperi Apoth. Hom. p. 113. seqq. et P. Victorii Var. Lect. l. 15. c. 17. et Cl. Popii Nostratis notam ad Il. γ, 214. vbi Ausonii carmen triplicem hanc vim eleganter exprimens protulit: *Dulcem in paucis, vt Plisthenidem; Et torrentem, ceu Dulichii Ningidi dicta; Et mellitae nectare vocis Dulcia fatu verba canentem Nestora regem.* Hanc ob causam non possum non mirari, quamobrem Cicero in libro de clar. orator., *eloquentiae studium non commune Graeciae, sed proprium Athenarum, et in illam insuper ciuitatem recentibus temporibus introductum fuisse*, affirmat. Atticine fuerunt tres illi insignes oratores ab Homero celebrati? vel recentia Troiani belli tempora? vel Hesiodus ipse, qui tantis eloquentiam laudibus extollit, inter recentiores habendus? Quod si concedatur characteres hosce a poeta pro arbitrio fictos fuisse, huiusmodi tamen fictio eloquentiam tunc temporis et in vsu, et laudi datam fuisse confirmat. Quod ipse quidem Cicero in l. 3. de Orat. fatetur. *Hanc, inquam, cogitandi, pronunciandique rationem, vimque dicendi* veteres Graeci, *sapientiam nominabant.* Et postea: *Vetus quidem illa doctrina eadem videtur et recte faciendi, et bene dicendi magistra; neque dissuncti doctores, sed iidem erant viuendi praeceptores, atque dicendi; vt ille apud Homerum Phoenix, qui se a Peleo patre Achilli iuueni comitem esse datum dicit ad bellum, vt illum efficeret oratorem verborum, actoremque rerum* — Τέκνον μοι πρόφρων διδαχθέμεναι τάδε πάντα Μύθων τε ῥητῆρ' ἔμεναι, πρηκτῆρα τε ἔργων. Il. ί, 442. *Rob.*

85. Διακρίνοντα θέμιστας] *Disceptatorem litium*, ea enim de causa primum Reges electi, vt iudices controuersiarum essent. Deinde ex iudicibus facti sunt Domini. Sic *Deioces* Medorum regnum inuasit, vt narrat *Herodotus* Lib. I. Vide vss. 88, et 89. *Dionysius* Halicarn. Ant. Rom. Lib. V. p. 336. κατ' ἀρχὰς ἅπασα πόλις ἑλλὰς ἐβασιλεύετο, πλὴν οὐχ ὥσπερ τὰ

Ἰθείῃσι δίκῃσιν· ὁ δ' ἀσφαλέως ἀγορεύων,
Αἶψά τε καὶ μέγα νεῖκος ἐπισταμένως κατέπαυσε.
Τὼνεκα γὰρ βασιλῆες ἐχέφρονες, ὥνεκα λαοῖς
Βλαπ]ομένοις ἀγορῇφι μετάτροπα ἔργα τελεῦσι

Rectis iudiciis. hic autem ſecure in concione verba faciens,
Statim etiam magnam contentionem ſcite dirimere ſolet.
Propterea enim reges prudentes ſunt, vt populis
Damno affectis in foro res iterum integras reſtituant

86. δίκῃσι Steph. Comm. 87. κατέπαυσε Trinc. 88. ὥνεκα Ald. λαοῖσι Ald. Trinc.

τὰ βάρβαρα ἔθνη δεσποτικῶς ἀλλὰ κατὰ νόμους τε καὶ ἐθισμοὺς πατρίους· καὶ κράτιστος ἦν βασιλεὺς ὁ δικαιότατός τε καὶ νομιμώτατος, καὶ μηδὲν ἐκδιαιτώμενος τῶν πατρίων. δηλοῖ δὲ καὶ Ὅμηρος δικασπόλους τε καλῶν τοὺς βασιλεῖς, καὶ θεμισοπόλους. καὶ μέχρι πολλοῦ διέμεινεν ἐπὶ ῥητοῖς τισιν αἱ βασιλεῖαι διοικούμεναι καθάπερ ἡ Λακεδαιμονίων. ἀρξαμένων δέ τινων ἐν ταῖς ἐξουσίαις πλημμελεῖν, καὶ νόμοις μὲν ὀλίγα χρωμένων, ταῖς δ' αὐτῶν γνώμαις τὰ πολλὰ διοικούντων, δυσχεράναντες ὅλον τὸ πρᾶγμα οἱ πολλοὶ κατέλυσαν τὰς βασιλείας καὶ τὸ πολίτευμα: *Initio vrbes omnes Graecae Regibus parebant, niſi quod illi non barbarica licentia dominabantur, ſed ſecundum leges et mores patrios, regnum exercebant; optimuſque Rex habebatur, qui eſſet iuſtiſſimus et legum ſeruantiſſimus, nuſquam diſcedens ab inſtitutis patriis; id quod ex Homero etiam liquet, dum Reges vocat* iuris tractatores. *Diu regnatum eſt, certis conditionibus, ſicut apud Lacedaemonios, ſed poſtquam aliquot eorum coeperunt abuti poteſtate et in rebus adminiſtrandis rarius leges, quam ſuam libidinem ſequi, plerique Graeci rei taedio affecti regiam Reip. formam aboleuerunt.* Clericus.

Πάντες ἐς αὐτὸν ἐρῶσι] Venerandi et eloquentis viri auctoritatem pulcherrime etiam deſcripſit Virgilius Aen. l. 1. *Ac veluti populo in magno cum ſaepe coorta eſt Seditio; ſaeuitque animis ignobile vulgus; Iamque faces et ſaxa volant, furor arma miniſtrat: Tum pietate grauem et meritis ſi forte virum quem Conſpexere, ſilent, arrectisque auribus adſtant: Ille regit dictis animos, et pectora mulcet.* Rob.

88. Ἐχέφρονες] Subintelligе εἰσί. *Guietus.*

89. Μελαχοῖσι παραιφάμενοι ἐπέεσσι] Nempe, eos qui alienum inuaſerant, quos auctoritate ſua et perſuaſione, potius quam poenis, ad id reſtituendum adducebant. Populi conſentientis erat poenas infligere, non Regum. *Clericus.*

Ῥηϊδίως, μαλακοῖσι παραιφάμενοι ἐπέεσσιν. 90
Ἐρχόμενον δ' ἀνὰ ἄστυ, θεὸν ὣς, ἱλάσκονται
Αἰδοῖ μειλιχίῃ· μετὰ δὲ πρέπει ἀγερομένοισιν·
Οἷα τοι Μουσάων ἱερὴ δόσις ἀνθρώποισιν.
Ἐκ γὰρ Μουσάων καὶ ἑκηβόλου Ἀπόλλωνος
Ἄνδρες ἀοιδοὶ ἔασιν ἐπὶ χθόνα καὶ κιθαρισταί. 95
Ἐκ δὲ Διὸς βασιλῆες. ὁ δ' ὄλβιος ὅντινα Μοῦσαι
Φιλεῦνται· γλυκερή οἱ ἀπὸ στόματος ῥέει αὐδή.

Facile, mollibus alloquentes verbis.
Incedentem vero per vrbem, tanquam Deum, venerantur.
Reuerentia blanda; eminet vero inter ipſos congregatos.
Tale Muſarum praeſtans munus hominibus.
A Muſis etenim, et eminus feriente Apolline,
Viri cantores ſuper terram et citharoedi:
Ex Ioue vero reges. Ille vero beatus, quemcumque Muſae
Amant: ſuauis ei ab ore fluit vox.

90. περιφάμενοι B. 109. παραφάμενοι Ald. Iunt. 1. 2. Trinc. Punctum poſt ἐπέεσσιν non habet Ald. ſed ponit in fine v. 91. 91. θεὸν θ' ὣς Trinc. 93. Οἷα τε B. 109. R. S. Ald. Iunt. 1. 2. 94. γάρ τοι Iunt. 1. 2. 95. ἔασιν Ald. Iunt. 1. 2. Trinc.

93. Οἷα τοι Μουσάων] Scribe Τοίη Μουσάων. vel τοίη Μουσάων. Etiam μουσέων legendum videtur. Sic ratio verſus poſtulat. inf. νυμφέων αἱ ναίουσιν. *Guietus.*

Ἱερὴ δόσις] De ſignificatione τοῦ ἱεροῦ apud poetas vide Stephanum. Vocat Homerus interdum *ἱερὸν*, quod generi humano vtilitatem aliquam affert, atque ita vrbes *ἱεραὶ*, quia ſunt Φυλακτικαὶ etc. Interdum vero *ἱερὸν* appellat, quicquid in ſuo genere caeteris praeſtat, ſeu magnum eſt; ſicut et *ἱερὸν ἰχθὺν* quidam apud eum exponunt. Vtroque ſenſu *ἱερὴ δόσις* commode exponi poteſt. *Rob.*

95. Ἐπὶ χθόνα καὶ κιθαρισταί] Malim, χθονί. *Guietus.*

96. Ἐκ δὲ Διὸς] Hoc etiam vſurpauit Callimachus in hymno in Iouem — Φοίβου δὲ, λύρης εὖ εἰδότας οἴμους. Ἐκ δὲ Διὸς βασιλῆες — *Rob.*

97. Γλυκερὴ οἱ ἀπὸ στόματος ῥέει αὐδή] Haec imitatio eſt *Homeri*, qui de Neſtore, Pyliorum Rege, ita prior loquutus eſt, Iliad. A. v. 249.

Τοῦ καὶ ἀπὸ γλώσσης μέλιτος γλυκίων ῥέεν αὐδή.
E cuius lingua melle dulcior fluebat ſermo. Clericus.

98. Neo-

Εἰ γάρ τις καὶ πένθος ἔχων νεοκηδέϊ θυμῷ
Ἄζηται κραδίην ἀκαχήμενος, αὐτὰρ ἀοιδὸς
Μουσάων θεράπων κλεῖα προτέρων ἀνθρώπων
Ὑμνήσῃ, μακάρας τε θεοὺς οἱ Ὄλυμπον ἔχουσιν,
Αἶψ' ὅγε δυσφροσυνέων ἐπιλήθεται, οὐδέ τι κηδέων
Μέμνηται· ταχέως δὲ παρέτραπε δῶρα θεάων.
Χαίρετε τέκνα Διός, δότε δ' ἱμερόεσσαν ἀοιδήν.
Κλείετε δ' ἀθανάτων ἱερὸν γένος αἰὲν ἐόντων,

Si quis enim vel luctum habens recenti dolore saucio animo
Tristetur, animo dolens, Poeta vero
Musarum famulus res claras, priscorum hominum
Laudibus celebrauerit, beatosque Deos qui Olympum incolunt;
Statim hic sollicitudinum obliuiscitur, nec quicquam dolorum
Meminit: cito enim deflexerunt eos alio dona Dearum.
Saluete natae Iouis, date vero amabilem cantilenam.
Celebrate quoque immortalium diuinum genus, semper exsi-
[stentium,

99. ἀκαχήμενος Iunt. I. 2. 101. ὑμνήσῃ Ald. ὑμνήσει Iunt. I. 2.

98. Νεοκηδέϊ] Animaduerte vim τῷ νεοκηδέϊ. Vehementissimus est *recens* dolor et sedatu difficillimus. Sic Scholiastes. Ἐνταῦθα δείκνυσι τὴν δύναμιν τῆς μουσικῆς διὰ τὸ εἰπεῖν [νεοκηδεῖ θυμῷ] δυσκατάπαυστον τὸ νεόν πάθος. *Rob.*

99. Ἄζηται κραδίην ἀκαχήμενος] Hoc est, ξηραίνηται. *Guietus.*

— αὐτὰρ ἀοιδὸς,
Μουσάων θεράπων κλεῖα
προτέρων ἀνθρώπων
Ὑμνήσῃ, καὶ τὰ ἑξῆς] Haec quoque imitatus ex *Homero Hesiodus*. Ille ait legatos ab Agamemnone ad Achillem missos oppressisse eum cythara canentem, Il. I. v. 189.

Τῇ ὅγε θυμὸν ἔτερπεν, ἄειδε δ' ἄρα κλέα ἀνδρῶν,
qua animum delectabat, canebat autem gloriam virorum. Talia multa sunt, quae ostendunt *Hesiodum* recentiorem *Homero* fuisse, vt plerorumque fert sententia. Multis hac de re egit *Claud. Salmasius*, in Exercitationibus Plinianis p. 607. et sqq. Ed. Vltraiectinae. *Clericus.*

103. Παρέτραπε δῶρα θεάων] Sub. αὐτὸν. *Guietus.*

Παρέτραπε δῶρα] Guietus censet subintelligendum esse τὸ αὐτὸν; et interpretes vertunt *deduxerunt* eum *alio*. Commodius tamen videtur subintelligi posse τὸ αὐτὰ ad praecedens τὸ κηδέων referendum, adeo vt exponatur versus, *deflexerunt eos*, scil. dolores, *dona dearum*. *Rob.*

105. Κλείετε ἀθανάτων] Hoc

Οἱ Γῆς ἐξεγένοντο καὶ Οὐρανῦ ἀστερόεντος,
Νυκτός καὶ δνοφερῆς, ὃς θ' ἁλμυρὸς ἔτρεφε Πόντος.
Εἴπατε δ' ὡς τὰ πρῶτα θεοὶ καὶ γαῖα γένοντο,
Καὶ ποταμοὶ, καὶ Πόντος ἀπείρειτος οἴδματι θύων,
Ἄστρα τε λαμπετόωντα, καὶ οὐρανὸς εὐρὺς ὑπερθεν, 110
Οἵ τ' ἐκ τῶν ἐγένοντο θεοὶ, δωτῆρες ἐάων.
Ὡς τ' ἄφενος δάσσαντο, καὶ ὡς τιμὰς διέλοντο,
Ἠδὲ καὶ ὡς τὰ πρῶτα πολύπτυχον ἔσχον Ὄλυμπον.
Ταῦτά μοι ἔσπετε Μοῦσαι, Ὀλύμπια δώματ' ἔχουσαι,
Ἐξ ἀρχῆς, καὶ εἴπατ' ὄ, τι πρῶτον γένετ' αὐτῶν. 115

Qui Tellure prognati sunt, et Coelo stellato,
Nocteque caliginosa, quosque salsus nutriuit Pontus.
Dicite insuper, vt primum Dii et terra fuerint,
Et flumina, et Pontus immensus, aestu furens,
Astraque fulgentia et coelum latum superne:
Et qui ex his nati sunt Dii, datores bonorum.
Vtque opes diuiserint, et quomodo honores distinxerint,
Atque quomodo primum multa iuga habentem tenuerint Olym-
Haec mihi dicite Musae, coelestes domos inhabitantes, [pum
Ab initio: et dicite quodnam primum fuerit illorum.

106. οἱ Ald. 107. Νυκτὸς δὲ B. 109. Ald. Νυκτός τε καὶ sunt. 1. Ὃς δ' ἁλμυρὸς sunt. 1. 2. ὃς ἅλμυρος B. 109. ἔτρεπε sunt. 2. 108. Εἴπατε δ' ὡς Ald. 111. δοτῆρες sunt. 1. 2. 112. 113. Ter Ald. habet ὃς cum accentu. 115. εἴποθ' Ald.

Hoc est, per me, δι' ἐμέ. Poetae omnes inuocant Musas, orantque vt canant quod ipsi postea dicunt, quod se habeant quasi ὑποφήτας Musarum, hoc est, vates qui canant dictata a Musis, non a se inuenta. *Theocritus* vocat Poëtas Μουσάων ἱερὸς ὑποφήτας, *Musarum sacros vates*. Idyll. XVI, 28. *Clericus*.

Αἰεν ἐόντων] Hoc est, *semper futurorum*, non aeternorum, siue initio et fine carentium, nam postea liquebit Diis Graecorum omnibus initium fuisse. Vel sequentes duo versiculi hoc ostendunt. *Clericus*.

106. Οἱ γῆς ἐξεγένοντο καὶ τὰ ἑξῆς] Hic tres ordines Deorum memorantur: 1. Qui ex coelo et terra nati, hoc est, coelestes et terrestres Dii: 2. Qui fuere proles Noctis, hoc est, inferni Dii, seu Erebi, Pluto, Proserpina, Styx, Furiae, etc. 3. Quos aluit Pontus, seu mare, hoc est, marini Dii. Sic eadem Numina ad varias classes referuntur, prout varie spectantur. *Clericus*.

115. Ἐξ ἀρχῆς] Hoc est, ab initio mundi. Vide not. ad Genes. I, 1. *Clericus*.

116. Ἦτοι

Ἤτοι μὲν πρώτιστα Χάος γένετ', αὐτὰρ ἔπειτα

Primo omnium quidem Chaos fuit, ac deinde

116. γίνετ' B. 109.

116. Ἤτοι μὲν πρώτιστα] Hic incipere videtur Hesiodus. Superiora suppositia et additicia videntur. Sic Ἔργα incipiunt a v. 10. ἠκ ἄρα μοῦνον ἔην ἐρίδων γένος. *Guietus.*

Χάος γένετ'] Hoc est, coelum, aer, aeris vastitas, immensitas quaqua versum, spatium vniuersum. *Guietus.*

Πρώτιστα Χάως γένετ'] Phoenicia, seu Hebraïca Lingua dixeris: בראשית יהי תהו ובוהו *breschith jehi thohou vabohou*, nam Χάος est *thohou vabohou*, hoc est, immensum inane; ἀπὸ τοῦ χαίνειν, *hiare*; quia vasa vacua *hiare* dicuntur. Perinde ergo est, ac si *Hesiodus* diceret fuisse tempus quo nihil erat eorum quae videmus, quod cum Mosaïca rerum genesi consentit. *Clementinarum Homiliarum* Scriptor interpretatur quidem ἐγένετο, quasi dixisset *Hesiodus* ἐγεννήθη, *genitum est Chaos*, sed est inanis argutia. Allato hoc *Hesiodi* loco, ita loquitur Homil. VI. §. 3. τὸ δὲ ἐγένετο δῆλον ὅτι γεγενῆσθαι ὡς γενητὰ σημαίνει, ἢ τὸ ἀεὶ εἶναι ὡς ἀγένητα: factum fuit *clarum est significare elementa, vt genita, ortum habuisse, non semper fuisse vt ingenita.* Sed si hoc cogitasset Poeta, causam aliquam commentus esset, a qua genitum Chaos dixisset. Dicenti enim *factum est*, illico obiicitur, *a quo*? Nihil enim fit, sine factore. *Clericus.*

Ἤτοι — γένετ'] Verte, Primo quidem Chaos *genitum est*, vt infra 137. 930. Ita enim Veteres hunc locum intellexerunt, non vt Clericus, *fuit.* Diogenes Laertius lib. 10. sect. 2. causam tradens, ob quam se primum ad philosophiae studium Epicurus contulit, haec habet verba. Ἀπολλόδωρος δ' ὁ Ἐπικούρειος ἐν τῷ περὶ τοῦ Ἐπικούρου βίου, φησὶν ἐλθεῖν αὐτὸν ἐπὶ φιλοσοφίαν, κατεγνωκότα τῶν σοφιστῶν καὶ γραμματιστῶν, ἐπειδὴ μὴ ἐδυνήθησαν ἑρμηνεῦσαι αὐτῷ τὰ περὶ τοῦ παρ' Ἡσιόδῳ χάους. *Apollodorus autem Epicureus in primo de vita Epicuri refert, illum ad Philosophiam se contulisse, sophistas insectantem et grammaticos, quod percontanti, quidnam esset apud Hesiodum Chaos, exponere non potuissent.* Idem plenius narratum legimus apud Sextum Empiricum aduersus Mathem. l. 9. Ὁ μὲν εἰπὼν Ἤτοι μὲν πρώτιστα χάος γένετ', αὐτὰρ ἔπειτα Γαῖ' εὐρύστερνος, πάντων ἕδος — Ἐξ αὐτοῦ περιτρέπεται· ἐρομένου γάρ τινος αὐτὸν, ἐκ τίνος γέγονε τὸ χάος, οὐκ ἔχει λέγειν. Καὶ τοῦτο φασίν ἔνιοι αἴτιον γεγονέναι Ἐπικούρῳ τῆς ἐπὶ τὸ φιλοσοφεῖν ὁρμῆς· κομιδῇ γὰρ μειρακίσκος ὢν, ἤρετο τὸν ἐπαναγι-

Γαῖ' εὐρύστερνος, πάντων ἕδος ἀσφαλὲς αἰεὶ
Ἀθανάτων, οἳ ἔχουσι κάρη νιφόεντος Ὀλύμπου,
Τάρταρά τ' ἠερόεντα μυχῷ χθονὸς εὐρυοδείης·

Tellus lata, omnium ſedes tuta ſemper
Immortalium, qui tenent iuga niuoſi Olympi,
Tartaraque tenebricoſa in receſſu terrae ſpacioſae:

117. Γαῖα δ' B. 109. 118. οἱ Mid. 119. μυχῶν B. 109. εὐρυοδείης Iunt. 1.

ἀνεγινώσκοντα αὐτῷ Γραμματισὴν [ἤτοι μὲν πρώτιστα χάος γένετ'] ἐκ τίνος τὸ χάος ἐγένετο, εἴπερ πρῶτον ἐγένετο· τότε δὲ εἰπόντος, μὴ αὐτὸ ἔργον εἶναι τὰ τοιαῦτα διδάσκειν, ἀλλὰ τῶν καλουμένων φιλοσόφων, τοίνυν ἔφησεν ὁ Ἐπίκουρος ἐπ' ἐκείνους μοι βαδιστέον ἐστὶν, εἴπερ αὐτοὶ τῶν ὄντων ἀληθειαν ἴσασιν. *Qui enim dixit Exortum primum chaos eſt, deinde Terra pectore lato, cunctorum ſedes, a ſe ipſo euertitur. Nam ſi quisquam eum roget, ex quo ortum ſit chaos, non poterit dicere. Idque nonnulli dicunt fuiſſe cauſam Epicuro, cur ſe contulerit ad philoſophiam. Nam cum eſſet valde adoleſcens, rogauit Grammaticum illud ſibi praelegentem (primum quidem chaos genitum fuit) ex quonam chaos exortum eſſet, ſi quidem primum exortum erat. Dicente illo, talia docere non eſſe ſui muneris, ſed illorum eſſe, qui vocarentur Philoſophi; igitur, inquit Epicurus, ad illos mihi accedendum eſt, quando ipſi ſunt, qui rerum veritatem perſpectam habent.* Tantis illi in tenebris verſabantur, qui, excluſa ſumma omnium rerum cauſa, per alias hypotheſes mundi originem explicare ſunt conati. Eadem enim quaeſtio neceſſe eſt recurrat in perpetuum, *Ex quo hoc genitum eſt?* donec ad ſupremam aliquam et increatam cauſam deuentum ſit. *Rob.*

117. Γαῖ' εὐρύστερνος] Γαῖα *Guietus.*

Γαῖ' εὐρύστερνος] Terra etiam prima fuit, ſecundum Moſen. *Clericus.*

Πάντων ἕδος ἀσφαλὲς αἰεὶ Ἀθανάτων, ἠμὲ τὰ ἑξῆς] Nempe, Dii quos memorat primum fuere in terra, deinde benevolentia ac fama hominum in coelum ſublati. *Clericus.*

118. Ἀθανάτων, οἳ ἔχουσι κάρη] Hic verſus eſt ſuppoſititius. *Guietus.*

Οἳ ἔχουσι κάρη νιφόεντος Ὀλύμπου] Ita dictus is mons, vt Phoenicie loquar, כי עולמים בו *quia in illo ſunt aeterni*, olamim-bo, vnde factum עולמפו *olympo*, ſiue ὄλυμπος. Paſſim in eo deſcribit *Heſiodus* αἰὲν ἐόντας, ſiue αἰωνίους θεούς. *Clericus.*

119. Τάρταρά τ' ἠερόεντα] Τὸ ὑπὸ τὴν γῆν μέρος τοῦ χάους, *Guietus.*

Τάρτα-

Ἠδ' Ἔρος, ὃς κάλλιστος ἐν ἀθανάτοισι θεοῖσι, 120

Atque Amor, qui pulcherrimus inter immortales Deos,

Τάρταρά τ' ἠερόεντα] Vna cum Terra fuit *Tartarus*, quia fingitur esse

— μυχῷ χθονὸς εὐρυοδείης. *in intimo recessu latae terrae.*

Vide et infra v. 717. et seqq. Si Phoeniciis litteris scribas טרחטרח *tarabhtarabh*, deriuabitur ea vox a radice Hebraica et Arabica טרח *tarabh*, quae significat *molestiam creauit*, et *longe amouit*; ac repetitio quidem radicalium, in Hebraica lingua, est superlatiui loco; quae optime conueniunt *Tartaro*, qui simul molestissimus locus et a coelo remotissimus fingitur; in quem propterea Iupiter Titanas coniecit. Ideo ipse *Hesiodus* v. 841. τάρταρα γαίης habet ad significandum *remotissimum terrae locum*, ad quem sonitus tonitruum peruenit. *Clericus.*

120. Ἠδ' Ἔρος] Hoc est, rerum concordia, ἡ τῶ κόσμω ἁρμονία, generationis causa. τὸ πῦρ interpretantur. *Guietus.*

Ἠδ' Ἔρος] Hac voce *Amor* signatur, qualem in animalibus, procreationis causa, cernere est. Is *Amor* προσωποποιηθεὶς describit vim omnium genitricem, cui *Hesiodus* tribuit ortum omnium rerum. Qua in re, tenue est et paene euanidum vestigium *naturae melioris*, hoc est, Dei, qui omnia creauit. Hanc eamdem nomine *Veneris* describit *Lucretius* Lib. I.

Quae mare nauigerum, quae terras frugiferentes
Concelebras, per quam quoniam genus omne animantum
Concipitur, visitque exortum lumina solis.

Hunc *Hesiodi* locum imitatus est *Aristophanes*, in Auibus p. 573. ed. Genev. in fol. vbi licet absurde aues loquentes inducat, attamen antiquissimae famae, de creatione mundi, reliquias ita colligit:

Χάος ἦν καὶ Νὺξ, Ἔρεβός τε μέλαν πρῶτον, καὶ Τάρταρος εὐρύς.
Γῆ δ' οὐδ' ἀὴρ, οὐδ' οὐρανὸς ἦν.
Ἐρέβους δ' ἐν ἀπείροσι κόλποις
Τίκτει πρώτιστον ὑπηνέμιον
Νὺξ ἡ μελανόπτερος ᾠόν,
Ἐξ οὗ περιτελλομένοις ὥραις
ἔβλαστεν Ἔρως ὁ ποθεινὸς, καὶ τὰ ἑξῆς.

Chaos erat et Nox, Erebusque niger primum et Tartarus latus. Terra vero neque aer, neque coelum erat. Erebi vero in infinito sinu parit primo Nox, nigris alis praedita, ventosum ouum; ex quo, circumactis tempestatibus pullulauit Amor desiderabilis etc. Sed quemadmodum absurde *Hesiodus* δημιουργικὴν δύναμιν posteriorem Chao facit: non melius *Aristophanes* fingit eam ex ouo natam; quia Amor volucris dicebatur.

Λυσιμελὴς, πάντων τε θεῶν, πάντων τ' ἀνθρώπων
Δάμναται ἐν στήθεσσι νόον, καὶ ἐπίφρονα βυλήν.
Ἐκ Χάεος δ' Ἔρεβός τε, μέλαινά τε Νὺξ ἐγένοντο.
Νυκτὸς δ' αὖτ' Αἰθήρ τε καὶ Ἡμέρη ἐξεγένοντο.
Οὓς τέκε κυσσαμένη, Ἐρέβει φιλότητι μιγεῖσα. 125
Γαῖα δέ τοι πρῶτον μὲν ἐγείνατο ἶσον ἑαυτῇ

Soluens curas, et omnium Deorum, omniumque hominum
Domat in pectoribus animum, et prudens consilium.
Ex Chao vero Erebusque, nigraque Nox editi sunt.
Ex nocte porro Aetherque et Dies prognati sunt:
Quos peperit vbi concepisset, Erebo concubitu mista.
Tellus vero primum quidem genuit aequalem sibi

123. ἐξεγένοντο Ald. Trinc. 125. κύσσαμένη Ald. κεισσαμένη Trinc.

batur. Aeternam esse oportuit eam vim, aut nunquam neque ipsa, neque quidquam aliud fuisset, nam *e nihilo nihil*. Clericus.

121. Λυσιμελὴς] Hoc est, τὰ μελήματα λύων, τὰς φροντίδας. a μέλω, μελὴ cura, vt a βέλω βυλὴ, βόλω βολὴ, σόλω σολὴ etc. a μελὴ λυσιμελὴς. *Guietus.*

123. Ἐκ χάεος δ' Ἔρεβός τε μέλαινά τε Νὺξ ἐγένοντο] Ἔρεβος tenebrae. Nox praecessit diem. *Guietus.*

Ἐκ χάεος δ' Ἔρεβός τε μέλαινά τε Νὺξ ἐγένοντο] Antequam quidquam esset, erat ערב *hereb*, aut ערבא *erbo*, hoc est, *tenebrae*, siue *nox*, quod docet etiam Moses. Ac sane nox est tantum absentia lucis, luceque nondum condita, tenebras esse oportuit. Hae personae masculini et foeminini sexus finguntur, pro genere vocum Graecarum, quibus vocabantur; pluresque sunt aut pauciores, pro earum vocum numero et copia. Non repetemus quae antea diximus de connubiis et consanguinitate Personarum harumce poeticarum, sed hic est in memoriam reuocandum. *Clericus.*

124. Νυκτὸς δ' αὖτ' Αἰθὴρ] Lux et dies successerunt Nocti. ἐν γὰρ τῇ νυκτὶ ὁρῶμεν τὸν ἀέρα. *Guietus.*

Νυκτὸς δ' αὖτ' Αἰθήρ τε καὶ Ἡμέρη ἐξεγένοντο] Voce Αἰθὴρ crediderim hic non summam partem aeris, sed αἰθρίαν intelligi, hoc est, *serenitatem*; quae vna cum Die ex tenebris nata dicitur, quòd fuerint post tenebras. Aptius iungitur *serenitas* cum *Die*, quam *aether*, qui nocte obscuratur; estque aeque cum ea coniunctus, ac cum die. *Clericus.*

126. Γαῖα δέ τοι πρῶτον μὲν

Οὐρανὸν ἀστερόεντ', ἵνα μιν περὶ πάντα καλύπτοι,
Ὄφρ' εἴη μακάρεσσι θεοῖς ἕδος ἀσφαλὲς αἰεί.
Γείνατο δ' ὄρεα μακρὰ, θεῶν χαρίεντας ἀναύλους
Νυμφέων, αἳ ναίουσιν ἀν' ὄρεα βησσήεντα.
Ἠ δὲ καὶ ἀτρύγετον Πέλαγος τέκεν οἰδματι θύον,

Coelum ſtellis ornatum, vt ipſam totam obtegat,
Vtque eſſet beatis Diis ſedes tuta ſemper.
Genuit praeterea montes altos, Dearum grata domicilia
Nympharum, quae habitant per montes ſaltuoſos.
Atque etiam infrugiferum pelagus peperit aeſtu furens,

130. νυμφάων Ald. Iunt. 1. αἳ Ald. ἤτ' Ald. 131. Ἠδὲ Ald. Iunt. 2. Trinc.

μὲν ἐγείνατο ἶσον ἑαυτῇ Οὐρανὸν ἀστερόεντ' ἵνα μιν περὶ πάντα καλύπτοι] Sic et Moſes poſt Terram Coelum formatum docet. *Clericus.*

127. Ἵνα μιν περὶ πάντα καλύπτοι] Hoc eſt, circa omnia, circa omnes partes ſuas. *Guietus.*

128. Ὄφρ' εἴη μακάρεσσι θεοῖς ἕδος] Subintellige ὁ οὐρανός. *Guietus.*

Ὄφρ' εἴη μακάρεσσι θεοῖς ἕδος ἀσφαλὲς αἰεί] Poſtquam, nimirum, terram per vitam inhabitaſſent, in aethereas ſedes, poſt mortem demum, transferendi erant. *Clericus.*

129. Θεῶν χαρίεντας ἀναύλους] Hoc eſt, ἐνδιαιτήματα. Heſych. διατριβὰς, οἰκητήρια, ἐνδιαιτήρια, ἐναυλιστήρια. *Guietus.*

130. Νυμφέων] Τῶν Ὀρειάδων λεγομένων. *Guietus.*

131. Ἀτρύγετον πέλαγος] Hoc eſt, τὴν θάλασσαν. mare notum ſcilicet, hoc eſt, mare mediterraneum, paruum etc. maria praeter Oceanum. *Guietus.*

129. Γείνατο δ' οὔρεα μακρὰ — 131. ἠδὲ καὶ ἀτρύγετον πέλαγος.] Terra primum erat aequabili ſuperficie, et aqua, quae leuior eſt, vndique tecta; vt ergo terra exſiſteret nonnullis in locis, hic a Deo excauatae valles, illic ſubuecti montes, et circumpoſitum ſolum firmatum. Docet hoc Moſes, nec contradicit *Heſiodus*; nam tum demum fuit *mare* a terra diſcretum, cum loca profundiora fuerunt, in quae aqua defluereret, cumque alia eminere coeperunt. Nec aliter intelligere poſſumus qui

— * *ipſe tener mundi concreuerit orbis,*
Tum durare ſolum et diſcludere Nerea ponto
Coeperit, et rerum paullatim ſumere formas.

Graeci et rem et nomina ὀρέων καὶ πελάγους, a Phoenicibus acceperant,

* Virgil. Eclog. VI, 34.

Πόντου, ἄτερ Φιλότητος ἐφιμέρου· αὐτὰρ ἔπειτα
Οὐρανῷ εὐνηθεῖσα, τέκ' Ὠκεανὸν βαθυδίνην,

Pontum, abſque amore ſuaui. ceterum deinde [bentem,
Coelo concumbens, peperit Oceanum profundos vortices ha-

ceperant; quibus בר *bar*, aut *hor*, eſt *mons*, פלג *pheleg* vero *alueus* in quem aqua deriuatur. Ἀτρύγετον, quod additur, malim interpretari ex ſignificatione radicis τρυγέω, quae apud *Heſychium* occurrit, et ſignificare dicitur ξηραίνω *exſicco*, quam *ſterilem*. Aptius certe epitheton eſt maris. Τρυγέω autem videtur eſſe proprie ξηραίνω πρὸς τὴν τρύγα *ſiccare ad faecem vſque*, vnde poſtea quidvis *exhaurire* ſignificarit. Eadem de cauſa, crediderim *Homerum* vocaſſe αἰθέρα ἀτρύγετον Iliad. O, 425. quia numquam pluuias demittere prorſus deſinit. Attamen * *Euſtathius* ignem etiam ἀτρύγετον dictum contendit, quod vix puto, exemplum enim nullum affert. Igitur recte dicetur mare ἀτρύγετον, hoc eſt, cuius τρύγα ſeu intimam aquam nemo vidit, nemo videbit, ſiue *inexhauſtum*. Clericus.

132. Πόντου] Hoc eſt, βαθὺν ὄντα, βάθος ἔχοντα, τὸ βάθος, appoſitiue. *Guietus.*

Πόντου ἄτερ Φιλότητος] Intelligit mare internum, cuius nomen Phoenicio more ſcribere poſſis פו־נחאה *pho-nitha*, quod ſolenni mutatione ב in פ, eſt *in eo terminatus*, nempe, amplisſimus Aſiae tractus, praeſertim minoris, quae ad occaſum Helleſponto, ad ſeptem triones Ponto Euxino finitur. *Clericus.*

133. Ὠκεανὸν βαθυδίνην] Oceanum, h. e. mare ignotum. *Guietus.*

Οὐρανῷ εὐνηθεῖσα τέκ' Ὠκεανὸν βαθυδίνην] Non repetemus Terram et Coelum quaſi perſonas a Poeta induci, figura conſueta omnibus Linguis; at notandum Terram propiorem Coelo factam peperiſſe Oceanum, quando ex terris ſublatis defluxere aquae in profundiſſimas valles quas nunc tegunt. De Oceano multis egit *Sam. Bochartus* in ſuo Chanaane Lib. I. c. 36. oſtenditque olim vulgo notum Oceano terras ambiri, et coniicit dictum fuiſſe a Phoenicibus חוג *hhog*, hoc eſt, *circulum*, quia inſtar circuli terram cingit. Malim dictum אוגנא *ogano*, quod et *circulum* ſonat apud Chaldaeos, vt liquet ex Paraphraſi Chaldaica Cant. VII, 2. et praeterea *craterem*, et *lacum*, quae omnia optime conueniunt Oceano. Antiquiſſimis Graecis dicebatur etiam Ὠγήν, quod ſimilius Hebraico אגן *aggan*, aut Chaldaico אגנן quae *craterem* et *lacum* ſonant. Vide laudatum *Bochartum*. Clericus.

* Il. o. p. 1003. Ed. Rom.

134. Κοῖόν

Κοῖόν τε, Κρεῖον θ', Ὑπερίονά τ', Ἰαπετόν τε,
Θείάν τε, Ῥείαν τε, Θέμιν τε, Μνημοσύνην τε,
Φοίβην τε χρυσοστέφανον, Τηθύν τ' ἐρατεινήν.
Τὸς δὲ μετ' ὀπλότατος γένετο Κρόνος ἀγκυλομήτης.
Δεινότατος παίδων· θαλερὸν δ' ἤχθηρε τοκῆα.
Γείνατο δ' αὖ Κύκλωπας ὑπερβίον ἦτορ ἔχοντας,
Βρόντην τε, Στερόπην τε, καὶ Ἄργην ὀβριμόθυμον.
Οἵ Ζηνὶ βροντὴν τ' ἔδοσαν, τεῦξάν τε κεραυνόν.
Οἵ δή τοι τὰ μὲν ἄλλα θεοῖς ἐναλίγκιοι ἦσαν,

Coeumque, Croeumque, Hyperionemque, Iapetumque,
Theamque, Rheamque, Theminque, Mnemoſynenque,
Phoebenque aurea corona inſignem, Tethynque amabilem.
Hos vero poſt natu minimus natus eſt Saturnus vafer,
Saeuiſſimus inter liberos: floridum autem odio proſequebatur
Porro genuit et Cyclopes ſuperbum cor habentes, [parentem.
Brontenque, Steropenque, et Argen forti animo praeditum:
Qui Ioui et tonitru dederunt, et fabricarunt fulmen.
Qui ſane per alia Diis ſimiles erant,

134. κρειόν τε Iunt. I. 2. 137. δὲ omiſſum eſt in ed. Rob. ſed repugnant metri leges; igitur reuocauimus. ὀπλότατος Iunt. I. 138. ἤχθηρε Ald. vt erat etiam in Cler. ed. τοκῆα Iunt. I. 2. 140. τ' ἀστερόπην Trinc. ὀμβριμόθυμον B. 109. Iunt. I. 2.

134. Κοῖόν τε καὶ τὰ ἑξῆς] Haec partim ſunt nomina virorum et mulierum, partim perſonarum poeticarum, quales ſunt Θέμις et Μνημοσύνη, *Iuſtitia* et *Memoria*. Homines vocant Poetae *coeli et terrae liberos*, quos antiquiſſimos omnium eſſe putabant; ob tenuem memoriam antiquiſſimae Traditionis, ex qua acceperant Coeleſte Numen ex terra primos homines formaſſe. *Clericus*.

137. Κρόνος ἀγκυλομήτης] Magnificum nomen. קרנא Phoenicibus dicitur *radius*, quae appellatio digna fuit *filio Coeli*; nec male *radium*, ex Phoeniciae linguae Analogia, dixeris *filium coeli*. Clericus.

139. Γείνατο] Ἡ Γῆ ſcilicet ἐξ ἑαυτῆς. *Guietus*.

Κύκλωπας] Hoc eſt, vt egregie *Sam. Bocharrus* in Chan. Lib. I. c. 30. אנשי חיק־לוב *viros Chek-loub*, viros ſinus Libybaetani, qui fuere antiquiſſimi Siciliae coloni, de quibus multis vir ſummus, quem adito. *Clericus*.

141. Οἵ Ζηνὶ βροντὴν τ' ἔδοσαν.] De hac re poſtea. *Clericus*.

ὀφθαλμὸς δ' εἷς Bentl. Emend. p. 91 [

Μοῦνος δ' ὀφθαλμὸς μέσσῳ ἐπέκειτο μετώπῳ
Κύκλωπες δ' ὄνομ' ἦσαν ἐπώνυμον, οὕνεκ' ἄρα σφέων
Κυκλοτερὴς ὀφθαλμὸς εἷς ἐνέκειτο μετώπῳ· 145
Ἰσχύς τ' ἠδὲ βίη καὶ μηχαναὶ ἦσαν ἔπ' ἔργοις.

Vnus vero oculus media positus erat fronte.
Cyclopes vero illis nomen e re erat, eo quod ipsorum
Rotundus oculus vnicus inerat fronti:
Roburque et vires, et variae artes erant in operibus.

143. μέσῳ Iunt. 1. 2. Trinc. μέσσῳ Ald. κείκειτο Trinc. ἐνέκειτο Iunt. 1. 2. Raullo ante Ald. τεύξαν pro τεῦξαν. 144. Κύκλοπες δ' ὄνομα ἦσαν Trinc. ὄνεκ' Ald. 145. ἧς Trinc. Steph. ἓιν Ald.

144. Κύκλωπες δ' ὄνομ' ἦσαν ἐπώνυμον] Hoc est, κατὰ τὸ ὄνομα ἐπώνυμον, hoc est, e re datum. an ἐπώνυμοι? id est, e re nomen habentes. *Guietus.*

Κύκλωπες δ' ὄνομ' ἦσαν] Inepte ex Graeca Lingua nomen illa vetustius deduxerunt Poetae, vt solent; atque ex nomine ab illa Lingua deducto fabulas finxerunt, de viris qui *oculum vnum rotundum* in media fronte gerebant. Ceterum hi dicuntur θεοῖς ἐναλίγκιοι, *Diis* similes, hoc est σεβασμίοις ἀνδράσιν οἱ πρῶτοι τὴν Ἑλλάδα ἐκτίσαντο, *venerandis viris, qui primi Graeciam colonis instruxerunt*; Θεὸς enim, apud antiquissimos Graecos, significabat proprie non naturam aeternam, sed eximiam ac venerandam, vt אלהים *elohim*, apud Hebraeos; et hominibus supra vulgus euectis tribuebatur. Multis hoc ostendimus in *Arte Critica* P. 2. Sect. I. c. 3. Eius significationis primigeniae vestigia remansere semper in Lingua Graeca, vt demonstranimus. Sed tamen frequentius postea significauit naturas humana praestantiores, adeoque immortales. Ex hoc vsu vocis θεὸς, *Hesiodum* perperam interpretatus, *Crates* emendari volebat Poetam, et versui

Οἵ δή τοι τὰ μὲν ἄλλα θεοῖς
ἐναλίγκιοι ἦσαν

hunc substituebat:

Οἵ δ' ἐξ ἀθανάτων θνητοὶ
τράφεν αὐδήεντες

Qui ex immortalibus vixerunt homines celebres; quod ab Apolline interemti dicerentur. At Θεὸς, antiquissimis temporibus, immortalem naturam non significabat, sed eximiam in suo genere, quo factum vt omnia eximia dicerentur *diuina*. Forte θεὸς proprie *admirabilem* significauit, vnde θηέομαι *admiror*, θηητὸς *admirabilis*. Apud Chaldaeos, תהה *thehab* sonat *admirari*. Clericus.

146. Ἰσχύς τ' ἠδὲ βίη] Hinc desum-

Ἄλλοι δ' αὖ Γαίης τε καὶ Οὐρανοῦ ἐξεγένοντο,
Τρεῖς παῖδες μεγάλοι καὶ ὄβριμοι, ἠδ' ὀνομαστοί,

Alii rurſus e Tellure et Coelo prognati ſunt,
Tres filii magni, et praeualidi, nefandi,

148. ὄβριμοι B. 109. Iunt. 1. 2.

deſumptum eſt τὸ κράτος καὶ βία Aeſchyli, ſeu potius ex interioribus: καὶ κράτος ἠδὲ βίην. Ibid. ἐπ' ἔργοις ſubintellige αὐτῶν. *Guietus.*

Μηχαναὶ] Hoc eſt, machinationes, quales multae in fabrorum officinis. Significat *Heſiodus* Cyclopas non modo viribus, ſed et arte pollentes fuiſſe. *Clericus.*

148. Οὐκ ὀνομαστοί] *Non nominandi*, ſiue, *Qui nominari non debent.* Vox vſurpatur de impiis hominibus, qui latine dici ſolent *nefandi* vel *nefarii.* In ſequentibus tamen meliori ſub charactere hi ipſi gigantes exhibentur, grati animi officia erga Iouem praeſtantes, ei contra Titanas auxiliatores ſtrenui, eorundemque in vincula coniectorum fidi cuſtodes. Sic enim Cottus Iouem alloquitur Θεογ. 657. ſeqq. Σῆς δ' ἐπιφραδμοσύνησιν ἀπὸ ζόφου ἠερόεντος Ἀψορρὸν δ' ἐξαῦτις ἀμειλίκτων ἀπὸ δεσμῶν Ἤλυθαμεν. — τῷ καὶ νῦν ἀτενεῖ τε νόῳ, καὶ ἐπιφρονι βουλῇ Ῥυσόμεθα κράτος ὑμὸν ἐν αἰνῇ δηιοτῆτι. Et poſtea 733. ſeqq. Ἔνθα Γύγης, Κόττος τε, καὶ ὁ Βριάρεως μεγάθυμος Ναίκσιν, φύλακες πιστοὶ Διὸς αἰγιόχοιο. Dicitur etiam ab Homero Briareus contra Deos coniuratos auxilio Ioui fuiſſe. Iliad. α. Ὅππότε μιν ξυνδῆσαι Ὀλύμπιοι ἤθελον ἄλλοι, Ἥρη τ' ἠδὲ Ποσειδάων, καὶ Παλλὰς Ἀθήνη· Ἀλλὰ σὺ τὰν γ' ἐλθοῦσα, θεὰ, ὑπελύσαο δεσμῶν, Ὦχ' ἑκατόγχειρον καλέσασ' ἐς μητρὸν Ὄλυμπον, Ὃν Βριάρεων καλέσι θεοὶ, ἄνδρες δέ τε πάντες Αἰγαίωνα. — Alii tamen poetae eundem Briareum inter Gigantes numerant, qui Ioui bellum intulerunt. Sic Virgil. Aen. l. 10. *Aegeon qualis centum cui brachia dicunt Centenaſque manus, quinquaginta oribus ignem Pectoribuſque arſiſſe, Iouis cum fulmina contra Tot paribus ſtreperet clypeis, tot ſtringeret enſes.* Et Horatius l. 3. Od. 4. *Magnum illa terrorem intulerat Ioui Fidens iuuentus horrida* Brachiis. Et poſtea de Gyge Briarei fratre, *Teſtis mearum centimanus Gyges Sententiarum.* Callimachus Briareum Aetnae ſubiectum fuiſſe tradit, Virgilius Enceladum, alii Typhoeum. Adeo incerti ſunt poetae in fabulis narrandis. *Rob.*

Κόττός τε, Βριάρεώς τε, Γύγης θ', ὑπερήφανα τέκνα.
Τῶν ἑκατὸν μὲν χεῖρες ἀπ' ὤμων ἀΐσσοντο.
Ἄπλασοι κεφαλαὶ δὲ ἑκάστῳ πεντήκοντα
Ἐξ ὤμων ἐπέφυκον ἐπὶ σιβαροῖσι μέλεσσιν.
Ἰσχὺς δ' ἄπλατος, κρατερὴ, μεγάλῳ ἐπὶ εἴδει.
Ὅσσοι γὰρ Γαίης τε καὶ Οὐρανῦ ἐξεγένοντο,
Δεινότατοι παίδων, σφετέρῳ δ' ἤχθοντο τοκῆι

Cottusque, Briareusque, Gygesque, ſuperba proles.
Quorum centum quidem manus ab humeris prorumpebant
Inacceſſae: capita vero vnicuique quinquaginta
Ex humeris prognata erant ſuper robuſtos artus.
Robur autem immenſum, validum, ingenti in ſtatura.
Quotquot enim Tellure et Coelo procreati ſunt,
Potentiſſimi (ſunt) filiorum, a ſuo vero infeſtabantur parente

149. Κόττος. Ald. vt etiam edidit Rob. cum in Cler. ed. eſſet Κοττός. Γύης Iunt. 1. 2. 150. ἐπ' Iunt. 1. ἐίσσαντο Ald. 151. ἄπλατοι Trinc. 153. δ' delet Trinc. τ' Iunt. 1. 2. ἄπλητος Iunt. 1. 2. ἄπλητοι B. 109.

149. Κόττός τε καὶ τὰ ἑξῆς] Videntur fuiſſe tres latrones antiquiſſimi, et valido corpore terribiles, et numero praedonum quibus imperabant. Vnde factum vt quinquagena capita, et centena brachia ſingulis tributa ſint. Terribilia ſunt horum nomina, ſi Phoeniciis litteris ſcribantur. קוט *Kot*, et addita terminatione Graeca Κόττος, *faſtidioſum* et *rixatorem* ſonat. בריאה־יראי *briah iiri* eſt *creatura timero*. גוג *gog* denique ſignificat *ducem improborum*, ſi interpretemur ex Arabica radice אגג *agag*. Ideo ab *Heſiodo* dicuntur ἐκ ὀνομαστοί, hoc eſt, δυσώνυμοι, *male ominati nominis*. Clericus.

151. Ἄπλαστοι] Malim interpretari ad quos impune accedere non liceret, quam *magnos*; ita vt vox deducatur ex α priuatiuo et πελάζειν *adpropinquare*. Clericus.

152. Ἐξ ὤμων] Hic verſus ſuppoſititius videtur. *Guietus.*

155. Σφετέρῳ δ' ἤχθοντο τοκῆι] δ' delendum. *Guietus.*

Σφετέρῳ δ' ἤχθοντο τοκῆι] Cum pater horum dicatur Coelum, quod propter vetuſtatem ignoraretur; loco Coeli, ſubſtituendus alius quiſpiam priſcorum mortalium, qui primi ex Aſia in Graeciam colonias duxere. Nec vnum patrem tot liberorum fuiſſe crediderim, ſed plures, qui latent ſub vno vocabulo Coeli. Hi homi-

Ἐξ ἀρχῆς. καὶ τῶν μὲν ὅπως τις πρῶτα γένοιτο,
Πάντας ἀποκρύπτασκε, καὶ ἐς φάος οὐκ ἀνίησκε,
Γαίης ἐν κευθμῶνι· κακῷ δ' ἐπετέρπετο ἔργῳ

Ab initio. et horum quidem vt quisque primum nascebatur,
Omnes occultabat, et in lucem non emittebat,
Terrae in latebris: malo autem oblectabatur opere

157. ἀνίησκε Ald. Iunt. 1. 2. Trinc. Steph. Com. Heins. et sic Rob. quoque edidit, vulgo ἀνίεσκε.

homines cum fertilissimas Graeciae oras occupassent, liberos suos, statim ac sibi prospicere poterant, remotiores tractus cultum ire iubebant, ipsi in pinguioribus sedem figebant. Interea imperium sibi patrium in liberos vindicabant, nec eo clementer admodum vtebantur. Ideo *Hesiodus patre inimico vsos esse* dicit. *Clericus.*

156. Τῶν μὲν ὅπως τις πρῶτα γένοιτο, Πάντας ἀποκρύπτασκε.] Hoc est, a se amandabat procul a suis sedibus, statim ac primam iuuentutem attigerat. Quod nec ab vno, nec semel factum crediderim, sed forte per aliquot aetates, quae omnia in vnam personam Coeli a Poetis contracta sunt; quia circumstantias harum historiarum nemo scriptis mandauerat, deleueratque, magna ex parte, ex hominum memoria, vetustas. *Clericus.*

158. Γαίης ἐν κευθμῶνι] Procul, in locis abditioribus, considere iubebant iuuenes. Sic infra *Hesiodus* collocat Hesperidum Nympharum hortos, in extrema Africa sitos, ἐν ἐρεμνῆς κεύθεσι γαίης, *in obscurae latibulis terrae*, v. 334. Posset tamen et de antro intelligi, qui loco carceris fuisset, vt infra v. 483. At quando haec facta, et vbi? Vt a posteriori incipiam, ex sequentibus apparet, primos Graeciae incolas in Macedonia et Thessalia sedes fixisse, quandoquidem illic erat Saturnus, cum a Ioue victus est, et Iupiter in Thessalia regnauit, vt postea videbimus. Certe ex Asia venientes; siue traiecerint Bosporum, siue pedestri itinere, circa Pontum Euxinum et Maeotidem paludem progressi sint, deinde ad meridiem iter flexerint; post Thraciam, quae asperior est; exceperunt fertilissimi Macedoniae et Thessaliae tractus. Ad tempus vero quod attinet, haec aliquot aetatibus, post generis humani diuisionem, forte paullo ante Abrahami tempora, contigisse videntur. Cum viueret Moses, dudum cultos fuisse hos Graeciae tractus liquet ex Gen. X. 4. ad quem locum vide a nobis notata. Indidem colligere licet primos omnium colonis fuisse instructos, quia eorum solorum Graeciae tractuum meminit Moses. *Clericus.*

Οὐρανὸς, ἡ δ' ἐντὸς ϛοναχίζετο Γαῖα πελώρη,
Στεινομένη· δολίην δὲ κακὴν ἐπεφράσσατο τέχνην.
Αἶψα δὲ ποιήσασα γένος πολιῆ ἀδάμαντος,
Τεῦξε μέγα δρέπανον, καὶ ἐπέφραδε παισὶ φίλοισιν.
Εἶπε δὲ θαρσύνασα, φίλον τετιημένη ἦτορ·
Παῖδες ἐμοὶ καὶ πατρὸς ἀτασθάλου, αἴ κ' ἐθέλητε
Πείθεσθαι, πατέρος γε κακὴν τισαίμεθα λώβην
Ὑμετέρου. πρότερος γὰρ ἀεικέα μήσατο ἔργα.
Ὣς φάτο. τοὺς δ' ἄρα πάντας ἕλεν δέος, οὐδέ τις αὐτῶν

Coelus, ipſa vero intus ingemiſcebat Terra vaſta,
Contriſtata: doloſam vero malamque excogitauit artem.
Statim vero cum procreaſſet genus cani ferri,
Fabricauit magnam falcem, edixit vero caris liberis.
Dixit autem animum addens, ſuo moerens corde:
Filii mei et patris nefarii, ſi volueritis
Parere, patris malam vlciſcemur contumeliam
Veſtri. prior enim indigna machinatus eſt opera. [illorum
Sic dixit: illos vero omnes inuaſit metus, neque quiſpiam

159. ϛ Ald. ϛοναχίζετο Iunt. 1. 2. 160. ἐπεφράσσατο Trinc. ἀπεφράσατο B. 109. 162. μὲν ἐπέφραδε Trinc. 163. θρασύνασα Trinc. Mox τετιημένη legitur in Iunt. 1. 2. Trinc. Steph. Com. Heinſ. recepitque Robinſ. vulgo τετιμένη. 165. Πείθεσθε B. 109. R. Θ. πατρός γε Ald. πατρὸς δὲ Iunt. 1. 2. 166. γὰρ abeſt a Iunt. 1. 167. ἕλε Iunt. 1. 2.

159. Στοναχίζετο γαῖα πελώρη] Hoc eſt, procul acti iuuenes, qui hic dicuntur *terra*, more Phoenicio, ex quo *terra* pro terrae incolis frequentiſſime in ſacris Hebraeorum libris occurrit. Vide Gen. XI, 1, 9. *Clericus.*

161. Γένος πολιῆ ἀδάμαντος] Hoc eſt, ὕλη, χρῆμα. ἀδάμαντος ferri. *Guietus.*

Ποιήσασα γένος πολιῆ ἀδάμαντος] Hoc eſt, hi homines arma ſibi fabricarunt, ſorte in Thracia, aut in Epiro, in quibus magna olim fuerunt metalla. Ἀδάμας enim eſt *ferrum*, Sic in ſcuto Herculis v. 136.

— κυνέην εὐτυκτον ἐθηκεν
Δαιδαλέην ἀδάμαντος.

galeam bene fabrefactam et elegantem ex ferro poſuit. Vbi vide Scholiaſten. Sic et *Horatius* Lib. I. Od. VI.

Quis Martem tunica tectum adamantina
Digne ſcripſerit?

Hoc eſt, ferrea. Sic et intelligendi *adamantini claui* Lib. III. Od. XXIV. Delirant, qui lapillum pretioſum hic ſomniant. *Clericus.*

177. Ἐπε-

Φθέγξατο. θαρσήσας δὲ μέγας Κρόνος ἀγκυλομήτης
Αὖ αὖτις μύθοισι προσηύδα μητέρα κεδνήν·
Μῆτερ, ἐγώ κεν τῦτό γ' ὑποσχόμενος τελέσαιμι
Ἔργον. ἐπεὶ πατρὸς γε δυσωνύμου ὄκ ἀλεγίζω
Ἡμετέρου· πρότερος γὰρ ἀεικέα μήσατο ἔργα.
Ὣς φάτο· γήθησεν δὲ μέγα Φρεσὶ Γαῖα πελώρη·
Εἶσε δέ μιν κρύψασα λόχῳ· ἐνέθηκε δὲ χειρὶ
Ἅρπην καρχαρόδοντα· δόλον δ' ὑπεθήκατο πάντα.
Ἦλθε δὲ Νύκτ' ἐπάγων μέγας Οὐρανός· ἀμφὶ δὲ Γαίῃ
Ἱμείρων Φιλότητος ἐπέσχετο, καί ῥ' ἐτανύσθη
Πάντη. ὁ δ' ἐκ λοχεοῖο πάϊς ὤρεξατο χειρὶ
Σκαιῇ, δεξιτερῇ δὲ πελώριον ἔλλαβεν ἅρπην,
Μακρὴν, καρχαρόδοντα, φίλου δ' ἀπὸ μήδεα πατρὸς

Locutus est. confirmato animo tandem magnus Saturnus ver-
Rursus verbis compellauit matrem venerandam: [sutus
Mater, ego certe hoc in me recipiens peragam
Facinus. patrem enim detestabilem nihil curo
Nostrum. prior enim foeda machinatus est opera.
Sic dixit: gauisa est autem valde animo Tellus ingens.
Collocauit autem ipsum celans in insidiis: indidit vero manui
Falcem asperis dentibus: dolum autem adhibuit omnem. [luri
Venit autem Noctem inducens magnus Coelus: vndique vero Tel-
Flagrans desiderio concubitus incumbebat, et sane extensus est
Passim. ex insidiis autem filius petiit manu
Sinistra, dextra vero immanem cepit falcem,
Longam, asperos dentes habentem, suique genitalia patris

170. in ed. Rob. est τελέσαμι operarum vitio. 171. πατέρος τε Iunt. 1. 2. ἀλογίζω Iunt. 1. 2. 173. Ὣς cum accentu habet Ald. γήθησε Ald. Iunt. 1. 2. Trincav. Φρεσὶ Iunt. 2. 175. Ἅρπην Ald. 178. λοχοῖο B. 109. R. S. λαχείοιο Iunt. 1. 2. λοχεῖο Trinc. ὀρέξατο Iunt. 1. 2. 179. κακὴν Iunt. 1. 2. δεξιτέρῃ Ald. ἔλαβεν Ald. Iunt. 1. 2. Trinc.

177. Ἐπέσχετο] Applicuit se Terrae vxori. *Guietus.*

178. Ὠρέξατο χειρὶ] Subintellige, apprehendit manu sinistra genitalia patris. Sic habitum metentis expressit, qui sinistra manu spicas et dextra falcem tenet, Catullus. *Guietus.*

179. Δεξιτερῇ δὲ πελώριον] An τε? *Guietus.*

180. Φίλου δ' ἀπὸ μήδεα] Forsan pro δ' scribendum τ'. *Guietus.*

Φίλου δ' ἀπὸ μήδεα πατρὸς.

Ἐσσυμένως ἤμησε, πάλιν δ' ἔρριψε φέρεσθαι
Ἐξοπίσω. τὰ μὲν ὅττι ἐτώσια ἔκφυγε χειρός·
Ὅσσαι γὰρ ῥαθάμιγγες ἀπέσσυθεν αἱματόεσσαι,
Πάσας δέξατο Γαῖα· περιπλωμένων δ' ἐνιαυτῶν,
Γείνατ' Ἐρίννυς τε κρατερὰς, μεγάλους τε Γίγαντας, 185

Festinanter demessuit, rursumque abiecit vt ferrentur
Pone. illa quidem non incassum elapsa sunt manu:
Quotquot enim guttae proruperunt cruentae,
Omnes suscepit Terra. voluentibus autem annis,
Produxit Erinnyasque validas, magnosque Gigantes

182. ἐξ ὀπίσω Iunt. 1. 2. 183. ῥηθάμιγγες Iunt. 2. 184. ἔκτατο B. 109. 185. ἐριννῦς Ald. Iunt. 1. 2. Ἐρρίννυς Robinſ. ed. vitioſe.

Ἐσσυμένως ἤμησε.] Hic et passim alibi Φίλον dici non *amicum*, sed *suum* simpliciter, recte obseruauit *Dan. Heinsius* Cap. V. Lect. in *Theocritum*. Sed quaenam sunt haec μήδεα, quae abscidit Saturnus? Omnino existimo *Hesiodum*, et qui eum, hac in re, antecesserant, aut sequuti sunt, lusisse in ambiguo. Vox μῆδος duo significabat, *pudenda* et *consilium*, cumque audissent dici Saturnum patri ἀποτεμεῖν μῆδος, data opera ita rem acceperunt, quasi narraretur ei pudenda resecuisse, vt τερατολογίαις, quas hac de re habent, locus daretur; quamuis probe scirent *consilium*, seu *consiliarios* intelligi, quorum suasu Thessalia excedere coactus fuerat Saturnus. Hosce consiliarios fugauit, et nauibus in Asiam redire coegit; ex quibus rebus, nata videntur quae habentur a v. 181. ad 200. Μήδεα autem significare consilia ostendit ipse *Hesiodus*, infra v. 559. Similem vero ludum in ambiguo vocem μῆλον suppeditasse postea probabimus. *Clericus.*

181. Πάλιν δ' ἔρριψε φέρεσθαι Ἐξοπίσω] Vt in Asiam redirent, vnde venerant. Πάλιν manifesto ostendit agi de hominibus, qui remissi sunt eo, vnde profecti erant, non de genitalibus. *Clericus.*

183. Ὅσσαι γὰρ ῥαθάμιγγες, καὶ τὰ ἑξῆς.] Hoc est, quicumque aufugerunt Saturnum et socios, irati, et suorum caede cruentati per vicinas oras sparsi sunt, aut in Asiam fugerunt; vnde postea Ioui, contra Saturnum, auxilium tulerunt. *Clericus.*

184. Πάσας δέξατο γαῖα] Hoc est, omnes, qui fugerunt, in regione quapiam amice excepti sunt. *Clericus.*

185. Γείνατ' Ἐρίννυς τε κρατερὰς] *Furiae* seu *Erinnyes* significant passim vltionem diuinam, quae magnorum scelerum reos persequi putabatur.

Crede-

Τεύχεσι λαμπομένους, δόλιχ' ἔγχεα χερσὶν ἔχοντας,
Νύμφας θ' ἃς Μελίας καλέεσσ' ἐπ' ἀπείρονα γαῖαν.

Armis nitentes, longas haſtas manibus tenentes:
Nymphasque, quas Melias vocant ſuper immenſam terram.

186. Deeſt hic verſ. in B. 109. 187. θ' Iunt. 1. 2.

Credebantur enim Erinnyes excitare bella, vt paſſim docent Poetae. Hic autem magnum ſcelus Saturni, patrem ſolio deiicientis, deſcribitur; et bella poſtea a filio ei illata narrabuntur, quibus poenas dedit violati parentis. Igitur terra dicitur *genuiſſe Erinnyas*, quod poſtea vicinae gentes, aut qui paruerant Saturno Iouem adiuuerint. *Clericus.*

Μεγάλας τε Γίγαντας, τεύχεσι λαμπομένους.] Hoc eſt, poſt hoc Saturni ſcelus, aliaque ſimilia eiusdem aetatis, fuerunt frequentia bella, quibus exercitati homines ſunt, quo factum vt plures eſſent militares viri, quam antea. Γίγας hominem fortem ſonat, aut militiae adſuetum. Radix Arabica אגג *agag*, vt antea diximus, ſignificat *ducem improbitatis eſſe*, et *impetum facere*, qui ſignificatus optime huic negotio convenit. Hinc, vt puto, LXX. Intt. ſolent vocem גבור *gibbor*, quae fortem proprie ſonat, γίγαντα vertere. Vide Geneſ. IV, 6. X, 8, 9. etc. Deſcriptio ipſa *Heſiodi* τῶν γιγάντων oſtendit milites tantum fuiſſe, cum eos Poeta *armis ſplendentes, et longas haſtas manibus tenentes* deſcribat. Poſteriores Poetae illis poſtea magnitudinem corporis portentoſam tribuerunt, qua factum vt videretur eſſe merum poeticum figmentum quidquid de Gigantibus dicebatur, cum tamen originem traheret ex vero, vt ex *Heſiodo* intelligere licuit. *Clericus.*

187. Νύμφας θ' ἃς Μελίας καλέεσσ' ἐπ' ἀπείρονα γαῖαν.] Plane mihi perſuaſum eſt vocem νύμφη, qua ſignificatur natura quaedam intelligens, per terram inconſpicua hominibus errabunda, aliud nihil eſſe, praeter Hebraïcum נפש nepheſch, *anima*. Sic *Porphyrius* credidit *antrum Nympharum* dici ſacrum animabus. In Quaeſt. Homericis p. LXIII. Ed. *H. Stephani* praefixae Poetis Graecorum Heroïcis: Πηγαὶ δὲ, inquit, καὶ νάματα οἰκεῖα ταῖς ὑδριάσι νύμφαις, καὶ ἔτι γε μᾶλλον νύμφαις ταῖς ψυχαῖς, ἃς ἰδίως μελίσσας οἱ παλαιοὶ ἐκάλεν: *fontes, et fluenta propria ſunt Nympharum aquaticarum, vel potius Animarum quas proprie veteres Meliſſas vocabant.* Multo verius *Meliae* dixiſſet, vt ex hoc *Heſiodi* loco liquet, quamuis non ignorem quae de Meliſſis Nymphis ſoleant dici. Sed quaenam ſunt Meliae? Hebraice, ſeu Phoenicie

Μήδεά θ', ὡς τὸ πρῶτον ἀποτμήξας ἀδάμαντι,
Κάββαλ' ἀπ' Ἠπείροιο πολυκλύστῳ ἐνὶ Πόντῳ,
Ὣς φέρετ' ἀμπέλαγος πολὺν χρόνον· ἀμφὶ δὲ λευκὸς

Testiculique, postquam vt prius (*sc.* dictum) resectos ferro
Proiecerat e continenti vndis agitatum in pontum,
Sic ferebantur per pelagus longo tempore; circumcirca vero alba

188. θ' Iunt. 1. 2. τοπρῶτον Ald. ἀδάμαντον Ald. Iunt. 1. 2. Trinc. Steph. Com. 189. ἀπ' Ἠπειρ. Iunt. 1. atque sic edidit Rob. vulgo ἐπ' Ἠπειροιο. ἠπείρῳ Trinc. πολυκλείστῳ Iunt. 1. 2. 190. πολὺν Iunt. 1. 2. Trinc.

nitie dicam, בפשרת מלואות *nephaschoth mlouoth*, vel Syriaca inflexione, נפשן מלין *naphschon maleion*, hoc est, *animae plenae*, seu, quibus expletum vitae tempus, quales vocat Apostolus ad Hebraeos Cap. XII. 23. πνεύματα δικαίων τετελειωμένων. Ait ergo Poeta, postquam bella ab aetate Saturni coeperunt, *animos occisorum* hominum proborum per totam terram plurimos errasse. Ceterae Nymphae non dicuntur *Meliae*, quia credebantur esse tantum נפשות nephaschoth, *animi* immortales, qui numquam humano corpore induti fuerant, quales ab Hebraeis et Christianis *Angeli* vocantur. *Clericus.*

188. Ἀποτμήξας ἀδάμαντι] An? ἀποτμήσασκ'. *Guietus.*

189. Κάββαλ' ἐπ' ἤπειρον πολυκλείστῳ ἐνὶ πόντῳ] Versus iste interpolatus est propter ἐφθήμερον, vt alibi supra. Scribe: Κάββαλ' ἀπ' Ἠπείροιο πολύκλυστον ἐνὶ πόντον. *Guietus.*

Κάββαλ' ἐπ' Ἠπείροιο πολυκλύστῳ ἐνὶ πόντῳ] Recte coniecit *F. Guietus*, morosus ceteroqui Criticus, legendum ἀπ' ἠπείροιο, hoc est, *e continenti coniecit in pontum;* neque enim haec in Epiro gesta sunt, sed in Thessalia. At non est mutandum πολύκλυστον ἐνὶ πόντον, vt ille volebat, nam non opus est, cum passim ἐν significans motum ad locum, vt loquuntur Grammatici, coniungatur cum Datiuo; praeterquam quod vltima vocis πολύκλυστον sit brevis, quam longam esse necesse est. Obiter obseruandum ἤπειρον dici *continentem* ab Hebraïca voce, quae *pulueren* sonat, עפר *baphar*, aut Syriaca inflexione עפרא *baphro*, vnde addito Σ, more Graeco, ἤπειρος. *Clericus.*

190. Ὣς φέρετ' ἀμπέλαγος πολὺν χρόνον.] Nonnulli ex consiliariis patris Saturni diu nauibus huc illuc actis sunt, donec iuerint in Cyprum, atque e Cypro in Cythera venerint, vt docent sequentia. *Clericus.*

Ἀμφὶ

Ἀφρὸς ἀπ' ἀθανάτου χροὸς ὤρνυτο· τῷ δ' ἐνὶ κούρη
Ἐθρέφθη· πρῶτον δὲ Κυθήροισι ζαθέοισιν
Ἔπλετο· ἔνθεν ἔπειτα περίῤῥυτον ἵκετο Κύπρον.
Ἐκ δ' ἔβη αἰδοίη καλὴ θεός· ἀμφὶ δὲ ποίη

Spuma ab immortali corpore oriebatur: in ea puella
Innutrita est: primum vero ad Cythera diuina
Vehebatur, inde tum circumfluam peruenit ad Cyprum.
Prodiit vero veneranda formosa Dea: circum vero herba

191. δὲ Iunt. 1. 2. 193. ἔπλητ' Trinc.

Ἀμφὶ δὲ λευκὸς etc.] Haec sunt τερατολογίαι poeticae, ex ambiguitate vocis μήδος natae. *Clericus.*

191. Τῷ δ' ἐνὶ κούρη ἐθρέφθη] Consiliarii patris Saturni in Cyprum cum peruenissent, illic didicerunt cultum Ἀφροδίτης, quem postea, victo Saturno, in Graeciam retulerunt. *Clericus.*

192. Ἐθρέφθη] Ἐπήχθη concreuit. Sic et v. 198. θρέφθη, concreuit, concepta est. κυθήροισι ad τὸ κύειν alluſum, ſicut et in κύπρος. *Guietus.*

Πρῶτον δὲ Κυθήροισι ζαθέοισι] Homo Graecus popularibus ſuis hic gratificatur, cum ex inſula Cytheris, in Laconico ſinu, vult Veneris cultum translatum in Cyprum; cum in Cypro antiquiſſimus ſit eius cultus. Alii tamen Graeci Poeta, qui non profitetur ſe verum dicere, aut candidiores aut accuratiores, Cypriam Venerem Cytherenſi antiquiorem fuiſſe fatentur. *Herodotus* Lib. I. c. 105. loquutus de templo Veneris Vraniae (Syris dicebatur בעלת vel מלכת השמים *Domina* vel *regina coeli*, vt oſtendit *Ioan. Seldenus* de Diis Syris Synt. II. Cap. 2.) quod erat Aſcalone in Palaeſtina, quodque ait fuiſſe πάντων ἀρχαιότατον ἱρῶν ὅσα ταύτης τῆς Θεοῦ, *antiquiſſimum templorum omnium quaecumque ſunt huius Deae*, pergit his verbis: Καὶ γὰρ τὸ ἐν Κύπρῳ ἱρὸν ἐνθεῦτεν ἐγένετο, ὡς αὐτοὶ λέγουσι Κύπριοι· καὶ τὸ ἐν Κυθήροισι Φοίνικες εἰσὶν οἱ ἱδρυσάμενοι, ἐκ ταύτης τῆς Συρίης ὄντες: *Siquidem templum, quod eſt in Cypro, hinc ortum duxit, vt ipſi dicunt Cyprii. Templum vero, quod eſt in Cytheris, condiderunt Phoenices, ex hac eadem Syria.* Similia habet *Pauſanias*, non vno loco; cuius verba non addam, quia allata ſunt ab *Sam. Bocharto*, in Chanaane Lib. I. c. 22. vbi recte oſtendit inſulam Cythera dictam ita fuiſſe a Phoenicia voce קהרים *Ketharim*, petrae, quia illa inſula ſcopulis cincta eſt. *Clericus.*

193. Ἔπλετο ἔνθεν ἔπειτα] Scribo ἔπλητ' acceſſit, appulit, τὸ ἔπλετο mendoſum. *Guietus.*

194. Ἀμφί δε ποίη] Eandem fere imaginem Veneris exhibet

Ποσσὶν ὑπὸ ῥαδινοῖσιν ἀέξετο· τὴν δ' Ἀφροδίτην,
Ἀφρογενῆ τε θεὰν, καὶ ἐϋστέφανον Κυθερείαν
Κικλήσκουσι θεοί τε καὶ ἄνέρες, ὕνεκ' ἐν ἀφρῷ

Pedibus ſub mollibus creſcebat: Aphroditen autem ipſam,
Spuma prognatam Deam, et decoram pulcris ſertis Cytheream
Nominant tam Dii quam homines: eo quod in ſpuma.

195. ὕνεκ' B. 109. Iunt. 1. 196. Ἀφρογενῆ edidit Rob. vulgo Ἀφρογένειαν. Ald. Ἀφροχενείην. 197. κικλίσκουσι Ald. Iunt. 1. 2. Trinc. ὕνεκ' Ald.

exhibet Lucretius l. 1. *Te, Dea, te fugiunt venti, te nubila coeli, Aduentumque tuum, tibi ſuauis daedala tellus Summittit flores; tibi rident aequora ponti, Placatumque nitet diffuſo lumine coelum.* Similiter de lecto Iouis et Iunonis Il. Ξ, 347. Τοῖσι δ' ὑπὸ χθὼν δῖα φύεν νεοθηλέα ποίην Λωτόν τ' ἐρσήεντα, ἰδὲ κρόκον, ἠδ' ὑάκινθον Πυκνὸν, καὶ μαλακὸν, ὃς ὑπὸ χθονὸς ὕψόσ' ἔεργε. Quem locum quam pulchre imitatus ſit Miltonus noſtras, vid. Parad. Amiſſ. lib. 9. *Rob.*

195. Τὴν δ' Ἀφροδίτην — Κικλήσκουσι θεοί τε καὶ ἄνέρες, ὕνεκ' ἐν ἀφρῷ Θρέφθη] Graeculi omnia ex Lingua et Gente ſua deducunt. Dicta vero eſt Phoenicie אפרדחא *aphradatha*, hoc eſt, ſeparata a viro, libidinis cauſa. Hoc ſenſu radix Hebraïca פרד *pharad* occurrit Hoſ. IV, 14 Non opus eſt vt oſtendamus quam apte hoc nomen Veneri conueniat, ſed diligenter obſeruandum hic ab *Heſiodo* Venerem ſtatui Ioue maiorem natu, aut certe ex alio natam circa eadem tempora, cum alii Poetae eam faciant ſub-inde Iouis filiam. *Clericus.*

196. Ἀφρογένειάν τε θεὰν] Scribe: Ἀφρογενῆ τε θεάν. *Guietus.*

197. Κικλήσκουσι θεοί καὶ ἄνέρες] Ita loquitur *Heſiodus*, quia *Homerus* varia nomina profert, quae ſimilia apud Homines et Deos fuiſſe negat. Sic Iliad. A. v. 403.

Ὃν Βριάρεων καλέουσι θεοὶ, ἄνδρες δέ τε πάντες
Αἰγαίωνα.

Quem Dii vocant Briareum, homines vero omnes Aegeonem. Ξ, v. 291.

Χαλκίδα κικλήσκουσι θεοὶ, ἄνδρες δὲ κύμινδιν.

Quae auis eſt montana, nigra, magnitudine accipitris, et carnivora. Υ, v. 74. de Phrygiae fluuio:

Ὃν Ξάνθον καλέουσι θεοὶ, ἄνδρες δὲ Σκάμανδρον.

Ad quem locum ita habet Scholiaſtes: Τῶν δυωνύμων τὸ μὲν προγενέστερον ὄνομα εἰς τὰς θεὰς ἀναφέρει ὁ Ποιητής· τὸ δὲ μεταγενέστερον εἰς ἀνθρώπους: *eorum, quibus duo nomina indita ſunt, nomen antiquius*

ad

Θρέφθη· ἀτὰρ Κυθέρειαν, ὅτι προσέπλυσε Κυθήροις·
Κυπρογενῆ δ', ὅτι γέντο πολυκλύστῳ ἐνὶ Κύπρῳ,
Ἡ δὲ Φιλομμηδέα, ὅτι μηδέων ἐξεφαάνθη.
Τὴ δ' Ἔρος ὡμάρτησε, καὶ Ἵμερος ἕσπετο καλὸς,
Γεινομένη τὰ πρῶτα, θεῶν τ' ἐς φῦλον ἰόντα.
Ταύτην δ' ἐξ ἀρχῆς τιμὴν ἔχει, ἠδὲ λέλογχε
Μοῖραν ἐν ἀνθρώποισι καὶ ἀθανάτοισι θεοῖσι,
Παρθενίους τ' ὀάρους, μειδήματα τ', ἐξαπάτας τε,

Nutrita fuit: Cytheream autem quod appulit Cythera:
Cyprigenam vero, quod nata sit vndosa in Cypro:
Atque amantem genitalia, quia ex genitalibus emersit.
Hanc vero Amor comitatus est, et Cupido sequebatur pulcher,
Natam primum, et Deorum ad coetum euntem.
Hunc vero ab initio honorem habet, atque sortita est
Sortem inter homines et immortales Deos,
Virgineas confabulationes, et risus, et deceptiones,

198. αὐτὰρ Κυθέρειαν Ald. 199. Κυπρογενῆ δ', ὅτι edidit Rob. vulgo Κυπρογένειαν δ' ὅτι. In Cod. B. 109. est Κυπρογένει. ὅτι, in Ald. Κυπρογένειαν δ' ὅτι. γέντο in B. 109. atque ita edidit Rob. vulgo γέντα; in Ald. et Trinc. γένοιτο. Πόντῳ B. 109. Ald. 200. Καὶ B. 109. Φιλομηδέα Iunt. 1. 2. Trinc. Φιλομηδείη B. 109. Φιλομμή, δέα Ald. μειδίων Ald. 202. Γεινομένη B. 109. Γινομένη Ald. Iunt. 1. 2. Trinc. ἰόντη Ald. 203. Ταύτην Ald. Ἔχει B. 109. 204. Ἀνθρώποις B. 109.

ad Deos refert Poeta, recentius vero ad homines. De Venere melius dixisset *Hesiodus*:

Ἀσάρτην καλέουσι θεοὶ, ἄνδρες δ' Ἀφροδίτην.

Nam *Astarte* nomen est Phoenicum, *Aphrodite* vero Graecorum. *Clericus.*

200. Φιλομμηδέα] Τὸ Φιλομμηδῆ placet magis, ob sequentia, ὅτι μηδέων ἐξεφαάνθη. *Guietus.*

203. Ἡ δὲ λέλογχε] Scribo ἠδὲ. *Guietus.*

Ταύτην δ' ἐξ ἀρχῆς τιμὴν ἔχει καὶ τὰ ἑξῆς.] Hoc est, antequam Iupiter regnaret, hoc illi honoris concessum erat, vt rebus venereis praeesset; seu, iam Dea habebatur in Asia, et quidem amorum,

— * *priusquam*
Sumeret agrestem, posito diademate, falcem
Saturnus fugiens, tunc cum virgunculus Iuno,
Et priuatus adhuc Idaeis Iupiter antris.

Non semel ἐξ ἀρχῆς sumitur eo sensu, in hoc Poemate. Postea vero Iupiter Diis nouos honores tribuit, aut veteres confirmauit, vt non semel docet *Hesiodus.* Clericus.

* Iuuenal. Sat. XIII, 38.

207. Τὰς

Τέρψιν τε γλυκερὴν, φιλότητά τε, μειλιχίην τε.
Τοὺς δὲ πατὴρ Τιτῆνας ἐπίκλησιν καλέεσκεν,
Παῖδας νεικείων μέγας Οὐρανὸς, οὓς τέκεν αὐτός·
Φάσκε δὲ, τιταίνοντας ἀτασθαλίῃ μέγα ῥέξαι
Ἔργον, τοῖο δ' ἔπειτα τίσιν μετόπισθεν ἔσεσθαι. 210
Νὺξ δ' ἔτεκε σύγερόν τε Μόρον, καὶ Κῆρα μέλαιναν,

Oblectationemque ſuauem, et amorem, blanditiaſque.
Illos vero pater Titanas cognomento vocabat,
Filios obiurgans magnus Coelus, quos genuit ipſe.
Dictitabat porrò, poenas ſumentes ex proteruia magnum patraſſe
Facinus, cuius deinceps vltio in poſterum futura ſit.
Nox praeterea peperit odioſum Fatum, et Parcam atram,

207. καλέεσκε Iunt. 1. 2. 209. ἀτασθαλίη Ald.

207. Τοὺς δὲ πατὴρ Τιτῆνας ἐπίκλησιν καλέεσκεν — Φάσκε δὲ τιταίνοντας ἀτασθαλίῃ μέγα ῥέξαι Ἔργον] Poeta voluit a Coelo Titanas dictos eſſe ἀπὸ τοῦ τιταίνειν, *plectere*. At vocati ſunt a voce Phoenicia טיט *tit*, id eſt, lutum, vnde paſſim dicuntur γηγενεῖς, *terra geniti*, et πηλόγονοι, *e luto nati*; quae vox contumelioſa eſt, quia hominem ad originem ſuam e vili luto amandat. Vide *Callimachum* Hym. in Iouem v. 3. eiusque Interpretes. Hinc Coelus dicitur ab *Heſiodo* ea voce vſus παῖδας νεικείων, *obiurgans filios*. Clericus.

209. Τιταίνοντας] *Parricidas*, hoc eſt, τὴν χεῖρα ὀρέγοντας. ſupra ὠρέξατο χειρὶ σκαιῇ. *Guietus*.

210. Τίσιν μετόπισθεν ἔσεσθαι] Ὑπὸ τοῦ Διὸς, ſcilicet. *Guietus*.

211. Νὺξ δ' ἔτεκε σύγερόν τε Μόρον καὶ Κῆρα μέλαιναν καὶ τὰ ἑξῆς] Haec et quae ſequuntur, de malis ſub Saturni regno ortis, non ſunt aurei ſaeculi deſcriptio, ſed infeliciſſimae aetatis. Attamen idem *Heſiodus*, in alio opere, beatiſſimos homines, ſub Saturno finxit. In *Operibus et Diebus*, a v. 90. ad 125. multis aetatem auream deſcribit, eodem temporis tractu, quo tot mala exorta hic dicit. Inter alia, habet de regno Saturni, v. 111.

Οἱ μὲν ἐπὶ Κρόνου ἦσαν ὅτ' οὐρανῷ ἐμβασίλευεν,
Ὡς τε θεοὶ ζώεσκον, ἀκηδέα θυμὸν ἔχοντες,
Νόσφιν, ἄτερ τε πόνων, καὶ ὀϊζύος.

Ii quidem ſub Saturno erant, cum in coelo regnaret, et vt Dii viuebant, ſecurum animum habentes, ſeorſim, abſque doloribus et aerumna. Similia alii, poſt

Heſio-

Heſiodum, Poetae cecinerunt, quorum teſtimonia congerere nihil attinet. Vtrum autem credemus ex antiquiore fama ad *Heſiodum* propagatum eſſe? An quod habet in *Operibus* praeferemus narrationi, quam hic in *Theogonia* legimus; an vero ficta habebimus priora, vt poſteriora ex antiquiore hiſtoria manaſſe credamus? Ad me quidem quod attinet, non dubitarim praeferre quod canit *Heſiodus*, in Theogonia, iis quae alibi dixit. Cuius ſententiae haſce habeo rationes.

Primum, veriſimilius id haberi debet quod ſibi per omnia conſtat, quam quod ſecum pugnat. Quod autem narratur de Saturni facinore erga patrem, cuius loco regnauit, id nequaquam conſentit cum innocentia aureae aetatis. Itaque aut negandum a Saturno factum eſſe quod omnes Poetae ei tribuunt, aut abroganda fides iis, quae de aetate aurea dicuntur, quod multo malim.

Secundo, quod de aetate aurea narratur id nullo verae Hiſtoriae fundamento nititur; cum conſtet ex Hebraeorum monumentis a Diluuio vſque, imo vero ab omnium parente Adamo, ſcelera, in humani generis hiſtoria, vtramque paginam feciſſe. Si praeſertim meminerimus haec, quae hic narrantur, non multo ante Abrahami tempora contigiſſe, vt diximus ad v. 158. facile intelligemus, illo aeuo, tantam non fuiſſe Graeciae colonorum innocentiam.

Tertio, ignorantia illorum ſaeculorum, quibus artes, et longus vitae vſus nondum homines expoliuerant, non patitur nos magnam virtutem in iis quaerere. Falluntur enim omnino quicumque rudem barbariem putant eſſe virtutis matrem; contra vero ab elegantioribus artibus nata eſſe vitia. Fateor equidem, doctioribus ſaeculis callidius peccatum eſſe, et peccari, quam rudiori aetate; verum eo aeuo ferocius et apertius peccabant, cum diſcrimen virtutis et vitii paene ignorarent, nec ſcelera, quae rara non erant, aut vſque adeo inuidioſa, tegere dignarentur. Si poſtea callida nequitia, larua virtutis tecta, hominibus impoſuit; tunc cruda ferocitas, aequi, bonique ignaris, virtutum omnium loco fuit. Neque ex coniectura antiquiſſimos Graeciae incolas barbariae ac ferocitatis inſimulamus, hos illorum fuiſſe mores nos docet ipſe *Heſiodus*, in hac regnorum Saturni et Iouis hiſtoria. Nec eum mentitum hinc manifeſto liquet, quod illarum aetatum homines Dii haberentur, licet ſceleribus inquinati; conſecrati, nimirum, ab hominibus virtutis ignaris; quem honorem numquam conſequuti eſſent, ſi in aliquot ſaecula dilata fuiſſet eorum ἀποθέωσις. Forte ficta dixerit quispiam a Poetis, quae de vitiis et ſceleribus Deorum canunt; at hoc plane falſum

falsum esse intelligemus, si reputemus quae sit Religionis indoles. Non patitur illa facile res antea inauditas, easque turpes de Numine fingi et vulgo narrari, cum antea alia omnia homines de eo sentiunt; nedum vt summo applausu talia, cum primum finguntur, excipiat, et turpissimorum mendaciorum inuentores maxima cum admiratione audiat. Quod certe factum esset, si *Hesiodus* et *Homerus* primi finxissent quae de Diis narrant. Sed carminibus illi descripserunt a Maioribus accepta; quamquam nolo negare ab iis forte adaucta nouis figmentis fuisse, at consentaneis cum antiquissima fama. Alioqui numquam tanto fauore fuissent excepti, si de Diis sanior vulgo obtinuisset sententia, aut melior illorum fama ad posteros peruenisset. Sed cum homines nequam, propter potentiam, quam viui obtinuerant, ab aequalibus, virtutis omnis ignaris, in Deorum numerum mortui relati fuissent; eam sequenti aetati Religionem, vna cum historia turpissimorum facinorum, quae admirabantur, transdiderant; vnde, veluti per manus, ad *Homerum* et *Hesiodum* tandem peruenit. *Aristoteles* Lib. de Poetica Cap. XXV. vbi quaerit qui excusari possit quod minus recte a Poetis dictum videtur: δὶ δ ταύτη λητέον· εἰ δὲ μηδετέρως ὅτι ἔτω φασὶν, οἷον τὰ περὶ Θεῶν· *hac autem ratione soluendum est, sin autem neutro modo, quod sic aiunt vt quae de Deis dicuntur.*

Verum, vt ad auream aetatem redeam, non dissimulabo viros doctissimos existimare sub eius descriptione latere antiquius quiddam et remotius; conditionem, nimirum, humani generis, qualis fuit ante primum lapsum, cum totum in duobus capitibus contineretur; et qualis fuisset multo diuturnior, nisi peccassent. At mihi vix simile vero videtur breuis illius felicitatis primorum parentum, vllam superfuisse, apud Graecos, memoriam. Multo credibilius mihi fit ab *Hesiodo* fictum esse quidquid de hisce aetatibus habet in *Operibus*, eo quod homines, qui praesentia dumtaxat mala sentiunt, praeteritaque obliuioni mandant, et praesertim senes, exacta tempora laudare soleant. Si legamus omnium propemodum saeculorum Scriptores, qui aetatem suam cum praeteritis conferunt, comperiemus eos semper superiores aetates, et praesertim antiquiores suae praeferre. Quod si verum esset, primum falsae essent historiae, quae maxima scelera antiquissimorum temporum narrant, non minus quam recentiorum; deinde quo tandem nos deueniissemus, si mala semper essent aucta, bona vero imminuta? Si quis ab *Hesiodo* quaesiuisset qualis esset aetas, qua viuebat, respondisset quae habet in *Operibus* a v. 172. ad 199. vbi grauissime queritur de moribus aetatis ferreae. Ar-

Καὶ Θάνατον· τέκε δ' Ὕπνον· ἔτικτε δὲ φῦλον Ὀνείρων,
Οὔτινι κοιμηθεῖσα θεὰ τέκε Νὺξ ἐρεβεννή.
Δεύτερον αὖ Μῶμον, καὶ Ὀϊζὺν ἀλγινόεσσαν·

Et Mortem: peperit etiam Somnum. peperit vero agmen Somniorum,
Quae nulli mista Dea peperit Nox obscura.
Rursum postea Momum, et Aerumnam dolore plenam,

213. Ὕπνον Ald. 213. Οὐτίνι Ald. ὅτινι Trinc. ἐρεβεννὴ Iunt. 1. 2.

Iuuenale, qui minimum mille annis posterior *Hesiodo* fuit, similia sciscitatus esset, beatam fuisse eius Poetae aetatem iudicasset, suae collatam. Sic quod in nostra aetate desideramus, in superioribus quaerere solemus, quae nobis minus notae sunt; atque hinc nata est illa fictio quatuor, aut plurium aetatum humani generis in peiora paullatim ruentis, hinc voces illae suam aetatem non ferentium Poetarum *:

Nunc aetas agitur, peioraque saecula ferri
Temporibus, quorum scelerи non inuenit ipsa
Nomen, et a nullo posuit natura metallo;

itemque vetera laudantium **:

Improbitas illo fuit admirabilis aeuo.

Haec paullo pluribus, quae antiquissimae historiae illustrandae non inutilia videbantur. *Clericus.*

212. Τέκε δ' ὕπνον, ἔτικτε δὲ φῦλον ὀνείρων] Hinc manifestum quod antea diximus de consanguinitate Deorum Poeticorum; quia enim nocte dormimus et somniamus, ideo Nox dicitur peperisse Somnum et Somnia, et quidem sine opera vllius Dei; quia sola Nox facit vt dormiamus, et somniemus. *Clericus.*

214. Μῶμον] Hoc est ψόγον. *Guietus.*

Δεύτερον αὖ Μῶμον] Notum est *Momum* dici Numen, quod vitia quae insunt operibus Deorum et hominum callidissimè animaduertit. Quare autem noctis filius fertur? Quia, nimirum, clam facilius aliena mordere, quam palam. Quare *Momus* vocatur? A Phoenicia voce מום *moum*, aut *mom*, quae *vitium* sonat; quod ita consentit cum iis, quae dicuntur περὶ τέτε θεᾶ μωμοσκόπε, vt Etymologia haec nostra vix in dubium possit reuocari. Ita se ipse describit *Momus*, apud *Lucianum*, in Deorum Conuentu T. 2. p. 709. Ed. Amstelod. Πάντες με ἴσασιν ὡς ἐλεύθερός εἰμι τὴν γλῶτταν, καὶ ἐξὸν ἄν καταστωπήσαιμι τῶν ἀκαλῶς γιγνομένων. διελέγχω γὰρ ἅπαντα καὶ λέγω, τὰ δοκοῦντα μοι ἐς τὸ φανερὸν, οὔτε δεδιὼς τινα

* *Iuuenalis* Sat. XIII, 28.

** *Ibid.* v. 53.

Ἑσπερίδας θ', αἷς μῆλα πέρην κλυτοῦ Ὠκεανοῖο

Heſperidesque, quibus mála trans inclytum Oceanum

τινα, οὔτε ὑπ' αἰδοῦς ἐγκαλύπτων τὴν γνώμην. ὥσε καὶ ἐπαχθὴς δοκῶ τοῖς πολλοῖς, καὶ συκοφαντικὸς τὴν Φύσιν, δημόσιός τις κατήγορος ὑπ' αὐτῶν ἐπονομαζόμενος: *Omnes me norunt liberum eſſe lingua, et nihil reticere eorum, quae bene non fiunt. Arguo enim omnia, et dico quae mihi videntur aperte, neque quemquam veritus, neque, prae verecundia, meam celans ſententiam. Itaque moleſtus videor pleriſque, et natura ad calumniandum propenſus; publicuſque accuſator ab iis appellor.* *Lucianus* quidem, qui Momum in concilio Deorum de ſe loquentem induxit, eum palam carpentem quae ſibi diſplicerent deſcribere debuit; ſed naturam maledicentiae ex vero pinxit *Heſiodus*, cum e nocte natam cecinit. Vide hac de re elegantiſſimum libellum *Luciani*, περὶ τοῦ μὴ ῥαδίως πιστεύειν διαβολῇ, in Tom. II.

Ex hac eadem ſignificatione vocis μῶμος, natum eſt adiectivum ἄμωμος quod infra habemus v. 259. vbi forma ſine vitio ita dicitur. *Clericus.*

Καὶ Ὀϊζὺν ἀλγινόεσσαν.] Quia nocte anxietates augentur; vnde *Ouidio* dicitur *curarum maxima nutrix.* Clericus.

215. Ἑσπερίδας] Τὰς πρὸς ζόφον, ſcilicet. *Guietus.*

Ἑσπερίδας τε] *Heſperides* Nymphae dicuntur quae ad Occaſum habitabant; Occaſus autem, ex ſententia Veterum, qui rationes motus Solis, aut potius Terrae, ignorabant, magnam cum Nocte affinitatem habebat. Locus in quo Heſperides eſſe credebantur non vnus fuit, attamen in Africa conſtabat earum ſedes fuiſſe. *Plinius* Lib. V. Hiſt. Nat. c. 5. de Berenice Cyrenaicae vrbe: *Berenice in Syrtis extimo cornu eſt, quondam vocata Heſperidum ſupradictarum, vagantibus Graeciae fabulis.* Idem de *Lixo* vrbe Mauritaniae Tingitanae, vltra quam ad Occaſum nihil eſſe credebatur, Lib. eiusdem Cap. I. *Ibi regia Antaei, certamenque cum Hercule et Heſperidum horti.* Idem habet Lib. XIX. c. 4. Aliam affert Heſperidum Genealogiam *Diodorus Siculus* Biblioth. Lib. IV. Sed nec eum, nec recentiorem quemquam alium moramur, prae *Heſiodo*; Graeculi enim certatim addidere veteribus fabulis, quae proinde in antiquiſſimis quibusque minus corruptae inanibus additamentis inueniuntur. *Clericus.*

Αἷς μῆλα — χρύσεα καλὰ μέλεσι.] Dupliei ratione haec μῆλα a Veteribus explicantur. Alii exiſtimant fuiſſe mala, vel poma quae *citrea* vocamus, et ob colorem *aurea* dicta ſunt; vel etiam *aurantia*, quae amara ſunt aut dulcia, cum *citrea* ſint acida. Certe *citrea* et *aurantia* et ἑσπερίδες

ρίδες et ἑσπερικὰ μῆλα dicta ſunt, et primum ex regionibus Atlanti monti ſubiectis in Europam allata ſunt. *Athenaeus* Lib. III. p. 82. Ἑσπεριδῶν δὲ μήλων ἔτως κελεισθαί τινά φησι Τιμαχίδας, ἐν τῷ τεταρτῳ, εἰπὼν καὶ ἐν Λακεδαίμονι παρατίθεσθαι τοῖς Θεοῖς. Φησὶ Πάμφιλος ταῦτα, εὔοσμα τὲ εἶναι καὶ ἄβρωτα, καλεῖσθαι δ' Ἑσπεριδῶν μῆλα. Ἀριστοκράτης γᾶν ἐν τετάρτῳ Λακωνικῶν, ἔτι δὲ καὶ μῆλα καὶ τὰς λεγομένας Ἑσπερίδας: *quaedam mala dici Heſperidum, ait Timachidas in quarto, teſtatus etiam Lacedaemone apponi Diis. Haec habet et Pamphilus, ac praeterea grati eſſe odoris, ſed non comedi, vocarique Heſperidam mala. Ariſtocrates Libro quarto Laconicorum: inſuper mala et quas Heſperidas vocant.* Idem *Athenaeus*, pagina ſequente: Αἰμιλιανὸς δὲ ἔλεγεν Ἰόβαν τὸν Μαυρεσίων βασιλέα, ἄνδρα πολυμαθέστατον, ἐν τοῖς περὶ Λιβύης συγγράμμασι μνημονεύοντα τᾶς νίτρας, καλεισθαι φάσκειν αὐτὸ παρὰ τοῖς Λίβυσι μῆλον Ἑσπερικὸν, ἀφ' ὧν καὶ Ἡρακλέα κομίσαι εἰς τὴν Ἑλλάδα, τὰ χρύσεα διὰ τὴν ἰδέαν λεγόμενα μῆλα: *Aemilianus vero dixit Iubam Mauritaniae Regem, virum doctiſſimum in commentariis de Libya meminiſſe citri, et dicere vocari a Libybus malum Heſpericum: a quibus etiam Herculem tuliſſe in Graeciam mala, quae ob colorem dicuntur aurea.* In haec verba ampliſſimam enarrationem habet *Claud. Salmaſius* in Solinum p. 670 et ſeqq Ed. Vltraiect. Addimus nos, ſi Iuba Libycum ipſum nomen protulit, cum dixit ἑσπερικὸν vocari malum hoc, apud Libyas, videri dictum אשפירי *aſchphiri.* aut *eſpiri*, a pulcritudine, nam Hebraeis שפר *pulcher fuit.* Forte et, vt hoc obiter dicam, ἔσπερος, ſeu *veſperugo* indidem nomen traxit,

* Ἔσπερος ὃς κάλλιστος ἐν οὐρανῷ ἵσταται ἀστήρ.

Veſperugo, quae pulcherrima eſt in coelo ſtella. Galli vocant vulgo *la belle etoile.* Deinde quia illa ſtella ad occaſum, paullo poſtquam ſol occidit, apparet, occidentales orae dictae ſunt a Graecis *heſperiae*, vt Italia, Hiſpania, et occidui Africae tractus. *Macrobius* Saturn. Lib. I. c. 3. *Graeci ἑσπέραν a ſtella heſpero dicunt, vnde et* Heſperia *Italia, quod occaſui ſubiecta ſit, nominatur.*

Verum, vt redeamus ad mala Heſperidum, alii crediderunt fuiſſe *oues. Diodorus Siculus* Lib. IV. p. 233. Κατὰ τὴν ἑσπερῖτιν ὀνομαζομένην χώραν Φασὶν ἀδελφὰς δύο γενέσθαι δόξῃ διωνομασμένας, Ἕσπερον καὶ Ἄτλαντα, τέτας δὲ κεκτῆσθαι πρόβατα τῷ μὲν κάλλει παράδοξα, τῇ δὲ χρόᾳ ξανθὰ, καὶ χρυσοειδῆ· ἀφ' ἧς αἰτίας τὰς ποιητὰς τὰ πρόβατα μῆλα καλέντας ὀνομάσαι χρυσᾶ μῆλα: *in regione, quae vocatur Heſperitis, aiunt fratres duos fuiſſe inclyti gloria nominis Heſperum et Atlantem; hos vero habuiſſe*

* *Iliad.* X, 328.

buisse oues incredibilis pulcritudinis, colore rutilo et ad aureum accedente; qua de causa Poetas cum oues μῆλα vocarent, appellasse eas χρυσᾶ μῆλα. Nimirum Graeci, vt et Latini, *aurea* vocant quaecumque pulcritudine in suo genere excellunt.

Sed multo verisimilior est prior sententia quae *aurea mala*, citrea, vel aurantia interpretatur, praesertim cum omnes memorent *hortos Hesperidum*, nemo *pascua;* in quibus versantur oues, non in hortis. *Samuel* quidem *Bochartus* in Chanaanis Lib. I. c. 24. vult *aurea mala quae draco obseruabat, fuisse opes, vel ab eodem, vel ab alio congestas.* Tum subiicit: *huc facit quod* מאל *malon, vel melon, Arabice opes sonat, vt Graece* μῆλον *vel* μᾶλον *malum.* Sed quod ostendimus de origine citreorum vel aurantiorum malorum, ex Hesperide terra, coniecturam illam euertunt.

Eodem pertinet quod de Hippomene narrant Poetae. *Salmasius* vetus hoc Epigramma, eam in rem profert:

Septa micant spinis felicis munera mali,
Quae tulit vt Circi aureus ora tumor.
Hippomenes vicit tali certamina malo,
Talia poma nemus protulit Hesperidum.

Aut in hisce nihil video,

*Aut * haec Massyli poma draconis erant.*

De dracone custode alibi agemus. *Clericus.*

Πέρην κλυτᾶ Ὠκεανοῖο] Nolim vertere *trans Oceanum*, nam *trans Oceanum* nihil norant antiquiores Graeci, sed *ad Oceanum.* Ac sane vidimus non trans Oceanum, sed ad Oceanum collocari Hesperidum hortos. De hac significatione voculae πέρην, vide Intt. ad Matt. IV, 15. Si tamen haec scripta fuissent postquam Poeni Atlantici Oceani meridianos tractus nauigare coeperunt, possent intelligi insulae in illo Oceano, quae dicerentur πέραν Ὠκεανᾶ, quod sint trans fretum Oceani. *Pomponius Mela* Lib. III. c. 10. cum descripsisset ἑσπέρα κέρας, quod *viride promontorium* nunc vocamus: *inde*, inquit, *incipit frons illa, quae in occidentem vergens mari Atlantico alluitur. Prima eius Aethiopes tenent, media nulli. Nam aut exusta sunt, aut arenis obducta, aut infesta serpentibus. Exustis insulae appositae sunt, quas Hesperidas tenuisse memoratur.* Forte hoc fictum ex hoc *Hesiodi* loco perperam intellecto; ceteri enim Scriptores hortos Hesperidum in continente Africa, esse dixerunt.

Cum antea statuerimus Nymphas esse *animas*, נפשות *nephaschoth*, quaesiuerit forte quispiam qua de causa dixerint Poetae, et vulgo crediderint Ethnici eas versari in nemoribus et viretis? Nimirum, antiquissimis temporibus videntur Graeci

* *Martial.* Lib. XIII. Ep. 37. vbi *Massyli* habet, pro *Massaesyli*, quod nomen populi Mauris vicini.

Graeci credidiſſe animos fato functorum libenter verſatos eſſe circa loca, quae viui coluerant. Itaque vetuſtiſſimorum Heſperiorum animi credebantur, corpore ſoluti, errare in Mauritaniae viretis, malis citreis et aurantiis conſitis; amoenis profecto ſedibus, pro eorum captu qui ſupra haec terrena non ſapiebant. Illo aeuo,

— * *nondum aliquis ſortitus triſte profundi*
Imperium, aut Sicula toruus cum coniuge Pluton.
Nec rota, nec furiae, nec ſaxum, aut vulturis atri
Poena, ſed infernis hilares ſine regibus vmbrae.

Seu, vt clarius loquar, nondum Poetae finxerant quae de Inferis poſtea dicta ſunt. Clarum eius opinionis veſtigium habemus in *Operibus* v. 122. vbi de prima, ſeu antiquiſſima hominum (qui in Graecia, nimirum, vixerant) aetate, ita loquitur *Heſiodus:*

Τοὶ μὲν Δαίμονές εἰσι, Διὸς μεγάλε διὰ βελὰς,
Ἐσθλοὶ, ἐπιχθόνιοι, φυλακες θνητῶν ἀνθρώπων·
Οἵ ῥα φυλάσσεσί τε δίκας καὶ σχέτλια ἔργα,
Ἠέρα ἑσσάμενοι, πάντη φοιτῶντες ἐπ' αἶαν.

Hi quidem Daemones facti ſunt, magni Iouis conſilio, boni, verſantes in terra, cuſtodes mortalium hominum, caliginoſo aere induti paſſim errantes per terram. Eodem pertinet quod poſtea dicit de Heroibus Thebanorum et Troicorum temporum v. 167.

Τοῖς δὲ δίχ' ἀνθρώπων, βίοτον καὶ ἤθε' ἔπασσας
Ζεὺς Κρονίδης κατένασσε πατὴρ εἰς πείρατα γαίης,
Τηλὲ ἀπ' ἀθανάτων· τοῖσι Κρόνος ἐμβασίλευε.
Καὶ τοὶ μὲν ναίουσιν ἀκηδέα θυμὸν ἔχοντες
Ἐν μακάρων νήσοισι, παρ' Ὠκεανὸν βαθυδίνην,
Ὄλβιοι ἥρωες· τοῖσιν μελιδέα καρποὶ
Τρὶς ἔτεος θάλλοντα φέρει ζείδωρος ἄρουρα.

His autem ſeorſim ab hominibus vita et ſede tributa, Iupiter pater, Saturni filius, habitare eos iuſſit ad fines terrae, procul ab immortalibus; eorum autem Saturnus Rex eſt; et illi quidem habitant, ſecurum animum habentes, in beatorum inſulis, intra Oceanum profundum, felices Heroes. Iis dulcem fructum ter quotannis florentem fert foecunda tellus. Sed et aliis in locis eos qui ad Troiam perierunt collocarunt alii Poetae, et quidem ſupra terram. *Dionyſius* in Periegeſi v. 541.

Ἔσι δέ τις καὶ σκαιὸν ὑπὲρ πόρον Εὐξείνοιο,
Ἀντα Βορυσθένεος, πολυωνυμος εἰν ἁλὶ νῆσος
Ἠρώων· Λευκὴν μιν ἐπωνυμίην καλέσσιν.
Οὕνεκά οἱ τὰ πάρεσι κινώπετα λευκὰ τέτυκται.
Κεῖθι δ' Ἀχιλλῆός τε καὶ Ἠρώων φάτις ἄλλων
Ψυχὰς εἰλίσσεσθαι, ἐρημαίας ἀνὰ βήσσας,
Τᾶτο δ' ἀριζήεσσι Διὸς πάρα δῶρον ὀπηδεῖ
Ἀντ' ἀρετῆς.

Iuuenalis Sat. XIII, 49.

Χρύσεα καλὰ μέλωσι, φέροντά τε δένδρεα καρπόν·
Καὶ Μοίρας καὶ Κῆρας ἐγείνατο νηλεοποίνους,

Aurea pulchra curae ſunt, frugiferaeque arbores,
Et fatales Deas, et Parcas genuit immites,

216. καρπῶν Iunt. 1. 217. νηλεοποίνας B. 109. Iunt. 1. 2.

Eſt vero quaedam, ſiniſtrum ſuper meatum Euxini, ex aduerſo Boryſtenis celebris in mari inſula Heroum. Albam eam cognomine vocant, quia quae ei inſunt animalia alba ſunt. Illic item Achillis et aliorum fama eſt Heroum animas errare deſertas per valles. Quod aliorum multorum teſtimoniis illuſtrari poſſet, ſi de *Achillea* Inſula ageremus. Verum hoc vnum ex ſuperioribus verbis *Heſiodi* et *Dionyſii*, quibus multi alii concinunt Poetae, colligimus, antiquiſſimis temporibus Graecos credidiſſe vita functorum animos non infra terram detruſos, ſed hic illic in locis amoenis volitaſſe; vnde nata eſt opinio de Nymphis, per totam terram vagantibus; cuius originem Poetae aliud agentes obſcure nobis indicarunt. Poſſemus Philoſophos paria ſentientes illis ſuccenturiare, ſed quia hi coniecturis potius ſuis, quam olim receptis opinionibus gaudent, ab eo labore ſuperſedebimus. Neque enim hic quaerimus quid, ex Philoſophorum ſententia, verum fuerit; ſed quid antiquiſſimi Graeciae incolae crediderint, qualecumque eſſet. Criticos hic agimus, non Philoſophos. *Clericus.*

216. Φέροντά τε δένδρεα καρπόν] Arbores fructiferae. καρπὸς κατ' ἐξοχὴν ὁ σῖτος. Heſych. *Guietus.*

217. Καὶ Μοίρας καὶ Κῆρας] Hoc eſt, Parcas, quae duplici illo nomine vocari ſolent. Sed *Heſiodus*, Poetica licentia ludens, totidem facit Deos, aut Semideos, variis rebus praefectos, quot ſunt illarum nomina, licet idem prorſus ſignificantia. Quod manifeſto oſtendunt ſequentia, et praeſertim quidem verſus 228.

Ὑσμίνας τε Φόνους τε, Μάχας τ' Ἀνδροκτασίας τε.

Nam *Pugnae, Caedes, Proelia et Strages virorum* ſunt vnius eiusdemque rei quatuor nomina. Ex hac autem licentia perſonarum fingendarum, et quidem diuinarum, videtur orta conſuetudo Ethnicorum, de qua multis diximus in *Criticae* P. 2. C. VIII. Vt ad Numina, de quibus hic *Heſiodus*, redeam, fatales Deae dictae ſunt μοῖραι *fata, ſortes*, παρὰ τὸ μεμερίσθαι ἑκάστῳ, *quia vnicuique diuiſae ſunt.* Sed vox Κὴρ omnino facta eſt a Phoenicia voce קור Kor, *frigus;* nec frequentius additur vllum epitheton *morti*, quam *frigidae*, eo quod mortuorum illico frigeſcant

Κλωθώ τε, Λαχεσίν τε, καὶ Ἄτροπον, αἵτε βροτοῖσι
Γεινομένοισι δίδασιν ἔχειν ἀγαθόν τε, κακόν τε,
Αἴτ' ἀνδρῶν τε θεῶν τε παραιβασίας ἐφέπουσαι, 220
Οὐδέποτε λήγουσι θεαὶ δεινοῖο χόλοιο,
Πρίν γ' ἀπὸ τῷ δώωσι κακὴν ὀπιν ὅστις ἁμάρτῃ.
Τίκτε δὲ καὶ Νέμεσιν, πῆμα θνητοῖσι βροτοῖσι,

Clothoque, Lacheſinque, et Atropon, quae mortalibus
Naſcentibus dant habendum bonumque malumque,
Quaeque hominumque Deorumque delicta perſequentes,
Nunquam deponunt Deae vehementem iram,
Priuſquam ab illo ſumſerint grauem poenam, quiſquis peccarit.
Peperit praeterea et Nemeſin, cladem mortalibus hominibus,

218. βροτοῖσιν Iunt. 1. 219. γινομένοισι Iunt. 1. 2. γενομένοισι Ald. 220. ἐφεπόσαι R. S.

ſcant membra. Quin et *Horatius* Sat. Lib. II. Sat. I. v. 62. *frigus* ponit pro morte:

— *o puer, vt ſis*
Vitalis metuo, et maiorum ne quis amicus
Frigore te feriat.

Vetus Scholiaſtes: *Morte te afficiat, quae frigida eſt, vt Virgilius*: frigida mors. Vide, ſi tanti eſt, alios Interpretes. Eadem opera, dicam vnde mihi videantur *Parcae* dictae Latinis; nimirum, a voce eiuſdem Linguae פרק *rupit, fregit*, vnde dicta פרקא *parka* Dea quae abrumpit filum; quod *Atropos* potiſſimum facere dicitur, ſed non diſſentientibus ſororibus. Omnes aliae Etymologiae ineptae ſunt, quas licet quaeras apud *G. Ioan. Voſſium* in Etymologico. *Clericus.*

220. Αἴ τ' ἀνδρῶν τε θεῶν τε παραιβασίας ἐφέπουσαι] Hoc eſt, quae et huius aetatis homines morte plectunt, et olim de antiquiſſimis Graeciae incolis in Deorum numerum relatis, quosque adeo nunc Deos dicimus, easdem poenas ſumſerunt. Res aliter intelligi nequit, atque hinc liquet, *Heſiodi* aetate, ignotum non fuiſſe Deos, qui colebantur, fuiſſe meros homines. Alioqui Numina, quae praeeſſe credebantur Morti, et fato hominum, Diis ipſis ſuperiora nunquam habita fuiſſent. *Clericus.*

223. Τίκτε δὲ καὶ Νέμεσιν] Haec vox idem ſignificat ac Μοῖρα, eſt enim a νεμέω, quod idem ac νέμω, id eſt, *divido*. Numen eſt, quod ſuperbis diſtribuere credebatur poenas, et perſequi reos, qui ſibi meritum ſupplicium effugiſſe videbantur. Vide quae de ea collegit *Rob. Conſtanti-*

Νὺξ ὀλοή. μετὰ τήνδ' Ἀπάτην τέκε καὶ Φιλότητα,

Nox pernicioſa: poſt hanc Fraudem enixa eſt, et Concubitum,

nus in Lexico, nemo enim plura et aptiora hanc in rem protulit Veterum teſtimonia. Sed non eſt miſcendum, quod ille obſeruare omiſit, hoc Numen cum alio eiusdem nominis, quod praeeſt pudori, quo delicta vetantur. Eſt, nimirum, eius munus in eo ſitum vt excitetur in hominum animis timor δικαίας μέμψεως *iuſtae vituperationis*, vt loquitur *Euſtathius*. Haec Nemeſis antevertit peccata; illa commiſſa plectit. Nemeſis benignioris meminit ipſe *Heſiodus*, in Operibus v. 200. vbi deſcripto ſaeculo ferreo, ita loquitur:

Καὶ τότε δὴ πρὸς Ὄλυμπον ἀπὸ χθονὸς εὐρυοδείης,
Λευκοῖσι φαρέεσσι καλυψαμένω χρόα καλὸν,
Ἀθανάτων μετὰ φῦλ' ἴτην, προλιπόντ' ἀνθρώπους,
Αἰδὼς καὶ ΝΕΜΕΣΙΣ.

Tum demum ad coelum a terra ſpatioſa candidis veſtibus tectae corpus pulcrum, ad Deos ibant, relictis hominibus, Pudor et NEMESIS. Interpretatur *Proclus* δίκης ἄγγελον, *iuſtitiae Angelum*; ſed tantum abeſt, vt is ad Deos ſaeculo ferreo iuiſſe dici poſſit, vt contra numquam magis verſatus fuerit inter homines, quam ea aetate, qua maxima ſcelera admiſſa cenſentur. Verum de hac dicemus et ad *Opera* Heſiodi. *Clericus.*

Πῆμα θνητοῖσι βροτοῖσι.] Contra altera *Nemeſis* iuuat, vt dicebamus. *Clericus.*

Νέμεσιν] Ἀσκληπιάδης ἐν τοῖς τραγῳδεμένοις εἰς κύκνον φησὶ μεταβληθέναι τὸν Δία καὶ Νεμέσει μιγῆναι. Schol. Ant. Haec fabula, vt opinor, ex eo traxit originem, quod ad deum, vt loquitur Scriptura Sacra, vindicta pertineat, eique curae ſit, maleficia hominum punire. *Rob.*

224. Ἀπάτην τέκε καὶ Φιλότητα] Δολότητα ſcribendum videtur pro δολιότητα. τὸ Φιλότητα hic locum non habet. *Guietus.*

Καὶ Φιλότητα] Non eſt vertendum *Amicitiam*, vt vulgo ſolent, ſed *Concubitum*; intelligendusque meretricius, qui merito inter maxima mala recenſetur, et Noctis eſt infauſta ſoboles; Non raro Φιλότης, apud *Heſiodum* et *Homerum* eo ſenſu occurrit, vt Lexica docebunt. Vide v. 177. Nec potuit ſoror ei conuenientior dari quam Ἀπάτη, hoc eſt, *fraus*, *ſimulatio*, *captio*, *fallax ſuadela*, quibus meretrices alliciunt adoleſcentes. Res eſt nimis nota, et plenae ſunt exemplis Comoediae. Igitur neceſſaria non eſt violenta emendatio *F. Guieti*, qui volebat legi δολότητα pro δολιότητα. *Clericus.*

Φιλότητα

Γῆράς τ' ὀλέμενον, καὶ Ἔριν τέκε κηρτερόθυμον. 225
Αὐτὰρ Ἔρις συγερὴ τέκε μὲν Πόνον ἀλγινόεντα,
Λήθην τε, Λιμόν τε, καὶ Ἄλγεα δακρυόεντα,
Ὑσμίνας τε, Φόνους τε, Μάχας, Ἀνδροκτασίας τε,
Νείκεά τε. ψευδέας τε Λόγους, Ἀμφιλογίας τε,
Δυσνομίην, Ἄτην τε, συνήθεας ἀλλήλοισιν. 230

Seniumque noxium, et Contentionem peperit pertinacem.
Ceterum Contentio odiosa peperit quidem Laborem molestum,
Obliuionemque, Famemque, et Dolores lacrymabiles,
Pugnasque, Caedesque, Proelia, Strageſque virorum,
Iurgiaque, mendacesque Sermones, Disceptationesque,
Legum contemtum, Noxamque, familiares inter ſeſe:

225. κρατερόθυμον Trinc. 226. ἀλγεινόεντα Iunt. 1. 2. Trinc. 227. λοιμὸν Com. 228. R. S. exhibet sic, Ὑσμίνας, Μάχας τε, Φόνους. ἀκμεῖνας Iunt. 1. 2. φόβους Steph. marg. Mox vulgo erat Μάχας τ', illud τ' omisit Rob. et abest quoque ab ed. Ald. 229. Ψεύδεα Trinc. ψευδεά τε, λόγους τ' ἀμηλογίας τε habent Codd. B. 109. R. S. 230. ἀλλήλοισιν B. 109. R. S.

Φιλότητα] Assentior Clerico, qui φιλότητα interpretatur *meretricium amorem*, dicitque *sororem* ei conuenientiorem assignari non posse, quam τὴν ἀπάτην. Cui adiungo, quod nec mater ei conuenientior dari possit quam Νὺξ ὀλοή, cuius sub vmbra haecce facinora perpetrari solent. *Rob.*

229. Ἀμφιλογίας τε] An ἀμφιλλογίας τε. *Guietus.*

230. Δυσνομίην] Ἡ δυσνομία τῇ εὐνομίᾳ opposita. *Guietus.*

Δυσνομίην] ἡ δυσνομία τῇ εὐνομίᾳ opponitur, vt notauit Guietus. Haud igitur incommode verti potest, *legum malarum institutionem.* Quo sensu ἡ δυσνομία, et ἡ ἄτη optimè dicuntur familiares esse, quia nihil maius damnum infert hominibus, quam malae leges. Sed si concedatur τὸν νόμον nunquam ab Homero vel Hesiodo vsurpari, quaerenda est alia significatio τῆς δυσνομίης. Nec sane incommode verti potest, *difficilis viuendi status*, in quo boni a malis opprimuntur, quo sensu haud male coniungitur τῇ ἄτῃ. Ita verti potest εὐνομίη *bona viuendi ratio*, vt apud Homer. Odyss. ρ', v. 487. Ἀνθρώπων ὕβριν τε, καὶ εὐνομίην ἐφορῶντες. Vbi Scholiastes exponit εὐνομίην· εὐνεμησίαν· καθ' ἣν εὖ νεμόμεσθα καὶ διατελοῦμεν. Vide quae adnotaui supra ad v. 66. *Rob.*

Ὅρκον θ', ὃς δὴ πλεῖστον ἐπιχθονίους ἀνθρώπους
Πημαίνει, ὅτε κέν τις ἑκὼν ἐπίορκον ὀμόσσῃ·
Νηρέα τ' ἀψευδέα καὶ ἀληθέα γείνατο Πόντος,

Iusiurandumque quod plurimum terrestres homines
Laedit, quando quispiam volens peierauerit:
Nereumque alienum a mendacio, et veracem genuit Pontus,

232. πημάινει Trinc. 233. δ' Trinc.

231. Ὅρκον] Hanc προσωποποιΐαν imitantur Platonici, vt liquet ex Comment. *Hieroclis* ad 2. vers. *Pythagorae*. Clericus.

233. Νηρέα τ' ἀψευδέα] *Nereum* vocari filium maris nemo mirabitur, qui sciet Phoenicia Lingua נהרא *nahara* esse fluuium. Fluuii merito dicuntur filii maris, cum ex eo oriantur, quod non fuit ignotum *Hesiodo*, vt apparet ex v. 336. et seqq. Crediderim Phoenices dixisse mare esse *patrem fluuiorum* אב נהרא *ab nahare*, quod *pater Nerei* male versum est. Eodem errore, iudicarunt Nerea esse numen maris, cum fluuiorum potius Deus haberi deberet. Vnde vero factum sit vt ei laudes tribuerentur, quas in eum congerit *Hesiodus*, quaerunt Interpretes. Ridiculus hic est *Ioannes Diaconus*, vt solet, qui hanc eius rei rationem reddit: πυρόσον εἰώθεσαν ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον οἱ ἐν θαλάσσῃ διάγοντες καὶ ναυτιλλόμενοι ἄνθρωποι ἀληθεῖς τε καὶ ἀψευδεῖς εἶναι. καὶ διὰ τοῦτο καὶ ἔντιμοι καὶ γεραροί. ὁ γὰρ καθεκάστην αὐτοῖς ἐλπιζόμενος θάνατος ἀναπείθει νημερτεῖς τε καὶ πρᾴους εἶναι. καὶ μὴ θεμιτὸν ἐπιλανθάνεσθαι μηδὲ δικαιοσύνης, μηδὲ ἰσότητος· *quia solent, vt plurimum, homines qui in mari vitam agunt et nauigant veraces esse et mendacii immunes, propterea que honore et veneratione digni. Mors enim, quam quotidie exspectant, persuadet vt sint veraces et mites; nec licet illis obliuisci aut iustitiam, aut aequitatem.* Certe hac ratione in officio contineri deberent nautae, sed quis nescit contraria omnia esse vera? Hic noster *Ioannes* vixerat forte in oppido mediterraneo, in quo de nautis philosophabatur, vt nos de incolis Planetarum, quos ne in somnis quidem vidimus. Confugiendum hic nobis iterum ad linguam eius gentis, quae frequentibus nauigationibus ceteris maria aperuit. Ea autem Lingua radices נהר *nahar*, נור *nour*, et נאר *naar* sonant *splendere*, *lucere*; quod a luce corporea translatum ad animum significat *scire*, *intelligere*, *sapere*. Itaque laudes, quibus hic Nerea ornat Poeta, videntur

Πρεσβύτατον παίδων· αὐτὰρ καλέουσι γέροντα,
Οὕνεκα νημερτής τε καὶ ἤπιος· οὐδὲ θεμιστέων
Λήθεται, ἀλλὰ δίκαια καὶ ἤπια δήνεα οἶδεν.
Αὖτις δ' αὖ Θαύμαντα μέγαν, καὶ ἀγήνορα Φόρκην,

Maximum natu filiorum: sed vocant senem,
Eo quod verus atque placidus: nec iuris et aequi
Obliuiscitur, sed iusta et moderata iudicia nouit.
Deinde rursum Thaumantem magnum et fortem Phorcyn,

234. ἀτὰρ Trinc. 235. Οὕνεκα Ald. θεμίστεων Iunt. 1. 2.

tur natae ex altera significatione eius nominis. Forte propterea et Nerea et Protea fatidicos Deos esse crediderunt Veteres. *Clericus.*

235. — οὐδὲ θεμιστέων
Λήθεται, ἀλλὰ δίκαια καὶ ἤπια
δήνεα οἶδεν]

Quaeritur quid proprie significet vox δήνεα, quae et apud *Homerum* aliquoties occurrit. Iliad. Δ, 361. Agamemnon de Vlysse: ἤπεα δήνεα οἶδε. Interpretantur vulgo βουλεύματα *consilia*, dictaque ea vult *Eustathius*, ad locum allatum *Homeri*, παρὰ τὸ δήν, ὃ σημαίνει τὸ ἐπὶ πολύ. ἀφ' ἧς καὶ δηναιὸς ὁ πολυχρόνιος· χρόνου γὰρ χρεία τοῖς ὀρθὰ βουλευομένοις: a δήν, *id est, diu, vnde et* δηναιὸς *longaeuus. Tempore enim opus est iis, qui recta consulunt.* Similia Etymologici Magni auctor, et alia non meliora habet. Quoniam vero hic mentio sit iustitiae, omnino crediderim δῆνος esse proprie *iudicium*, a radice Phoenicia דון *doun*, iudicare, vnde דין *din*, aut דינא *dino*, iudicium, quod a voce δῆνος, si pronunties H vt I, sola terminatione in Σ differt. *Clericus.*

Οὐδὲ θεμιστέων — λήθεται] Hanc ob causam videtur Horatius Nereum potissimum elegisse, qui nauiganti Paridi fata caneret. Non modo ob veritatis amorem, vt ait Dacierius, quem ei attribuit Hesiodus, sed etiam ob aequitatis et iustitiae studium, quam Paris per raptum Helenae tam insigniter violauerat. *Rob.*

237. Θαύμαντα] Iridis patrem. *Guietus.*

Θαύμαντα μέγαν] Cum Thaumas quidem dicatur filius Nerei et pater Iridis, oportet ea voce intelligi quidpiam, cuius natura sit affinis mari et Iridi. Cum vero sit ille filius Terrae, necesse etiam est quod vocatur Thaumas posse dici e terra oriri. Vix ergo aliud esse potest, quam nescio quod Numen, quod sit vaporum et nubium praeses; nam haec nascuntur ex mari et terra, et pariunt Iridem. Ita dictum fuerit, quod meteora hominibus sint

Γαίῃ μισγόμενος, καὶ Κητὼ καλλιπάρῃον,
Εὐρυβίην τ' ἀδάμαντος ἐνὶ φρεσὶ θυμὸν ἔχουσαν,
Νηρῆος δ' ἐγένοντο μεγήρατα τέκνα θεάων 240
Πόντῳ ἐν ἀτρυγέτῳ, καὶ Δωρίδος ἠϋκόμοιο,

Terrae commiſtus, et Ceto formoſam,
Eurybiamque, ferreum in pectore animum habentem.
Ex Nereo porro prognatae ſunt perquam amabiles filiae Dearum
Ponto in infructuoſo, et ex Doride pulcra,

238. Γαίης Ald. καλλιπάρηον Ald. καλλιπάρειον B. 109. 239. ἀδάμαντα R. S. 240. μεγήρατα Trinc. μεγήρετα Ald. Iunt. 1. 2. Steph. Commel. Heinſ.

ſint *admirationi*, aut a verbo Graeco θαυμάζειν, aut a Phoenicia voce תמה *thamah*, quae idem ſonat, et a qua Graecum verbum deductum eſt. Homines, vt verbis *Lucretii* vtar, e Lib. VI.

— *mirantur qua ratione*
Quaeque geri poſſint, praeſertim rebus in illis,
Quae ſupra caput aetheriis cernuntur in oris. Clericus.

Ἀγήνορα Φόρκυν] Hic videtur homo fuiſſe, qui nauigationis peritus fuerit, et remotiſſimas oras nauibus adierit. Nam cum res ipſa hoc oſtendat, vt poſtea videbimus, Radix פרק *phrak* apud Syros eſt *diſceſſit, amouit ſe* etc. *Clericus.*

238. Κητὼ καλλιπάρηον] An. κητὼ a κῆτος? placet. *Guietus.*

Κητὼ καλλιπάρηον] Neſcio quare *Heſiodus* Cetonem pulcram vocet. Si enim pulcra fuit, habuit diſſimillimas ſibi filias, vt poſtea videbimus. Ex filiabus ſi coniiciamus de matris nomine, iudicabimus dictam a radice קוט *Kout*, faſtidire, litigare. Soror eius nomen Graecum habet, ſed mali etiam ominis, nec melior fuit filiabus ſororis, cum dicatur

Εὐρυβίη ἀδάμαντος ἐνὶ φρεσὶ θυμὸν ἔχουσα.

Eurybie ferreum animum in pectore habens. Clericus.

240. Νηρῆος δ' ἐγένοντο] Subintell. ἐκ. μεγήρατα, hoc eſt, μεγάλως ἐπήρατα. Etym. *Guietus.*

Μεγήρατα τέκνα Θεάων, πόντῳ ἐν ἀτρυγέτῳ] Hae ſunt nymphae marinae, hoc eſt, animi eorum qui in mari olim perierant, aut etiam eorum qui inſulas Maris Interni primi coluerant. Nomina illis Graeca, pro arbitrio, impoſuerunt Poetae. *Clericus.*

241. Τελήεντος ποταμοῖο] Hoc eſt, μεγάλε. *Guietus.*

Τελήεντος ποταμοῖο] Hoc eſt, extremi, a τέλος, *finis.* Clericus.

Κύρης Ὠκεανοῖο τελήεντος ποταμοῖο,
Πρωτώ τ', Εὐκράτη τε, Σαώ τ', Ἀμφιτρίτη τε,
Εὐδώρη τε, Θέτις τε, Γαλήνη τε, Γλαύκη τε,
Κυμοθόη, Σπειώ τε, Θοή, Θαλίη τ' ἐρόεσσα,
Καὶ Μελίτη χαρίεσσα, καὶ Εὐλιμένη, καὶ Ἀγαυή,
Πασιθέη τ', Ἐρατώ τε, καὶ Εὐνείκη ῥοδόπηχυς,
Δωτώ τε, Πρωτώ τε, Φέρουσά τε, Δυναμένη τε,
Νησαίη τε, καὶ Ἀκταίη, καὶ Πρωτομέδεια,
Δωρὶς, καὶ Πανόπη, καὶ εὐειδὴς Γαλάτεια
Ἱπποθόη τ' ἐρόεσσα, καὶ Ἱππονόη ῥοδόπηχυς,
Κυμοδόκη θ', ἣ κύματ' ἐν ἠεροειδέϊ πόντῳ,
Πνοιάς τε ζαθέων ἀνέμων, σὺν Κυματολήγῃ,
Ῥεῖα πρηΰνει, καὶ ἐϋσφύρῳ Ἀμφιτρίτῃ·
Κυμώ τ', Ἠιόνη τε, ἐϋστέφανός θ' Ἁλιμήδη,
Γλαυκονόμη τε Φιλομμειδὴς, καὶ Ποντοπόρεια,
Λειαγόρη τε, καὶ Εὐαγόρη, καὶ Λαομέδεια·

Filia Oceani vltimi fluuii,
Protoque, Eucrateque, Saoque, Amphitriteque,
Eudoraque, Thetisque, Galeneque, Glauceque,
Cymothoë, Spioque, Thoë, Thaliaque iucunda,
Et Melita gratiosa, et Eulimene et Agaue,
Pasitheaque, Eratoque, et Eunice roseis lacertis praedita,
Dotoque, Protoque, Pherusaque, Dynameneque,
Nesaeaque, et Actaea, et Protomedia,
Doris, et Panope, et speciosa Galatea,
Hippothoëque amabilis, et Hipponoë roseis lacertis praedita,
Cymodoceque, quae fluctus in obscuro ponto,
Et flatus vehementium ventorum, vna cum Cymatolege,
Facile mitigat, et cum pulcros talos habente Amphitrite:
Cymoque, Eioneque, pulchreque coronata Halimede,
Glauconomeque hilaris, et Pontoporia,
Liagoreque, et Euagore, et Laomedia:

243. εὐκράντη Steph. marg. 245. Σπειώ τε Θοὴ Ald. Trinc. Com. 246. et 247. transponuntur in B. 109. R. S. et Iunt. 1. 247. Εὐνεικὴ Ald. 249. Νησσαίη καὶ B. 109. R. S. 252. κύμαθ' Iunt. 2. 254. πραΰνει B. 109. Trinc. σὺν τε ἰὐσφ. Trincav. In edit. Rob. est ἰὐσφύρῳ. 255. ἰὐφαντὸς Ald. Ἑλιμήδη B. 109. 256. φιλομειδὴς Ald. Iunt. 1. 2. Trinc.

Πολυνόμη τε, καὶ Αὐτονόη, καὶ Λυσιάνασσα,
Εὐάρνη τε φυὴν τ' ἐρατὴ, καὶ εἶδος ἄμωμος·
Καὶ Ψαμάθη χαρίεσσα δέμας, δίη τε Μενίππη·
Νησώ τ', Εὐπόμπη τε, Θεμιστώ τε, Προνόη τε·
Νημερτής θ', ἣ πατρὸς ἔχει νόον ἀθανάτοιο.
Αὗται μὲν Νηρῆος ἀμύμονος ἐξεγένοντο
Κοῦραι πεντήκοντα, ἀμύμονα ἔργ' εἰδυῖαι.
Θαύμας δ' Ὠκεανοῖο βαθυῤῥείταο θύγατρα
Ἠγάγετ' Ἠλέκτρην. ἡ δ' ὠκείαν τέκεν Ἶριν,

Polynomeque, et Autonoë, et Lysianaſſa,
Euarneque tam indolis gratae, quam inculpatae formae.
Et Pſamathe decora corpore, diuinaque Menippe:
Neſoque, Eupompeque, Themiſtoque, Pronoëque,
Nemertesque, quae patris habet animum immortalis.
Hae quidem ex Nereo inculpato procreatae ſunt
Filiae quinquaginta, inculpata opera callentes.
Thaumas vero Oceani profundiflui filiam
Duxit Electram. haec autem celerem peperit Irim,

258. Αὐτονόμη Ald. 259. τ' abeſt in Cod. B. 109. 260. ψαμάτη Trinc. 261. Θεμισώ Ald. 265. ὠκεανῦ Iunt. 1. 2. βαθυῤῥίταο Iunt. 1. 2. 266. ἡ δ' Ald.

262. Αὗται μὲν Νηρῆος ἀμύμονος ἐξεγένοντο
Κοῦραι πεντήκοντα, ἀμύμονα ἔργ' εἰδυῖαι]
Hos duos verſus attuli propter vocem ἀμύμων. Proprie quidem ſignificat *quod reprehendi nequit, quod nullum ſit in eo vitium.* Venit enim ex eadem radice ac Μῶμος, de quo antea ad v. 214. Auctor Etymologici: παρὰ τὸ μῶμος, γίνεται ἄμωμος, ἀμώμων, καὶ τροπῇ τοῦ Ω in Υ ἀμύμων, ὡς χελώνη καὶ χελύνη. ὁ ἀμώμητος καὶ ἄψογος. Attamen hoc in loco et multis aliis malim, neglecta Etymologia, vertere *egregius, eximius*; nimirum, in ſuo genere. Paſſim apud *Homerum*, Achilles dicitur ἀμύμων, in quo certe plurima fuere, quae merito poterant reprehendi, *ſuperbia, ferocitas, crudelitas* etc. Sed ita vocatur, quia erat egregius miles. *Clericus.*

266. Ὠκείαν τέκετ' Ἶριν] Cum Veteres animaduerterent arcum coeleſtem cerni cum plueret, facile intellexerunt ortum eum ex pluuia; quo facto, vt a mari oriri dicant Poetae. Sed propter elegantiam colorum, crediderunt, aut ſe credere finxerunt ſcalam eſſe

Ἠϋκόμους θ' Ἁρπυίας, Ἀέλλώ τ', Ὠκυπέτην τε,
Αἵ ῥ' ἀνέμων πνοιῇσι καὶ οἰωνοῖς ἅμ' ἕπονται,
Ὠκείῃς πτερύγεσσι· μεταχρόνιαι γὰρ ἴαλλον.
Φόρκυϊ δ' αὖ Κητὼ Γραίας τέκε καλλιπάρῃος, 270

Pulchricomasque Harpyias, Aëlloque, Ocypetenque,
Quae ventorum flamina, et aues adsequuntur
Pernicibus alis. sublimes enim volitant.
Phorco post haec Ceto Graeas peperit formosa,

268. Α ῥ' Ald. πνοῇσι Iunt. 1. 2. ἕσσονται Iunt. 1. 2. 269. Ὠκείῃ Ald. πτερύγεσσιν Iunt. 1. 2. 270. φόρκυ B. 109. καλλιπαρήιος B. 109. Ald. Iunt. 1. 2. Trinç. Steph. Com. καλλιπαρήιος R. S.

esse e coelo demissam, per quam nuntii a Diis ad homines descenderent. Illi autem spiritus, quos nos Graeca voce appellamus *Angelos*, hoc est, nuntios, ab Hebraeis vocantur quandoque עירים *hirim*, vel *irim*, hoc est, aut *vigiles*, aut *monitores*. Hinc ergo factum nomen *Iridis*, nuntiae Deorum, quae propterea dicitur *celer*, quod Deorum nuntii celerrimi esse existimarentur. *Clericus*.

267. Ἁρπυίας] Vltima correpta. Dorismus. vt supra κέρας, τροπάς. *Guietus*.

Ἠϋκόμους θ' Ἁρπυίας καὶ τὰ ἑξῆς] Ostendimus multis, in Differt. de *Statua Salina*, Harpyias esse locustas, quas hic facit *Hesiodus* Thaumantis Meteororum Praesidis filias, quia ex nubibus saepe ferri videntur; μεταχρόνιαι γὰρ ἴαλλον, *sublimes enim volant*. Vide quae illic diximus. *Clericus*.

268. Αἵ ῥ' ἀνέμων] Hyperbole apud Latinos frequens, *Volat Ocior Euro*. Sed merito culpandus est Noster, qui cum ventorum celeritatem Harpyiis attribuisset, easdem statim auibus aequiparando nobilem hanc imaginem deprimit, atque imminuit. Haud ita Horatius; qui huiusmodi comparationibus simul vsus, per Climacem tamen assurgit fortiorem Hyperbolen posteriore loco adhibens. Carm. l. 1. od. 16. *Ocior ceruis et agente nimbos, Ocior Euro*. Rob.

270. Γραίας τέκε καλλιπάρῃος] Vox γραία idem sonat Graece, ac Γραῦς *anus*. Inde finxerunt Poetae *Graeas* fuisse canas, cum nascerentur. At si scribamus בראה *graab*, vel בריאה *griah*, vox deduci poterit a radice, quae apud Arabas et Chaldaeos significat *audax, animosus fuit, irritauit*; quae significatio non male quadrat in Phorcynis filias. Quod addit

Hesiodus

Ἐκ γενετῆς πολιάς, τὰς δὴ Γραίας καλέσσιν
Ἀθάνατοί τε θεοὶ, χαμαὶ ἐρχόμενοί τ' ἄνθρωποι.
Πεφρηδώ τ' εὐπέπλον, Ἐνυώ τε κροκόπεπλον,
Γοργάς θ', αἳ ναίουσι πέρην κλυτοῦ Ὠκεανοῖο,

A partu canas, quas ob id Graeas vocant
Immortalesque Dii, humique incedentes homines.
Pephredoque pulchro peplo, Enyoque croceo peplo,
Gorgonesque, quae habitant trans celebrem Oceanum,

272. χαμαὶ Ald. Trinc. τ' ἐρχομ. ἄνδρ. Ald. 273. ἐννὼ Iunt. 1. 2.

Heſiodus a Diis aeque ac ab hominibus vocatas γραίας, perinde eſt ac ſi diceret antiquiſſimum hoc earum eſſe nomen. Vide not. ad v. 195. *Clericus.*

272. Χαμαὶ ἐρχόμενοι ἄνθρωποι] Haud paullo elegantius legas ἑρπόμενοι *repentes*, cum ἔρχεσθαι rarius ſignificet *incedere*. *Clericus.*

272. Ἐρχόμενοι] Fruſtra eſt Vir doctus, qui ἔρχεσθαι rarius ſignificare *incedere* contendit. Sed ita prorſus ſcripſit Homer. Il. ε, 441 ſeqq. Οὔποτε φῦλον ὁμοῖον Ἀθανάτων τε θεῶν, χαμαὶ ἐρχομένων τ' ἀνθρώπων. *Rob.*

273. Πεφρηδώ τε Ἐνυώ τε] Nomina haec Graeca ſunt convenientia cum nomine Phoenicio; nam Πεφρηδὼ vel, vt ſcribunt alii, Πεφριδὼ, eſt a πεφρικέναι, *inhorruiſſe*, *fremuiſſe*. Ἐνυὼ vero nomen eſt Bellonae, παρὰ τὸ ἔνω, ἐνύω, ὅ ἐϛι φονεύω, *occido*, vt conſicit *Euſtathius*. Clericus.

274. Γοργάς θ', αἳ ναίουσι πέρην κλυτοῦ Ὠκεανοῖο
Ἑσπερίδων πρὸς νυκτός· ἵν' Ἑσπερίδες λιγύφωνοι·] Phoenices, qui ab antiquiſſimis temporibus extremam Africam ad occaſum aliquatenus circumierant, cum narrarent quae in illis locis vidiſſent, a Graecis Interpretibus non ſatis intellecti, auctores fuerunt huius fabulae. Hoc intelligere licet ex *Hannonis* Periplo, in quo ſimilia narrantur iis quae antiquiores *Hannone* Poeni, aut Phoenices dixerant. Qua de re vide quae diximus in Diſſert. *de Statua Salina*, ne ea hic repetere cogamur. Πέρην ὠκεανοῖο, eſt hic aut *ad Oceanum*, aut in inſula Oceani, vt iam diximus ad v. 215. *Contra eosdem* (Catoblepas) *ſunt inſulae Gorgades*, *domus*, *vt aiunt*, *aliquando Gorgonum*. Verba ſunt *Pomp. Melae* Lib. III. c. 11. qui ſubiicit: *ipſae terrae promunturio*, *cui* ἑσπέρας *nomen eſt*, *finiuntur*, vnde colligere licet intelligi inſulas, quae dicuntur *Promunturii Viridis*. Attamen quae retulit *Hanno* de inſula, in qua mulieres

Ἐσχατιῇ πρὸς νυκτός· ἵν' Ἑσπερίδες λιγύφωνοι,
Σθεινώ τ', Εὐρυάλη τε, Μέδουσά τε λυγρὰ παθοῦσα.
Ἡ μὲν ἔην θνητή, αἱ δ' ἀθάνατοι καὶ ἄγηρω
Αἱ δύο· τῇ δὲ μιῇ παρελέξατο Κυανοχαίτης,
Ἐν μαλακῷ λειμῶνι, καὶ ἄνθεσιν εἰαρινοῖσι.
Τῆς δ' ὅτε δὴ Περσεὺς κεφαλὴν ἀπεδειροτόμησεν,

In extrema parte ad noctem: vbi Heſperides argutae,
Sthenoque, Euryaleque, Meduſaque, grauia perpeſſa.
Ipſa erat mortalis, aſt aliae immortales, et ſenio non obnoxiae
Duae: cum vna concubuit caerulea, caeſarie Neptunus
In molli prato et floribus vernis.
Eius autem Perſeus caput cum amputaſſet,

275. ἑσπεριάδες Iunt. 1. 2. 276. Σθένω τ' Ald. Iunt. 1. 2. Σθένω etiam cod. B. 109. 277. ἀγήρως B. 109. Ald. Iunt. 1. 2. Trinc. Steph. Com. 279. λειμῶνι Ald. Inter verſus 279. et 280. Ald. et Steph. interponit v. 288. 280. Περσεὺς edit. Rob. vitioſe. ἀπεδηροτόμησεν Iunt. 1. 2.

mulieres inueniebantur, ex quibus nata Gorgonum fabula, melius quadrant in inſulam Gambiam, inter duo oſtia Nigri fluuii, e regione Gorgadum, ſitam. Idem *Mela*, memoratis Africae incolis ignis vſus ignaris: *Super eos*, inquit, *grandis littoris flexus grandem inſulam includit; in qua tantum FOEMINAS eſſe narrant, toto corpore hirſutas, et ſine coitu marium ſua ſponte foecundas; adeo aſperis efferisque moribus, vt quaedam contineri, ne reluctentur, vix vinculis poſſint. Hoc Hanno retulit, et quia detracta occiſis coria pertulerat, fides habita eſt.* Haec autem loca dicuntur eſſe ad *extremam noctem*, quod Veteres crederent in vltimo occaſu aeternam eſſe noctem, quaſi illic Sol exſtingueretur. *Clericus.*

276. Στεινώ τε etc.] Gorgones hae ſunt, quae *Heſperides* etiam generis nomine vocabantur; *Heſperides* enim erant omnes illae occidentales Nymphae. *Clericus.*

280. Τῆς δ' ὅτε δὴ Περσεὺς
κεφαλὴν ἀπεδειροτόμησεν,
Ἐξέθορε Χρυσάωρ τε μέγας,
καὶ Πήγασος ἵππος.]

Vnde ſingulae circumſtantiae huius fabulae natae ſint, nemo dixerit. Sed ſummatim coniicere eſt latere hic aliquid veri, de equis ex vltima Africa in Aſiam auectis. Eius rei haec clara ſunt veſtigia. Primo *Perſeus* commode deducitur a vōce Phoenicia פרשא *pharſcho*, hoc eſt, eques; quae deriuatio optime in eum quadrat, cum Pegaſo veheretur, equo alato. Secundo, ſi ſcribas vocem Πήγασος Phoenicie, hoc modo,

Ἐξέθορε Χρυσάωρ τε μέγας, καὶ Πήγασος ἵππος.
Τῷ μὲν ἐπώνυμον ἦν, ὅτ' ἄρ' Ὠκεανῷ περὶ πηγὰς
Γένθ', ὁδ' ἄορ χρύσειον ἔχεν μετὰ χερσὶ φίλῃσι.

Exsiliit Chrysaor magnus, et Pegasus equus.
Huic quidem cognomen erat, quod Oceani apud fontes
Natus esset; ille vero ensem aureum tenebat manibus

281. χρυσάορ B. 109. Ald. Trinc. Sic quoque Ald. v. 287. 282. ἦν B. 109. Ald. Iunt. 1. 283. Γένθ' Trinc. atque ita edidit Rob. vulgo Γείνθ'. In Iunt. 1. et 2. est γένεθ'. ἔχων Iunt. 1. 2. Trinc. χερσὶν φίλῃσιν Iunt. 1. 2.

*פגסום *pagsous*, vocem habebis compositam ex פג *pag*, hoc est, *lupatum*, et סום *sous*, hoc est, equus. Tertio, notissimum est Mauros et Numidas extremae Africae incolas semper equis abundasse, atque ex iis pugnasse. Nihil frequentius in Romana Historia occurrit. Quin et videtur pars aliqua illarum Gentium *Persarum* vocabulo dicta, eadem de causa, non quod ex Perside venissent. *Sallustius* in Bello Iugurthino, eius rei meminit, quasi *ex Punicis libris, qui Hiempsalis regis dicebantur*; sed eos ex reliquiis exercitus Herculis fuisse vult. *Postquam in Hispania Hercules, sicut Afri putant, interiit; exercitus eius compositus ex gentibus variis, amisso duce, ac passim multis sibi cuique imperium petentibus, breui dilabitur. Ex eo numero Medi, PERSAE, et Armenii, nauibus in Africam transuecti, proxumos nostro mari locos occupauere. Sed PERSAE intra Oceanum magis, hique alueos nauium inuersos pro tuguriis habuere.* Graeci postea Argiuo suo *Perseo* tribuerunt, quae de gente cognomine a Phoenicibus audiuerant, omniaque mendaciis nouis incrustarunt. Credibile est, occisis custodibus, abductos fuisse equorum greges ex Africa in Asiam. *Clericus.*

281. Ἐξέθορε χρυσάωρ] Scribe: ἐκθορε χρυσάωρ. *Guietus.*

282. Ὠκεανῷ περὶ πηγὰς] Absurda deriuatio, cum fluuiorum proprie *fontes* dicantur, non maris. Sed *Hesiodus* non semel vocat Oceanum ποταμὸν, *fluuium*. Clericus.

283. Γείνεθ', ὁδ' ἄορ] Scribe: γένθ' ὁδ' ἄορ. *Guietus.*

Ὁ δ' ἄορ χρύσειον ἔχεν] Hinc dictus, si Graecis credimus, *Chrysaor*, quem vellem, ab *Hesiodo* descriptum. Certe munus quod illi tribuit ferendi fulminis et fulguris, vel eorum custodis, colligere est ex eius nomine Phoeniciis litteris scripto, nam חארים־אור *bharisor*, vel *chrisaor*, significat *custodem ignis*;

* Vide *Sam. Bochartum* Hierozoïci P. I. Lib. 2. c. VI.

Χ' ὡ μὲν ἀποπ]άμενος, προλιπὼν χθόνα μητέρα μήλων,
Ἵκετ' ἐς ἀθανάτους· Ζηνὸς δ' ἐν δώμασι ναίει 285
Βροντήν τε στεροπήν τε φέρων Διὶ μητιόεντι.
Χρυσάωρ δ' ἔτεκε τρικάρηνον Γηρυονῆα,

Et ille quidem cum auolaſſet, relicta terra matre malorum,
Peruenit ad immortales: Iouis vero in domo habitat,
Tonitruque et fulgur ferens Ioui prudenti.
Chryſaor porro genuit tricipitem Geryonem,

287. ἔτεκεν τρικέφαλον Iunt. 1. 2. τρικέφαλον etiam Ald. codd. B. 109. et R. S.

ignis; cum חרים *cuſtodem*, apud Arabas et apud Hebraeos, aliosque Orientales populos, אור *or* non modo *lucem*, ſed et *ignem* ſonet. Haec oſtendunt Phoeniciam eſſe fabulam, etiamſi omnibus eius ambagibus expedire nos non poſſe videmur, ſine filo quopiam Ariadnes. *Clericus.*

284. Χ' ὡ μὲν ἀποπ]άμενος] Erat igitur alatus, non ſecus ac Pegaſus. *Alae* autem celeritatem ſignificant. *Clericus.*

Χθόνα μητέρα μήλων] Hoc eſt, *terram matrem malorum cizreorum*, non *ouium*; vt intelligere licet ex iis, quae diximus de Heſperidum hortis. *Clericus.*

287. Τρικάρηνον Γηρυονῆα] Quare ex Chryſaore natus dicatur Geryon, vel Geryoneus, ignoremus neceſſe eſt, quia de Chryſaore nimis pauca habet *Heſiodus*; nam recentiores nihil moror, nouis mendaciis veteres hiſtorias nimium corrumpentes. Hoc vnum dici poteſt, patriam Chryſaoris fuiſſe continentem Africam, ſedes vero Geryonis inſulam ab ea non remotam, ſed propiorem Hiſpaniae, de qua inſula poſtea dicemus. Quaeſiuerunt dudum Grammatici, quorum coniecturas collegit *N. Loydius* in Lexico Hiſtorico-Poetico, quare Geryoni tributa ſint tria capita. Nos ex Lingua Phoenicia rem deducendam putamus, cum Tyrii inſulam illam habuerint, ab Hercule Tyrio occupatam. Cum ergo Hercules, hoc eſt, mercator Tyrius, in eam inſulam exſcenſionem feciſſet, occurrerunt illi tres globi eius incolarum; quos ille, cum Phoenicibus ſuis, vicit. 'Res autem ita Phoenicia Lingua exprimatur: הכה שלש ראשי גריהם *icchah ſcheloſch raſche gerehem*, aut more Syriaco גרהון *grehoun*, hoc eſt ad verbum, *percuſſit tria capita grehoun*, quae vltima vox ſi pro nomine proprio viri ſumatur, ſtatuetur fuiſſe vir quidam triceps nomine *Geryon*. Sed eſt appellatiua, ſignificatque *illorum incolarum*;

Μιχθεὶς Καλλιρόῃ κούρῃ κλυτῆ Ὠκεανοῖο.
Τὸν μὲν ἄρ' ἐξενάριξε βίη Ἡρακληείη,
Βουσὶ παρ' εἰλιπόδεσσι, περιῤῥύτῳ ἐν Ἐρυθείῃ· 290

Miſtus Calliroae filiae nobilis Oceani.
Illum quidem armis exuit Hercules,
Boues apud flexipedes, circumflua in Erythia:

288. Deeſt hic verſ. hoc loco in Ald. Iunt. 1. 2. Steph. Deeſt etiam in cod. B. 109. et in eo poſt v. 277. inſeritur. 289. ἐξενάριζε Trinc. Ἡρακηείῃ Ald. Ἡρακλείῃ Iunt. 1. 2. 290. Βουσὶν ἐπ' εἰλιπόδεσσι Iunt. 1. 2. ἐν Iunt. 2.

colarum; et ſenſus loquutionis Phoeniciae hic eſt: *tria agmina incolarum cecidit.* Nam Phoenicie ראשים *roſchim* dicuntur etiam *agmina.* Hinc nata videtur fabula tricipitis Geryonis. *Clericus.*

289. Βίῃ Ἡρακληείῃ] Hoc eſt, Hercules, de quo dicemus ad *Scutum.* Clericus.

290. Βουσὶ παρ' εἰλιπόδεσσι περιῤῥύτῳ ἐν Ἐρυθείῃ] Quae de hac inſula collegit *Sam. Bochartus* Chan. Lib. I. c. 24. non repetam. Ille eam a Tyriis conditam, Veterum conſenſu oſtendit. Sed ex *Hecataeo* negat Herculem Argiuum vmquam in haec loca nauigaſſe, nititurque probare in Erythia non fuiſſe boues, quod gramen eſſet illic ſiccius quam vt bobus ſaginandis par eſſet; quam in rem profert verba *Strabonis*, in quibus oues, non boues ſaginatae dicuntur in Erythia. At verum quidem eſt Argiuum Herculem non omnia feciſſe quae ei tribuuntur, vt oſtendemus in *Scutum.* Sed verba *Strabonis* nequaquam oſtendunt ſaginari non potuiſſe boues in Erythia inſula, cum idem gramen; quo vſque adeo diſtendebantur oues, vt niſi trigeſimo die mitteretur iis ſanguis, ſuffocarentur; idem, inquam, gramen poſſet boues ſaginare. Sic ille loquitur Lib. III. p. 117. Ed. Geneuenſis Caſaubonianae: Ἐρυθείαν τὰ Γάδειρα ἔοικε λέγειν ὁ Φερεκύδης, ἐν ᾗ τὰ περὶ τὸν Γηρυόνην μυθεύεσιν. Ἄλλοι δὲ τὴν παραβεβλημένην ταύτῃ τῇ πόλει νῆσον, ποθμῷ σαδικῷ διειργομένην· τὸ εὔβοτον ὁρῶντες, ὅτε τῶν νεμομένων αὐτόθι προβάτων τὸ γάλα ὀρὸν ἀποιεῖ· τυροποιοῖσι δὲ πολλῷ ὕδατι μίξαντες διὰ τὴν ποιότητα· ἐν τριάκοντά τε ἡμέραις πνίγεται τὸ ζῷον, εἰ μή τις ἀποσχάζει τι τοῦ αἵματος· ξηρὰ δέ ἐστιν ἣν νέμονται βοτάνην, ἀλλὰ πιαίνει σφόδρα. τεκμαίρονται δ' ἐκ τοῦ πεπλάσθαι τὸν μῦθον τὸν περὶ τὰ βουκόλια τοῦ Γηρυόνου. *Erytheam Gadira videtur vocare Pheretydes, in qua quae de Geryone dici*

Ἤματι τῷ, ὅτε πρῶτ βῶς ἤλασεν εὐρυμετώπους
Τίρυνθ' εἰς ἱερὴν, διαβὰς πόρον Ὠκεανοῖο,
Ὄρθρον τε κτείνας, καὶ βουκόλον Εὐρυτίωνα,

Die illo cum boues egit latas frontes habentes
Tirynthum in ſacram, cum traieciſſet Oceanum
Orthroque interfecto, et bubulco Eurytione,

291. in ed. Rob. perperam legitur ἤλασιν. 293. et 309. Ὄρθρον edidit Rob. cum vulgo eſſet Ὄρθον. Sic et v. 327.

dici ſolent fabulantur contigiſſe. Alii eo nomine vocant inſulam obiectam huic vrbi, et freto vnius ſtadii diremtam; videntes bonitatem paſcuorum, cum ouium illic paſcentium lac ſerum non faciat. Caſeum vero faciunt admiſta multa aqua, propter pinguedinem; et triginta diebus ſuffocatur pecus, niſi quis ei aliquantum ſanguinis mittat. Herba qua paſcuntur ſicca eſt, ſed valde ſaginat. Hinc colligunt fictam eſſe fabulam de armentis Geryonis. Integra verba adſcripſimus, vt appareat nullius ponderis eſſe rationem viri ſummi; herba enim, quae vsque adeo ſaginabat oues, non ſemper ſicca erat, et poterat etiam ſicca ſaginare boues, cum non minus paſcantur foeno, quam viridi gramine. Idem dura Etymologia vult dictam inſulam *Erythiam*, a voce Phoenicia עשתרות *haſtharoth*, hoc eſt, *greges ouium*, quam verterint Graeci ἄρυ Ἐρύθης, *vrbs Erythae*. Nos multo commodius deriuamus a voce ערות *haroth*, quae *gramina*, aut *herbas virides* ſonat, Eſai. XIX, 7. Poſtea dicta eſt *Aphrodiſias*, et *inſula Iunonis*, a templis Deae Tyriorum *Aſtartes*, quam Graeci et *Venerem* et *Iunonem* interpretabantur. Adi *Bochartum* loco laudato, et *Claud. Salmaſium* in *Solinum* p. 201. Ed. Vltraiect. *Clericus.*

Βῶσὶ πάρ] Haud aliter narrat Homerus caedem Andromaches fratrum Il. ζ, 423 ſqq. Κατέπεφνε ποδάρκης δῖος Ἀχιλλεὺς Βώσὶν ἐπ' εἰλιπόδεσσι καὶ ἀργεννῆς ὀΐεσσι. *Rob.*

293. Ὄρθον τε κλείνας] Ὄρθρον. Orthrum. *Guietus.*

Ὄρθον τε κλείνας καὶ βουκόλον Εὐρυτίωνα] *Orthum* canem fuiſſe Geryonis docet *Heſiodus* v. 309. eumque Echidnae et Typhonis foetum facit; ſine dubio quia fingebatur δικέφαλος, vt docet *Apollodorus* Bibl. Lib. II. C. IV. §. 10. a quo etiam vocatur Ὄρθρος. Dicebatur a Phoenicibus אתריראש *othreroſch*, hoc eſt, *biceps*, a תרי *thre*, duo, et ראש *roſch*, caput, et praefixo א, quod in nominibus frequens eſt. Ex *Othreros* factum *Orthros* et *Orthos*, corruptione facili. Malim tamen

Σταθμῷ ἐν ἠερόεντι, πέρην κλυτῆ Ὠκεανοῖο.
Ἡ δ' ἔτεκ' ἄλλο πέλωρον, ἀμήχανον, οὐδὲν ἐοικὸς 295
Θνητοῖς ἀνθρώποις, οὐδ' ἀθανάτοισι θεοῖσι,
Σπῆϊ ἐνὶ γλαφυρῷ, θείην κρατερόφρον' Ἔχιδναν.

Stabulo in obſcuro, trans inclytum Oceanum.
Ipſa inſuper peperit aliud monſtrum, ingens, nihil ſimile
Mortalibus hominibus, neque immortalibus Diis,
Specu in concauo, diuinam animo infracto Echidnam:

295. Ἡ δ' ἔτεκεν Ald. πέλωρος Trinc. 296. Θνητοῖ Ald.

apud *Heſiodum* ſcribi Ὄρθρος, quia minus abit ab origine Phoenicia. Cani autem *bicipiti* nomen inditum forte eſt a Phoenicibus, ob frequentem latratum, cui caput vnum ſufficere vix videbatur. Εὐρυτίων eſt רורעה־צאן *barobe-tſon*, paſtor ouium, qui ſimul bubulcus eſſe potuit. Nomen Phoenicium in Graecum non infrequens, cum ſimilis ſoni eſſet, mutatum eſt. *Clericus.*

Ὄρθον] Mſ. Bodl. 109. legit Ὄρθρον, quem reſtitui. *Rob.*

294. Σταθμῷ ἐν ἠερόεντι] Caliginoſum ſtabulum dicitur, quia erat in ſpelunca, quemadmodum Polyphemi apud *Homerum*, et Caci apud *Virgilium*. Clericus.

297. Κρατερόφρον' Ἔχιδναν.] *Heſiodus*, nulla habita ratione temporum et locorum, Meduſae, quia monſtrum erat, progeniem fuiſſe narrat monſtra omnia, quae priſcis fabulis erant inclyta; pro more, quem non ſemel obſeruauimus, et quo natura affinia matrimoniis et conſanguinitatibus coniungit. Meduſa, vt vidimus, erat Nympha Heſperis, hoc eſt, extremae Africae, ad occaſum. Hic vero filiam eius *Echiduam* collocat ἐν Ἀρίμοις, hoc eſt, in vna ex regionibus, quae a Syris dicebatur ארם *aram*; quae orae omnes erant ad orientem Maris Interni, circa Euphratem, vt oſtendit multis *Ioan. Seldenus* in Proleg. Operis de Diis Syris, et *Sam. Bochartus*, in *Phalego*, et quis non? Res enim eſt lippis et tonſoribus nota.

At non ita vulgo notum, quare Ἔχιδνα in Syria eſſe dicatur, et cum Typhone connubio iuncta, et ſub terra, in profundiſſimis cauernis. Latet hic veriſſima hiſtoria, quam narrarant Graecis Phoenices, quippe quae contigerat in regione ipſis finitima; ſed quam Graeci Interpretes non adſequuti ſunt, propter ambiguitatem vocum. Ἄριμοι dicitur tractus Palaeſtinae, in quo erant *Sodoma*, *Gomurra*, *Adma*, et *Tſebohimi*, quarum incolae

voce

Ἥμισυ μὲν νύμφην ἐλικώπιδα, καλλιπάρῃον,
Ἥμισυ δ' αὖτε πέλωρον ὄφιν, δεινόν τε μέγαν τε,
Ποικίλον, ὠμηστὴν, ζαθέης ὑπὸ κεύθεσι γαίης. 300

Dimidiam nympham, nigris oculis, pulcris genis,
Dimidiam item ingentem serpentem, horrendumque et magnum,
Varium, crudiuorum, diuinae sub cauernis terrae.

298. ἑλικώπιδα Iunt. 1. 2. καλλιπάρηον Ald. 300. ὠμιστὴν Trincav. ζαθέοις ὑπὸ κεύθμοσι B. 109.

voce טיפא *tipho* signabantur, quia submersi erant in lacu Asphaltite, nam ea vox *submersum* sonat. Rem pluribus persequuti sumus, in Dissert. de *Sodomae subuersione*, §. VII. Vox vero Ἔχιδνα est interpretatio vocis צבוע *tscboab*, vnde factum nomen vrbis Tsebohim; nam צבוע serpentis genus est, vt ostendit *Sam. Bochartus* in Hierozoïco Part. 2. Lib. III. c. 7. Narrauerant ergo Phoenices, כי צבועי עם טיפא ירד במערות ארץ בארם *chi tsebohi him tipho jarad bimharoth erets baaram*, hoc est, *Tscboitam cum submerso descendisse in terrae cauernas, in Aramaea.* Verterunt Graeci: *vipera cum Typhone descendit* etc. Ἔχιδνα σὺν Τυφῶνι κατέβη εἰς σπηλαῖα γῆς, ἐν Ἀρίμοις. Nomen incolarum vrbis *Tsebohim* crediderunt esse nomen serpentis צבוע, et nomen appellatiuum טיפא, quo signabantur omnes submersi lacu Asphaltite, existimarunt esse nomen proprium nescio cuius monstri; qua de re iterum aliquid dicemus. *Clericus.*

Θείην κρατερόφρον' Ἔχιδ-

ναν. Miretur quis, quamobrem appellauerit Hesiodus τὴν Ἔχιδναν *diuinam*, cum iam praecedente versu dixisset eam *monstrum esse nihil simile immortalibus Diis.* Animadverte igitur, quod haec dissimilitudo intelligenda sit de forma solummodo externa; infra enim ad v. 305. dicitur de Echidna, quod sit *immortalis*, Ἀθάνατος νύμφη καὶ ἀγήρατος ἤματα πάντα. qua de causa immerito dici potest *diuina.* Porro, τὸ θεῖον quandoque vsurpatur, quasi τὸ θεητὸν, *admirabile, spectabile.* Hesych. Θεῖον, τὸ ἄξιον λόγε, ὥςε θαυμάζεσθαι. Eodem etiam sensu τὸ θεῖον vsurpari credo in descriptione illa Homerica eiusdem monstri Il. ζ, 180. — Ἡδ' ἄρ' ἔην θεῖον γένος, οὐδ' ἀνθρώπων. *Rob.*

298. Ἥμισυ μὲν Νύμφην] Hoc dicebatur quia de *Tsebohitis*, quasi de hominibus, loquebantur Phoenices. *Clericus.*

299. Ἥμισυ δ' αὖτε πέλωρον ὄφιν] Propter alteram significationem vocis צבועי. *Clericus.*

300. Ποικίλον] Hoc ad

Ἔνθα δέ οἱ σπέος ἐστὶ κάτω, κοίλη ὑπὸ πέτρη,
Τηλοῦ ἀπ' ἀθανάτων τε θεῶν θνητῶν τ' ἀνθρώπων·
Ἔνθ' ἄρα οἱ δάσσαντο θεοὶ κλυτὰ δώματα ναίειν.
Ἡ δ' ἔρυτ' εἰν Ἀρίμοισιν ὑπὸ χθόνα λυγρὴ Ἔχιδνα,
Ἀθάνατος νύμφη καὶ ἀγήρατος, ἤματα πάντα. 305
Τῇ δὲ Τυφάονά φασι μιγήμεναι ἐν φιλότητι,
Δεινόν θ', ὑβριστήν τ' ἄνεμον, ἐλικώπιδι κούρῃ.
Ἡ δ' ὑποκυσσαμένη, τέκετο κρατερόφρονα τέκνα.

Illic vero ei ſpecus eſt in imo, caua ſub petra,
Procul ab immortalibusque Diis, mortalibusque hominibus:
Ibi ſane ei deſtinarunt Dii inclytas domos incolere.
Atque coercebatur apud Syros ſub terra tetra Echidna,
Immortalis nympha et ſenii expers, diebus omnibus.
Huic Typhaonem aiunt miſtum eſſe concubitu,
Vehementem et violentum ventum, nigris oculis decorae puel-
Illa vero grauida facta peperit fortes filios. [lae

301. κοίλη et πέτρη ſine iota ſubſcr. eſt in Ald. 302. ἀπαθανάτων Ald. Trinc. 303. ἐν δ' ἄρα B. 109. δάσσαντο B. 109. Ald. Trinc. 305. ἡ ἀθάνατος Iunt. 1. 2. ἀγήραος B. 109. Ald. Iunt. 1. 2. Trinc. Steph. Heinſ. ἀγήνορος R. S. 306. Τυφάωνα Ald. Trinc. Steph. Com. 307. τ' deeſt Ald. Iunt. 1. 2. Trinc. Steph. Com. ἄνομον Iunt. 1. ἄνομον δ' B. 202. R. S. ἑλικβλεφάρῳ Iunt. 1. 2. νύμφῃ B. 109.

amuſſim quadrat in ſerpentem, qui צבוע dicitur; quae vox propriè *tinctum*, vel *pictum* ſonat; quia Serpens ille mira varietate colorum inſignis eſt, vt multis oſtendit *Bochartus. Clericus.*

Ζαθέης ὑπὸ κεύθεσι γαίης, κ. τ. ἑξῆς] Haec aeque conveniunt Serpenti, et Tſebohitis, quos terra deglutiit. *Clericus.*

301. Ἔνθα δέ οἱ σπέος] Scribe: ἔνθα δή οἱ σπέος. *Guietus.*

303. Ἔνθ' ἄρα οἱ δάσσαντο] A δαίω, δαΐσα, αΐσα, vt a δαίμων, αἴμων. *Guietus.*

307. Δεινόν θ' ὑβριστήν] Qui legerit Geneſ. C. XIX. non dubitabit quin Tſebohitae δεινοὶ et ὑβριστὴ eſſent. Sed hic ſubiicitur vox ἄνεμος *ventus*, qua homines in ventum mutantur; eo quod eſſet Τυφωνικὸς ἄνεμος, dictus forte a Phoenicibus טופון *touphon*, a radice טוף *touph*, inundare, ſubmergere, quod ſubmergat naues. Sic ob nomen ſimile, res diuerſiſſimae miſtae ſunt. *Clericus.*

Ἄνεμον] Codices nonnulli habent τ' ἄνομον θ', quae vox bene conuenit praecedentibus epithetis et characteri Typhaonis. An νόμος vero ab Heſiodo vnquam adhibeatur, vide quae adnotaui ſupra ad v. 66. *Rob.*

309. Ὀρθον]

Ὄρθρον μὲν πρῶτον κύνα γείνατο Γηρυονῆϊ.
Δεύτερον αὖτις ἔτικ]εν ἀμήχανον, ὄτι φατειὸν,
Κέρβερον ὠμηστὴν, Ἀΐδεω κύνα χαλκεόφωνον,
Πεντηκοντακάρηνον, ἀναιδέα τε κρατερόν τε.
Τὸ τρίτον, Ὕδρην αὖτις ἐγείνατο λύγρ' εἰδυῖαν
Λερναίην, ἣν θρέψε θεὰ λευκώλενος Ἥρη,
Ἄπλητον κοτέουσα βίῃ Ἡρακληείῃ.
Καὶ τὴν μὲν Διὸς υἱὸς ἐνήρατο νηλεῖ χαλκῷ
Ἀμφιτρυωνιάδης, σὺν ἀρηϊφίλῳ Ἰολάῳ,

Orthrum quidem primo canem peperit Geryoni.
Iterum ſecundo edidit partu immenſum, dirum,
Cerberum crudiuorum, Plutonis canem aenea voce,
Quinquaginta capitum, impudentemque fortemque.
Tertio, Hydram rurſus genuit pernicioſam
Lernaeam, quam enutriuit Dea albis vlnis Iuno,
Implacabiliter iraſcens Herculi.
Ac illam quidem Iouis filius occidit ſaeuo ferro
Amphitryoniades, cum bellicoſo Iolao,

309. Γηρυονῆϊ vitioſe ed. Rob. 310. φατεινὸν B. 109. 311. κύνα deeſt Steph. 312. πεντηκονταπέφαλον B. 109. R. S. Ald. Iunt. 1. 2. 314. θρέψε Trinc. Ἥρη Ald. 316. ἐνήρατο Ald. 317. Ἀμφιτρυονιάδης Trinc. ἀρηιφίλῳ Iunt. 1.

309. Ὄρθρον] Vide ad v. 293. *Clericus.*

310. Κέρβερον] Crediderim canem aptum fugandis lupis, et inuadendis aliis feris, dictum fuiſſe קרבראש *Kerbroſch*, quae vox compoſita eſt ex קרב *Krab*, praelium, et ראש *roſch*, *caput*, vel *dux*, quod dux proelii haberetur eiuſmodi canis. Verum Interpretes Graeci intellexerunt dictum כרבראש *chrabroſch*, hoc eſt, *quaſi multorum capitum*; quo factum vt nonnulli tricipitem fecerint. *Heſiodus* vero πεντηκονταπέφηνον, *quinquaginta capitum* facit, quo *Pindarus* minime contentus ἑκατονταπέφαλον *centum capitum* dixit. *Clericus.*

310. Οὔτε φατειόν] Vide quae in ſynonymam vocem adnotaui ad v. 148. *Rob.*

313. Ὕδρην] Incolae paludis Lernaeae ſignificantur, aut ſerpentes quibus ſcatebat. Dicemus in Diſſert. de *Hercule* hac de re, aliisque ad Herculem ſpectantibus. *Clericus.*

Ἡρακλέης, βουλῇσιν Ἀθηναίης Ἀγελείης.
Ἣ δὲ Χίμαιραν ἔτικτε, πνέουσαν ἀμαιμάκετον πῦρ,

Hercules, ex consiliis Mineruae Ageleae.
Tum ipsa Chimaeram peperit, spirantem terribilem ignem,

319. ἀμαιμάχετον Ald. Trinc.

319. Ἣ δὲ Χίμαιραν ἔτικτε] Chimaerae etiam meminit *Homerus* Iliados Z, eamque hisce verbis describit, v. 180.

— ἡδ' ἄρ' ἔην θεῖον γένος ἠδ' ἀνθρώπων,
Πρόσθε λέων, ὄπιθεν δὲ δράκων, μέσση δὲ χίμαιρα
Δεινὸν ἀποπνείουσα πυρὸς μένος αἰθομένοιο.

Haec certe erat diuinum genus, non hominum; ante leo, post draco, media capra, terribilemque exhalans vim ignis ardentis. *Hesiodus* posteriores etiam duos versus aut ab *Homero* mutuos sumsit, aut forte, cum vulgo ore hominum ferrentur, Poemati suo inseruit. Sed praeterea addit tria capita ei fuisse totidem animalium. *Homerus* docet id monstrum fuisse in Lycia, vbi a Bellerophonte interfectum narrat, quemadmodum *Hesiodus*. Ex hac descriptione colligere licet, quid nomine Chimaerae intellexerint. Si Phoeniciis litteris scribamus כמירה *chamirah*, comperiemus ea voce *adustam* significari, quod nomen optime conuenit ei quam fingunt *ignem spirasse*. At qui potuit fingi animal, quod ignem spiraret? Reuera non fuit animal, sed mons *Chimaera*, qui eo nomine propterea appellabatur, quod flammas eructaret. Memoriae prodiderat * *Cresias* Cnidius, ὅτι πῦρ ἐστιν ἐγγὺς Φασηλίδος ἐν Λυκίᾳ ἀθάνατον, καὶ ὅτι ἀεὶ καίεται ἐπὶ πέτρας, καὶ νύκτα καὶ ἡμέραν. Quae verba vertit *Plinius* Hist. Nat. Lib. II. c. 106. *Flagrat in Phaselide mons Chimaera, et quidem immortali diebus ac noctibus flamma.* Phaselis autem fuit pars Lyciae. De hisce montibus ita *Strabo* Lib. XIV. p. 458. Περὶ ταῦτα μυθεύεται τὰ ὄρη τὰ περὶ τῆς Χιμαίρας: *His montibus fabula Chimaerae affingitur.* Ceterum ab *Hesiodo* Chimaera fingitur habuisse tria capita, *leonis*, *caprae* et *serpentis*, forte propter tria iuga, quae iudicabantur aliquatenus referre figuram capitum illorum animalium. Anterius iugum simile censebatur capiti leonis, posticum serpentis, medium caprae; vnde nota est altera fabulae circumstantia.

Haec sunt, nisi fallor, multo similiora vero, quam quae coniecit *Bochartus*, Chanaan. Lib. I. c. 6. signari tribus Chimaerae capitibus tres duces Solymorum Pisidiae populorum, quorum

* Apud *Photium* Cod. LXXII.

Δεινήν τε, μεγάλην τε, ποδώκεά τε, κρατερήν τε.
Τῆς δ' ἦν τρεῖς κεφαλαί. μία μὲν, χαροποῖο λέοντος,
Ἡ δὲ Χιμαίρης, ἡ δ' ὄφιος κρατεροῖο δράκοντος.
Πρόσθε λέων, ὄπιθεν δὲ δράκων, μέσση δὲ χίμαιρα,
Δεινὸν ἀποπνείουσα πυρὸς μένος αἰθομένοιο.
Τὴν μὲν Πήγασος εἶλε, καὶ ἐσθλὸς Βελλεροφόντης.
Ἡ δ' ἄρα Φῖκ' ὀλοὴν τέκε, Καδμείοισιν ὄλεθρον,

Trucemque, magnamque, pernicemque, validamque.
Illius erant tria capita: vnum quidem terribilis leonis,
Alterum capellae, tertium vero ſerpentis robuſti draconis.
Ante leo, pone vero draco, in medio autem capra,
Horrende efflans ignis vim ardentis:
Hanc quidem Pegaſus occidit, et ſtrenuus Bellerophontes,
Illa ſane Sphingem exitialem peperit, Cadmeis perniciem,

321. Τῆς δ' αὖ B. 109. 323. ὄπισθε Iunt. 1. B. 109. δράκον Trinc. μέση Iunt. 1. 2. 326. Ἡ Ald. σφίγγ' B. 109. R. S. Ald. Iunt. 1. 2. Steph. Comel. Heinſ.

quorum nomina ſignificaſſe tria illa animalia putat. Nam vt ne repetam quae iam dicta ſunt, vt nomina illa ſignificent id quod vult, ſunt mutanda; quod ſi licet, in omnibus nominibus omnia inueniemus. Miror viro acutiſſimo nihil ſuboluiſſe de nomine Chimaerae; ex quo aenigmatis huiuſce mythici ſolutio pendet. *Clericus.*

321. Τῆς δ' ἦν τρεῖς κεφαλαὶ] Pro ἦσαν, vt ſupra ἔβαλε pro ἔβαλον. *Guietus.*

325. Τὴν μὲν Πήγασος εἶλε καὶ ἐσθλὸς Βελλεροφόντης] Intelligendi ſunt incolae trium memoratorum iugorum, quos Bellerophon non ſolus, ſed cum exercitu illinc deiecerit. Pegaſum illi equum dat Poeta, quia propter altitudinem illorum iugorum, paene opus erat alis, vt ita loquar, vt inuitis incolis eo adſcenderet. Hinc * Arimazes, qui, Alexandro Aſiam ſubigente, Petram Sogdianam occuparat, petentibus Macedonibus vt eam dederet, quaerebat *an Alexander volare poſſet?* Cuius Petrae cacumine ab aliquot Alexandri militibus occupato, qui miſſus erat ad Arimazen, vt eum ad deditionem compelleret, iuuenes in cacumine oſtendit, eiuſque ſuperbiae haud immerito illudens *pennas* ait *milites habere Alexandri.* Simile quid de Bellerophonte dictum, quo factum eſt vt Poetae Pegaſum ei tribuerint. *Clericus.*

326. Ἡ δ' ἄρα Σφίγγ' ὀλοὴν τέκε] Sic deſcribitur Sphinx ab

* *Curtii* Lib. VII. c. 11.

ab *Apollodoro* Biblioth. Lib. III. c. V. §. 8. Εἶχε πρόσωπον μὲν γυναικὸς, στῆθος δὲ καὶ βάσιν καὶ ἀρὰν λέοντος, καὶ πτέρυγας ὄρνιθος: *Habebat faciem quidem mulieris, pectus vero, pedes et caudam leonis, ac pennas auis.* Subiicit: μαθοῦσα δὲ αἰνίγματα παρὰ Μουσῶν, ἐπὶ τὸ Φίκειον ὄρος ἐκαθέζετο, καὶ τοῦτο προὔτεινε Θηβαίοις: *cum accepisset aenigmata a Musis, montem Phiceum insedit, atque hoc proponebat Thebanis.* Tum addit occisos eos qui non poterant id solvere; et ita omnes, qui hanc fabulam narrant. Viderunt iam dudum Veteres, sub hac fabula, Historici quidpiam latere. *Scholiastes:* ἡ δὲ Σφὶγξ πραγματικῶς μὲν γυνὴ ἦν λῃστρὶς, καὶ εἶχε πολλοὺς σὺν αὐτῇ τοὺς συναρπάζοντας: *Sphinx reuera fuit mulier latrociniis dedita, et habuit multos secum, qui una rapiebant. Pausanias* in Boeoticis p. 580. describens agrum Thebanum, mentione iniecta Templi Herculis Hippodoti: Προελθόντων δὲ τὸ ὄρος ἔστιν ὅθεν τὴν Σφίγγα λέγουσιν ἁρμᾶσθαι, ἐπ' ὀλέθρῳ τῶν ἁρπαζομένων αἴνιγμα ἀδοῦσαν. Οἱ δὲ λῃστρίαν σὺν δυνάμει ναυτικῇ πλανωμένην φασὶν αὐτὴν, ἐς τὴν πρὸς Ἀνθηδόνι σχεῖν θάλασσαν· καταλαβοῦσαν δὲ τὸ ὄρος τοῦτο ἁρπαγαῖς χρῆσθαι, πρὶν ἐξελεῖν Οἰδίπους αὐτὴν, ὑπερβαλόμενος πλήθει στρατιᾶς ἣν ἄφικτο ἔχων ἐκ Κορίνθου: *Progredientibus occurrit mons, vnde aiunt erupisse Sphingem, in perniciem eorum qui rapiebantur, aenigma canentem. Alii vero latrociniis deditam et cum copiis naualibus errantem, aiunt eam tenuisse mare, vsque ad Anthedonem: deinde hoc monte occupato, latrocinia exercuisse, antequam Oedipus eam interfecisset, superatam multitudine copiarum, quibus instructus Corintho venerat.* Sed paullo distinctius circumstantiae fabulae sunt explicandae. I. Dicebatur *Sphinx*, a voce Phoenicia ספך, quae si confundatur cum סבך, prout solent פ et ב miscéri in Linguis Orientalibus, duo significabit, 1. *perplexus, implexus fuit*, quales sunt spinae inter se implicitae; 2. *effudit* sanguinem, *homicidium commisit.* Itaque ספיכה *sphicha* erit *perplexa*, et *homicida*; quorum priori conuenit cum eo quod dicitur de aenigmatibus perplexis Sphingis, posteriori cum caedibus, quibus Thebanum agrum cruentauit. II. Muliebri erat vultu, quod inter latrones, qui montem illum insederant, mulieres essent; leonis membra nonnulla habere dicta est, ob crudelitatem et latrocinia; alas vero ob celeritatem, qua per rupes ferebatur, et quaerentes fugiebat. III. Aenigmata proferre dicebatur ob male intellectum nomen ספיכה quod αἰνιγματώδης versum est, cum debuisset verti βατώδης, quod nomen

fuit

Ὄρθρῳ ὑποδμηθεῖσα. Νεμειαῖόν τε λέοντα,
Τόν ῥ' Ἥρη θρέψασα, Διὸς κυδρὴ παράκοιτις,

Ab Orthro compreſſa; Nemeaeumque leonem,
Quem Iuno cum enutriuiſſet, Iouis veneranda vxor,

328. κυδνὴ B. 109. Ald. Iunt. 1. Trinc. Steph. Com. Heinſ.

fuit globi latronum latentium poſt dumos, aut inter ſpinas. IV. Occidere dicta eſt eos, qui aenigma ſoluere non poterant, quia errantes in dumis Phicei montis, et eos quaerentes, ſubito erumpentes ex dumis invadebant. Perplexitas autem dumorum eo facilius cum perplexitate aenigmatum miſta eſt, quod apud Phoenices, quos Boeotiam condidiſſe nemo neſcit, mos eſſet antiquiſſimus aenigmatibus veluti ludere, propoſita mulcta in eos qui ea ſolvere non poſſent, et lucro promiſſo ſoluturis. Nota eſt Hiſtoria Samſonis, quae exſtat Iud. XIV. *Dius*, vt docet *Ioſephus* contra Apionem Lib. I. p. 1042. in Phoenicia hiſtoria ſimile quid de Salomone et Hiromo Tyriorum Rege ſcripſerat: Τὸν τυραννοῦντα Ἱεροσολύμων Σολομῶνα πέμψαι φασὶ πρὸς τὸν Εἴρωμον αἰνίγματα, καὶ παρ' αὐτοῦ λαβεῖν ἀξιοῦν. τὸν δὲ μὴ δυνηθέντα διαλῦσαι τῷ λύσαντι χρήματα ἀποτίνειν. ὁμολογήσαντα δὲ τὸν Εἴρωμον καὶ μὴ δυνηθέντα λύσαι τὰ αἰνίγματα πολλὰ τῶν χρημάτων εἰς τὸ ἐπιζήμιον ἀναλῶσαι. εἶτα δὲ Ἀβδήμονά τινα Τύριον ἄνδρα τὰ προτεθέντα λῦσαι· καὶ αὐτὸν ἄλλα προβαλεῖν, ἃ μὴ λύσαντα τὸν Σολομῶνα πολλὰ τῷ Εἰρώμῳ προσαποτίσαι χρήματα: *Regem Hieroſolymorum Salomonem, miſiſſe aiunt ad Hiromum quaedam aenigmata, et poposciſſe ab eo; adiecto vt qui non poſſet ſoluere pecuniam ſoluenti penderet. Hiromum vero conditione accepta, cum non potuiſſet ſoluere aenigmata, multis pecuniis mulctatum. Deinde Abdemonem quemdam, Tyrium hominem, propoſita ſoluiſſe, et ipſum alia propoſuiſſe; quae cum non ſoluiſſet Salomo, multas eum pecunias Hiromo rependiſſe.* V. Ab Oedipo dicitur ſolutum aenigma, quod inuento in ſylvis latibulo latronum, illinc deiectos occiderit.

Obiici forte queat coniecturae de nomine *Sphingis* dictam eam a Boeotiis Φίκα non ΣΦίγγα et Φίκιον ὄρος non ΣΦίγγιον. Prius habet Scholiaſtes, poſterius *Pauſanias*. Verum ea potuit eſſe corruptio in recentiore ſermone Boeotio, qua perperam detrahebatur Σ ante Φ; quod veriſimilius eo videtur, quod Sphingem dicant omnes alii Graeci. Nolim ex poſteriorum Boeotorum conſuetudine *Heſiodum* emendare. *Clericus.*

329. Γε-

Γενοῖσιν κατένασσε Νεμείης, πῆμ' ἀνθρώποις.
Ἔνθ' ἄρ' ὅγ' οἰκείων, ἐλεφαίρετο φῦλ' ἀνθρώπων, 330
Κοιρανέων Τρητοῖο, Νεμείης, ἠδ' Ἀπέσαντος.

In collibus collocauit Nemeae, cladem hominibus.
Ibi sane hic commorans, damno afficiebat homines,
Dominans Tréto, Nemeae, atque Apesanti.

329. γενοῖσι Iunt. 1. 2. 330. ἐλεφέρετο Iunt. 1. 2. φύλ' Ald.
331. Ἀπέσαντος Iunt. 1. 2.

329. Γενοῖσι κατένασσε Νεμείης] Ostendimus γενὲς idem esse ac βενὲς, cuius rei nouum hic habemus argumentum. Sic enim hic tractus describitur a *Pausania*, in Corinthiacis, p. 111. cuius locum integrum afferam, quia eo illustratur etiam v. 331. Ἐκ Κλεώνων δέ εἰσιν εἰς Ἄργος ὁδοὶ δύο· ἡ μὲν ἀνδράσιν εὐζώνοις, καί ἐστιν ἐπίτομος. ἡ δὲ τὴν καλουμένην Τρητὴν σενὴ μὲν καὶ αὐτὴ περιεχόντων ὀρῶν, ὀχήμασι δὲ ἔστιν ὅμως ἐπιτηδειοτέρα. Ἐν τούτοις τοῖς ΟΡΕΣΙ τὸ σπήλαιον ἔτι δείκνυται τὴν λέοντος, καὶ ἡ Νεμέα τὸ χωρίον ἀπέχει σταδίοις πέντε πρὸς καὶ δέκα: *A Cleonis Argos sunt duae viae; altera quidem est viris expeditis et breuior: altera vero dicti Treti, angusta et ipsa, cum undique montibus concludatur, sed aptior vehiculis. In hisce MONTIBVS, spelunca etiamnum ostenditur leonis; a quo Nemea vicus circiter quindecim stadiis abest.* Sane obseruant Grammatici, β Attice verti in γ, vt βλήχων, γλήχων, *palegium*; βλέφαρα, γλέφαρα, *palpebrae*; et Boeotice γυναῖκας dictas esse βανῆκας. *Clericus.*

Ἠδ' Ἀπέσαντος] *Pausanias* paullo post: Καὶ ταύτῃ καὶ ὄρος Ἀπέσας ἐστὶν ὑπὲρ τὴν Νεμέαν: *in hoc etiam tractu est mons Apesas, supra Nemeam.* Clericus.

330. Ἐλεφαίρετο] Ἔβλαπτε. *Guietus.*

331. Κοιρανέων Τρητοῖο] Plerique interpretes vocem τρητοῖο adiectiuum faciunt cum Νεμείης concordans, eamque exponunt *cauernosae.* Sed perperam. Haec enim vox reuera designat montem Tretum, in quo erat spelunca Nemaei leonis; quod verba Diodori lib. 4. satis demonstrant. Οὗτος (ὁ λέων) μεγέθει μὲν ὑπερφυὴς ἦν, ἄτρωτος δὲ ὢν σιδήρῳ καὶ χαλκῷ καὶ λίθῳ, τῆς κατὰ χεῖρα βιαζομένης προσεδέητο ἀνάγκης. διέτριβε δὲ μάλιστα μεταξὺ Μυκηνῶν καὶ Νεμέας περὶ ὄρος τὸ καλούμενον ἀπὸ τοῦ συμβεβηκότος ΤΡΗΤΟΝ. εἶχε γὰρ περὶ τὴν ῥίζαν διώρυγα διηνεκῆ, καθ' ἣν εἰώθει φωλεύειν τὸ θηρίον. Eadem paene historia

Ἀλλὰ ἑ ἰς ἐδάμασσε βίης Ἡρακληείης,
Κητὼ δ' ὀπλότατον, Φόρκυϊ φιλότητι μιγεῖσα,
Γείνατο δεινὸν ὄφιν, ὃς ἐρεμνῆς κεύθεσι γαίης
Πείρασιν ἐν μεγάλοις παγχρύσεα μῆλα φυλάσσει. 335
Τῦτο μὲν ἐκ Κητῦς καὶ Φόρκυνος γένος ἐστί.
Τηθὺς δ' Ὠκεανῷ ποταμὺς τέκε δινήεντας,

Sed ipſum robuſtus domuit Hercules.
Ceto vero minimum natu, cum Phorcyne concubitu miſta,
Peperit ſaeuum ſerpentem, qui obſcurae in latibulis terrae
Finibus in amplis aurea mala cuſtodit.
Haec quidem Cetus et Phorcynis ſoboles eſt.
Tethys autem Oceano flumina peperit vorticoſa,

333. Φόρκυνι Iunt. 1. 2. Ald. 336. Φόρκυνος Ald. ἐκ Φόρκυος B. 109.

ria in Pauſaniae Corinthiacis occurrit. Haec ſatis indicant, quod in monte *Trezo* leonis Nemeaei antrum fuerit, ac propterea hic verſus hoc modo pungi et exponi debeat

Κοιρανέων Τρητοῖο, Νεμείης, ἠδ' Ἀπέσαντος.
Imperans Trezo, Nemeae, et Apeſanti. Rob.

333. Ὁπλότατον] Hoplotatum. κύριον. interpretes, *minimum natu.* Φόρκυϊ συνίζησις. *Guietus.*

334. Γείνατο δεινὸν ὄφιν καὶ τὰ ἑξῆς] Non ſemel, in fabulari hiſtoria, ſerpentes cuſtodes conſtituuntur rerum diligentiſſime ſeruandarum. Sic Delphis τὸ μαντεῖον ἐφρούρει Πύθων ὄφις, *oraculum ſeruabat Python ſerpens. Apollodorus* Lib. I. Cap. IV. §. 1. Martium fontem Thebis vicinum ſeruabat ſerpens. Idem Lib. III. C. IV. §. 1, Cuſtodiebat etiam draco vellus aureum. Idem Lib. I. C. IX. §. 23. Vnde vero hoc factum? Nimirum, vigilem oportet eſſe et oculatum quicumque cuſtodit rem pretioſiorem. Hoc autem ſignificatur vocibus ὄφις et δράκων, nam Radices, ex quibus hae voces deductae ſunt, ὀπίομαι et δέρκομαι ſignificant *videre.* Similiter Phoenicia vox נחש *nabbaſch*, quae ſerpentem ſonat, eſt a radice, quae *ſpeculari* ſignificat. Igitur credibile eſt, in priſca Phoenicum Lingua, eam vocem *cuſtodem et ſerpentem* ſignificaſſe, ex qua ambiguitate natae ſunt fabulae. *Clericus.*

337. Ποταμὺς τέκε δινήεντας] Facile eſt intellectu quare fluuii dicantur naſci ex mari, cum non ſit tantum affinitas naturae; ſed etiam ex vaporibus marium naſcantur pluuiae, vnde fluuii. Idem dixeris de fontibus et ſtagnis, de quibus poſtea. *Clericus.*

338. Νῆ-

Νεῖλον τ', Ἀλφειόν τε, καὶ Ἠριδανὸν βαθυδίνην,
Στρυμόνα, Μαίανδρόν τε, καὶ Ἴστρον καλλιρέεθρον,
Φᾶσίν τε, Ῥῆσον τ', Ἀχελώϊον ἀργυροδίνην
Νέσσον τε, Ῥόδιόν θ', Ἁλιάκμονά θ', Ἑπτάπορόν τε,
Γρήνικόν τε, καὶ Αἴσηπον, θεῖόν τε Σιμόεντα,

Nilumque, Alphaeumque, et Eridanum profundos vortices ha-
Strymonem, Maeandrumque, et Istrum pulcrifluum, [bentem,
Phasinque, Rhesumque, Acheloum limpidum
Nessumque, Rhodiumque, Haliacmonemque, Heptaporumque.
Granicumque, et Aesepum, diuinumque Simoënta,

340. φάσιν Ald. Ἀχελλώϊον Iunt. 2.

338. Νεῖλον] Scholiastes ad hunc locum habet: Ἐκ τούτου φαίνεται Ἡσίοδος Ὁμήρου νεώτερος, καὶ γὰρ Ὁμήρος Αἴγυπτον καλεῖ τὸν Νεῖλον: *Hinc apparet Hesiodum Homero recentiorem esse, nam Homerus Nilum Aegyptum vocat.* Existimabat, scilicet, fluuii quo Aegyptus irrigatur nomen tempore *Homeri* nondum Graecis innotuisse; quo factum vt ei regionis nomen imponeret; sed postea cum innotuisset, ab *Hesiodo* prolatum esse. Ego vero vix crediderim Aegyptum notiorem fuisse *Hesiodo* Boeotio, qui fortasse nunquam peregrinatus fuerat, quam *Homero*, qui permultas oras lustrauerat, nec Geographiae imperitus erat, vt passim ostendit *Strabo*. Certe Νεῖλος non est nomen proprium amnis, vox enim illa fluuium significat, et ita in Aegypto vocabatur vnicus ille fluuius, quo foecundatur, κατ' ἐξοχήν. Vide quae notauimus ad Num. XXXIV, 5. Similitudo nominis et forte eadem ratio effecit vt fluuius Hesperiorum Aethiopum idem ac Nilus esse crederetur. *Pomponius Mela* Lib. III. C. 9. *In horum finibus fons est, quem Nili esse aliqua credibile est. Nuchul ab incolis dicitur, et videri potest non alio nomine appellari, sed a barbaro ore corruptus.* נחול *nuhhul* et נחיל *nhhil*, vnde Νεῖλος, sunt nomina appellatiua quae *fluuium* quemlibet significant, vt Hebraice נחל *nahhal*. Accolae solent vicinum amnem, simpliciter *fluuium* vocare, et sic fiebat in Aegypto, forte et in Aethiopia. Sed Graeci, qui eorum populorum Linguas ignorabant, nomina propria esse putarunt, quae erant appellatiua. *Clericus.*

340. Ἀχελώϊον ἀργυροδίνην] Scribendum videtur ἀχελωόν τ' ἀργυροδίνην. *Guietus.*

345. Ἀρ-

Πηνειόν τε, καὶ Ἕρμον, ἐυῤῥείτην τε Κάϊκον,
Σαγγάριόν τε μέγαν, Λάδωνά τε, Παρθένιόν τε,
Εὐηνόν τε, καὶ Ἄρδησκον, θεῖόν τε Σκάμανδρον. 345
Τίκτε δὲ θυγατέρων ἱερὸν γένος, αἳ κατα γαῖαν

Peneumque, et Hermum, amoeneque fluentem Caïcum,
Sangariumque magnum, Ladonemque, Partheniumque,
Euenumque, et Ardeſcum, diuinumque Scamandrum.
Peperit quoque filias ſacras, quae per terram

343. εὐρείτην Iunt. 1. 2. Ald. 345. Ἄρδισκον B. 109. Ἄλδισκον Trinc. 346. δὲ Iunt. 1. delet. αἳ Ald.

345. Ἄρδησκον] Ab ἄρδω, ἀρδάω, ἀρδήσω, ἀρδήσκω, Ἄρδησκος. *Guietus.*

346. Αἳ κατὰ γαῖαν, Ἄνδρας κερίζεσιν Ἀπόλλωνι ξὺν ἄνακτι, Καὶ ποταμοῖς] Scholiaſtes duplicem interpretationem horum verborum affert. Nam prius κερίζεσι interpretatur τρέφεσι, quia Sol et aqua dulcis efficiunt, vt ex terra emittantur fructus, quibus alimur. Deinde ad ſequentia verba addit: Καὶ γὰρ Ἀπόλλωνι καὶ Ποταμοῖς οἱ νέοι ἀπέτεμον τὰς κόμας, διὰ τὸ αὐξήσεως καὶ ἀνατροφῆς αἰτίους εἶναι: *Etenim Apollini et fluuiis iuuenes tondebant comas, quod ſint augmenti et nutritionis cauſae.* Nimirum comas primum detonſas Apollini aut fluuiis appendebant. Confirmat hoc loco *Homeri* ex Iliad. Ψ, v. 144 et ſeq. Sed affert tantum verſum vnum, cum tres eſſent proferendi, aut potius ſex, quos ſubiiciemus. Deſcribit *Homerus* funus Patrocli, in cuius cadauer Myrmidones detonſos crines iaciebant, et de ipſo Achille, Myrmidonum duce, ita loquitur, v. 141.

Στὰς ἀπάνευθε πυρῆς ξανθὴν ἀπενείρατο χαίτην,
Τὴν ἑα Σπερχειῷ ποταμῷ τρέφε τηλεθόωσαν·
Ὀχθήσας δ' ἄρα εἶπεν ἰδὼν ἐπὶ οἶνοπα πόντον,
Σπερχεῖ, ἄλλως σοί γε πατὴρ ἠρήσατο Πηλεύς,
Κεῖσέ με νοσφίσαντα φίλην ἐς πατρίδα γαῖαν
Σοί τε κόμην κερέειν, ἕρδειν θ' ἱερὴν ἑκατόμβην.

Stans ſeorſim a rogo flauam tondit caeſariem, quam Sperchio fluuio alebat floreſcentem. Indignabundus autem dixit, inſpiciens nigrum Pontum: Sperchi fruſtra tibi pater vouit Peleus, illuc me reuerſum caram in patriam terram, tibi caeſariem tonſurum, mactaturumque ſacram hecatomben. Si poſteriorem hanc interpretationem ſequamur, tum vero vertendum erit κερίζεσι, non *alunt*, ſed *tondent*; ac ſane hoc interdum ſignificat, ſeruata ſignificatione

Ἄνδρας κειρίζουσιν, Ἀπόλλωνι ξὺν ἄνακτι,
Καὶ ποταμοῖς· ταύτην δὲ Διὸς πάρα μοῖραν ἔχουσι.
Πειθώ τ', Ἀδμήτη τε, Ἰάνθη τ', Ἠλέκτρη τε,
Δωρίς τε, Πρυμνώ τε, καὶ Οὐρανίη θεοειδὴς,
Ἱππώ τε, Κλυμένη τε, Ῥοδία τε, Καλλιρόη τε.
Ζευξώ τε, Κλυτίη τε, Ἰδυῖά τε, Πασιθόη τε,
Πλεξαύρη τε, Γαλαξαύρη τ', ἐρατή τε Διώνη,
Μηλόβοσίς τε, Θόη τε, καὶ εὐειδὴς Πολυδώρη,
Κερκηΐς τε φυὴν ἐρατὴ, Πλουτώ τε βοῶπις,
Περσηΐς τ', Ἰάνειρά τ', Ἀκάστη τε, Ξάνθη τε,
Πετραίη τ' ἐρόεσσα, Μενεσθώ τ', Εὐρώπη τε,
Μῆτις τ', Εὐρυνόμη τε, Τελεσθώ τε κροκόπεπλος·

Viros tondent, vna cum Apolline rege,
Et fluminibus: hanc vero a Ioue ſortem habent,
Pithoque, Admeteque, Iantheque, Electraque,
Doriſque, Prymnoque, et Vrania forma Deam referens,
Hippoque, Clymeneque, Rhodiaque, Calliroëque,
Zeuxoque, Clytieque, Idyiaque, Paſithoëque,
Plexaureque, et Galaxaure, amabilisque Dione,
Meloboſisque, Thoëque, et venuſta Polydora,
Cerceisque indole amabilis, Plutoque magnis oculis,
Perſeisque, Ianiraque, Acaſteque, Xantheque,
Petraeaque amabilis, Meneſthoque, Europaque,
Metisque, Eurynomeque, Teleſthoque croceo peplo:

347. κειρίζουσι Ald. Iunt. 1. 2. σὺν Ἀπολλ. ἄνακτι Ald. Iunt. 1. 2. 348. ἔχουσιν Iunt. 1. 2. 352. ἰδοῖα Iunt. 2. Εἰδυῖα F. 109. 353. τ' ἐρατή Ald. Iunt. 1. atque ita edidit Rob. vulgo erat τε, ἐρατή. 355. Κερκυόν Iunt. 1. 2. ἐρατὴν Ald. 356. Περσηΐς τ' ἐρόεσσα legit Cod. R. S. Ἰαν. τ' ed. Com. et Rob. vulgo Ἰ. τε. 357. Πετραίης Trinc. 358. τελεσώ B. 109. Iunt. 1. 2.

radicis κείρω, *tondeo*. Itaque Apollo, fluuiorumque et fontium Numina *tondere* dicentur viros, quod viri in eorum honorem tonderent caeſariem. Nonnulla habet hanc in rem *Caſaubonus* ad Cap. XXI. Charact. *Theophraſti*, περὶ μικροφιλοτιμίας. *Clericus*.

347. Ἄνδρας κειρίζουσιν] Hoc eſt, κείρουσιν. Heſych. κείριζον, ἀπέκειρον. ἔφηβοι capillum tondentes Apollini et fluuiis dedicare ſolebant. Vide Martialis epigramma de Encolpi capillo. *Guietus*.

353. Γαλαξαύρη τε] An μαλαξαύρη? placet. *Guietus*.

359. Κει-

Κρισίη τ', Ἀσίη τε, καὶ ἱμερόεσσα Καλυψώ·
Εὐδώρη τε, Τύχη τε καὶ Ἀμφιρὼ, Ὠκυρόη τε· 360
Καὶ Στὺξ, ἣ δὴ σφέων προφερεστάτη ἐστὶν ἁπασέων·
Αὗται δ' Ὠκεανῷ καὶ Τηθύος ἐξεγένοντο
Πρεσβύταται κοῦραι· πολλαί γε μέν εἰσι καὶ ἄλλαι.
Τρὶς γὰρ χίλιαί εἰσι τανύσφυροι Ὠκεανίναι,
Αἵ ῥα πολυσπερέες γαῖαν καὶ βένθεα λίμνης 365

Crisiëque, Asiaque et amabilis Calypso:
Eudoreque, Tycheque, et Amphiro, Ocyroeque:
Et Styx, quae ipsarum excellentissima est omnium.
Atque hae Oceano et Tethye prognatae sunt,
Grandiores natu filiae; multae quidem sunt et aliae.
Ter mille enim sunt pulchrae filiae Oceani,
Quae sane dispersae terram, et profunditates lacus

359. Κρυσίη Iunt. 1. 2. Κρισίης Trinc. Κρησίης B. 109. 360. Ἀμφυρὼ Iunt. 2. 364. Ὠκεανίδες B. 109.

359. Κρισίη] Forte a κρὴς, κρητὸς, κρήτιος, κρήσιος, κρησίη, vt ἀσίη. *Guietus.*

360. Ἀμφιρὼ, Ὠκυρόη τε] An Ἀμφιρὸ ὠκυρόη τε? Ἀμφιρὸ pro Ἀμφιρόα. Sic ἐργοις. Ἄσπερη, χεῖμα κακὴν θέρει ἀργαλέ' ἐδέπτοτ' ἐσθλή. An ab Ἄμφιρες Ἀμφιρὼ; Hesych. Ἄμφορον, ἀμφορέα. an ἀμφιρὼ τῷ ἀμφιρῶτις cognatum? Hesych. Ἀμφιρῶτις, περιβόητος, κεφαλὴν ἔχων ἑκατέρωθεν. *Guietus.*

361. Καὶ Στὺξ] De hac postea dicemus ad v. 775. et seqq. *Clericus.*

363. Πρεσβύταται] h. l. sunt, *maxime venerandae, praestantissimae.* Saepe eo sensu apud Poetas inprimis ea vox. Homer. Il. δ, 59. Καὶ μὲ πρεσβυτάτην — vbi Scholia recte ἐντιμωτάτην. et sic Odyss. ν', 142. aliisque locis multis. Interpretes saepe in ea voce sunt lapsi. *Krebs.*

364. Τρὶς γὰρ χίλιαί εἰσι] De Nymphis vide dicta ad v. 187. *Clericus.*

365. Βένθεα λίμνης] Hoc est, θαλάσσης, Ὠκεανὸς. Homer. Ἠέλιος δ' ἀνόρουσε λιπὼν περικαλλέα λίμνην. *Guietus.*

— γαῖαν καὶ βένθεα λίμνης
Πάντη ὁμῶς ἐφέπουσι] Videtur βένθεα λίμνης dici καθ' ὑπαλλαγὴν, pro λίμνας βαθείας *stagna profunda*, vel *lacus profundos*; nam hae Oceani filiae non mare, sed lacus incolebant. De marinis egit *Hesiodus* v. 240. et seqq. Certum est alioqui λίμνην ab *Homero* dici mare, ad quem vide *Eustathium* p. 919. Ed. Rom. *Clericus.*

Πάντη ὁμῶς ἐφέπουσι, θεάων ἁγλαὰ τέκνα.
Τόσσοι δ' αὖθ' ἕτεροι ποταμοὶ καναχηδὰ ῥέοντες,
Υἱέες Ὠκεανῷ, τοὺς γείνατο πότνια Τηθύς·
Τῶν ὄνομ' ἀργαλέον πάντων βροτὸν ἄνδρα ἐνίσπειν·
Οἱ δὲ ἕκαστοι ἴσασι οἳ ἂν περιναιετάουσι.
Θεία δ' Ἠέλιόν τε μέγαν, λαμπράν τε Σελήνην,
Ἠῶ θ', ἣ πάντεσσιν ἐπιχθονίοισι φαείνει,
Ἀθανάτοις τε θεοῖς τοὶ οὐρανὸν εὐρὺν ἔχουσι,

Passim pariter incolunt, Dearum splendida proles.
Tot rursus alii fluuii cum strepitu fluentes,
Filii Oceani, quos peperit veneranda Tethys.
Quorum nomina difficile omnium mortalem virum proloqui.
Sed singuli nouerunt, quicumque circum habitant.
Thia praeterea Solemque magnum, lucentemque Lunam,
Auroramque, quae omnibus terrestribus lumen praebet,
Immortalibusque Diis qui coelum latum tenent,

369. βροτῶν Ald. ἀνδρ. ἕν' Trinc. 370. ἴσασιν Trinc. Iunt. 1. 2. Steph. ἴσοι περιναιετάουσιν Iunt. 1. 2. Steph. marg. 371. ἠέλιον Ald. 372. ἐπιχθονίῃσι Iunt. 1. 2.

371. Θεία δ' Ἠέλιόν τε μέγαν, λαμπράν τε Σελήνην, καὶ τὰ ἑξῆς] In voce Θεία videtur latere Phoenicium תהו *thohou*, quod *inanitatem* significat et nomen est τοῦ Χάους. Cum ignorarent antiquissimi Graeci creationem Solis ab aeterno Numine, scirentque eum prodiisse מתהו mitthohou, e *thohou*; mutata hac voce in תיה *theïa*, e Chao Deam fecerunt. In qua mutatione, nihil esse alienum a Linguarum Orientalium ingenio ii norunt, qui eas vel a limine salutarunt. Nihil vetat nos hic paucis indicare originem nominum Graecorum Solis et Lunae. Videtur ergo Sol ἥλιος dictus a Phoenicio עליא *belojo*, id est *alius*; quod quamuis omnibus astris conueniat, non mirum Astrorum notissimo, et maximo, ad nos quod attinet, tribui. Propterea dicitur *Hyperione* patre natus. Nimirum, ἐν ὑπερτάτῳ μέρει τοῦ χάους; ἐγεννήθη ὁ ἥλιος. Luna vero dicitur σελήνη, vel Dorice σελάνα a Phoenicio שלנה *schelanah*, hoc est, *quae pernoctat*, ex ש *sche* quae, et לנה lanah *pernoctauit*.

Obseruandum autem hic est distingui *Solem* et *Lunam*, ab *Apolline* et *Diana* liberis Iouis, qui postea cum iis missi sunt, quod mortuorum animi ad illa astra, vt iis insiderent, migrasse existimarentur, qua de re postea ad v. 918. agemus. *Clericus.*

374. Ὑπο-

Γείναθ', ὑποδμηθεῖσ' Ὑπερίονος ἐν φιλότητι.
Κρίῳ δ' Εὐρυβίη τίκ]εν, φιλότητι μιγεῖσα,
Ἀστραῖόν τε μέγαν, Πάλλαντά τε, δῖα θεάων,
Πέρσην θ', ὃς καὶ πᾶσι μετέπρεπεν ἰδμοσύνησιν·
Ἀστραίῳ δ' Ἠὼς ἀνέμους τέκε καρτεροθύμους,
Ἀργέστην Ζέφυρον, Βορέαν τ' αἰψηροκέλευθον,

Peperit, congreſſa cum Hyperione in concubitu.
Crio autem Eurybia peperit, concubitu miſta,
Aſtraeumque magnum, Pallantemque, praeſtantiſſima Dearum,
Perſenque, qui etiam omnes praecellebat peritia.
Aſtraeo vero Aurora ventos peperit validos,
Argeſten Zephyrum, Boreamque velocem,

374. ὑποδμηθεῖσ' edidit Rob. vulgo ὑπευνηθεῖσ'. Iunt. 1. 2. ὑποδμηθεῖσα. 375. Κρίῳ δ' Εὐρυβίη ſine iota ſubſcr. Ald. Κρείῳ δ' — B. 109. τίκεν ἐν Iunt. 1. 2. Trinc. Steph. marg. τίκε ἐν B. 109. 377. πάσῃσι Trinc. Steph. marg. ᾗς τε πάσῃσι B. 109. 379. Ἀργέσην, Ζέφιρὸν Ald. Ἀργέσην, Ζέφυρον B. 109. τε λαιψηρ. Iunt. 1. 2. Steph. marg. ἀψηροκέλευθον Trinc. Βορέην λαιψηροκέλευθον Ald.

374. Ὑποδμηθεῖσ'] Non-nullae Edd. habent ὑπευνηθεῖσ', ſed ex MSS. reſtitui ὑποδμηθεῖσ', quae vox paſſim vſurpatur ab Heſiodo. *Rob.*

375. Κρείῳ δ' Εὐρυβίη καὶ τὰ ἑξῆς] Crius et Eurybie, eorumque filii Aſtraeus, Pallas et Perſes, neque ex rerum natura, neque ex priſca Hiſtoria malo intellecta nati videntur, ſed ex cerebro Poetarum, data opera mentientium; ex quo nata et pleraque nomina Nympharum, quae ab *Heſiodo* recenſita ſunt. Matrimoniorum cauſa, videntur partim haec ficta, ne Deabus notiſſimis deeſſent mariti; nam tres Deas tribus Crii filiis poſtea collocat noſter Poeta *Clericus.*

Κρείῳ δ' Εὐρυβίη τίκ]εν] Scribo κρείῳ. ſupra κοῖόν τε κρεῖον τε etc. a κρέω regno κρείω, κρεῖος. *Guietus.*

377. Ὃς καὶ πᾶσι μετέπρεπεν] Scribe ᾗς πάσῃσι μετέπρεπεν. *Guietus.*

378. Ἀστραίῳ δ' Ἠὼς ἀνέμους τέκε] Quia venti ex alto flant, et quia aſtra alta ſunt, videntur *Aſtraei* filii fingi; Aurorae vero, quae ex terra oritur, quia terram verrunt et perflant. *Clericus.*

379. Ζέφυρον, Βορέην τε καὶ Νότον] Mirum eſt cur *Heſiodus* Orientalem ventum omiſerit, cum nihilo ſit inferior reliquis ventis, et aptius dici poſſit Aurora natus, quam ceteri. Certum eſt enim in ampliſſimis maribus, ſurgente Aurora, vehementiorem ſubſola

Καὶ Νότον, ἐν φιλότητι θεῷ θεὰ εὐνηθεῖσα.
Τὰς δὲ μετ' ἀςέρα τίκ]εν Ἑωσφόρον ἠριγένεια,
Ἄςρα τε λαμπετόωντα τὰ τ' οὐρανὸς ἐςεφάνωται.
Στὺξ δὲ τέκ' Ὠκεανῷ θυγάτηρ, Πάλλαντι μιγεῖσα,
Ζῆλον καὶ Νίκην καλλίσφυρον ἐν μεγάροισι,
Καὶ Κράτος, ἠδὲ Βίην, ἀριδείκετα γείνατο τέκνα,
Τῶν οὐκ ἔς' ἀπάνευθε Διὸς δόμος, οὐδέ τις ἕδρη,

Et Notum, in concubitu cum Deo Dea congressa.
Post hos vero Aurora stellam peperit Luciferum mane genita,
Astraque fulgentia quibus coelum cinctum est.
Styx vero peperit Oceani filia, Pallanti mista,
Zelum et Nicen formosam, in aedibus,
Et Robur, atque Vim, praeclaros peperit filios,
Quibus non est seorsim a Ioue domus, nec vlla sedes,

380. θεὰ θεῷ Iunt. 1. 2. Trinc. 381. Ἑωσφόρος B. 109. 383. ἔτεκεν Iunt. 1. 2. 384. Νείκην B. 109. Iunt. 1. 2. πολύσφυρον Iunt. 1. 2. ἐν μεγαρ. est in ed. Cler. et Rob. Melius in Graev. et Krebs. ἐν μεγ. quod restituimus. 386. ἀπάνευθεν Iunt. 1. 2.

num sentiri. Sed Physicus non erat *Hesiodus*, neque in suis figmentis accuratus, certarumve legum obseruans. Vide ad v. 870. *Clericus.*

381. Τὰς δὲ μετ' ἀςέρα τίκ]εν Ἑωσφόρον.] Mirum est Auroram matrem dici Luciferi et stellarum, cum, Aurora apparente, obscurentur, et paullo post oculos fugiant. Si accuratus esset *Hesiodus*, suspicarer Ἠῶ dici non matutinum sed vespertinum crepusculum, quod et Luciferum et cetera astra coelo inducere videtur. *Clericus.*

383. Στὺξ] A σύγω, σύγέω, συγὶς, σὺξ. Odium. *Guietus.*

Στὺξ] Intelligendi sunt accolae huius fontis, qui fuit in Arcadia. Hi auxilium Ioui tulerunt, et contra patrem bellaturo ex Arcadia primi adfuerunt. De fonte ipso agemus ad v. 775. vbi pluribus describitur. *Clericus.*

384. Ζῆλον καὶ Νείκην καὶ τὰ ἑξῆς] Sunt quidem nomina a Poeta pro arbitrio Stygis liberis imposita; sed ex quibus colligere liceat fortissimos viros ex Arcadia ad Iouem venisse, qui non paruum momentum attulerint ad victoriam, et qui deinde satellites Iouis fuerint. *Clericus.*

386. Τῶν οὐκ ἔς'] Allegoria perquam splendida et sublimi omnipotentiam Dei significat Poeta, quem sequitur Callimachus

Οὐδ' ὁδὸς, ὅππη μὴ κείνοις θεὸς ἡγεμονεύει.
Ἀλλ' αἰεὶ παρ' Ζηνὶ βαρυκτύπῳ ἑδριόωνται·
Ὡς γὰρ ἐβούλευσε Στὺξ ἄφθιτος, Ὠκεανίνη,
Ἤματι τῷ, ὅτε πάντας Ὀλύμπιος ἀστεροπητὴς
Ἀθανάτους ἐκάλεσσε θεὰς ἐς μακρὸν Ὄλυμπον.
Εἶπε δ', ὃς ἂν μετὰ εἷο θεῶν Τιτῆσι μάχοιτο,
Μή τιν' ἀποῤῥαίσειν γεράων, τιμὴν δὲ ἕκαστον

Neque via, qua non illis Deus praeit:
Sed ſemper apud Iouem grauiter tonantem ſedem habent,
Sic enim conſuluit Styx incorruptibilis, Oceani filia,
Die illo, quando omnes Olympius fulgurator
Immortales vocauit Deos ad latum Olympum.
Dixit autem, quod quisquis vna ſecum Deorum contra Titanas pugnet,
Nulli ſe ademturum praemia, ſed honorem quemque

387. Ὅπποι Iunt. 1. 2. 388. ἑδριόωντοι B. 109. 389. Ὠκεανίννη Trinc. Ὠκεανίνη Ald. 391. ἐκάλεσε Trinc. μακάρων Trinc. 392. Ἔπε' Ald. Τιτῆσι Ald. 393. ἀποραίσειν Ald. Iunt. 1. 2. Trinc. Steph. ἀπηῤῥαίσειν Heinſ. γεράων Iunt. 2.

chus in hymno in Iouem: Σή τε Βίη, τό τε Κάρτος, ὃ καὶ πέλας εἵσαο δίφρε. Similis deſcriptio apud Miltonum occurrit, vbi Meſſiae Victoriam comitem adiungit — At his right hand Victory Sate eagle wing'd — *Rob.*

387. Ἡγεμονεύει] An ἡγεμονεύοι? hoc eſt, via qua non illi Iouem ſequantur, comitentur. *Guietus.*

391. Ἀθανάτους ἐκάλεσσε θεὰς] Deos hic a Titanibus diſtinguit *Heſiodus*, quamuis Dii a Titanibus nati ſint; quod Iupiter victor pluris factus ſit, vna cum ſuis, quam Saturnus et qui ei fauebant; qua de cauſa nomen *Deorum* retulerunt, veluti κατ' ἐξοχήν. De eorum pugna poſtea dicemus. *Clericus.*

393. Μή τιν' ἀποῤῥαίσειν] Scribo ἀποῤῥήσειν, pro ἀποῤῥήσειν, metri cauſa. *Guietus.*

Μή τιν' ἀποῤῥαίσειν γεράων] Iis qui honores obtinuerant, apud Coelum aut Saturnum, ſimiles promiſit Iupiter, ſi in partes ſuas tranſirent, et nouis praemiis ſe affecturum eos, quos nullo loco habuerat Saturnus; quibus pollicitationibus, multos in partes ſuas pertraxit. Haec omnia clare oſtendunt homines fuiſſe, qui hominibus bellum inferrent, et ſollicitarent aduerſariorum auxilia ad defectionem, ſpe praemiorum. *Clericus.*

Ἐξέμεν ἣν τοπάρος γε μετ' ἀθανάτοισι θεοῖσι·
Τὸν δ' ἔφαθ', ὅσις ἄτιμος ὑπὸ Κρόνῳ ἠδ' ἀγέραστος,
Τιμῆς καὶ γεράων ἐπιβησέμεν ἣ θέμις ἐστί.
Ἦλθε δ' ἄρα πρώτη Στὺξ ἄφθιτος Οὐλυμπόνδε
Σὺν σφοῖσι παίδεσσι, φίλῳ διὰ μήδεα πατρός.
Τὴν δὲ Ζεὺς τίμησε, περισσὰ δὲ δῶρα ἔδωκεν.
Αὐτὴν μὲν γὰρ ἔθηκε θεῶν μέγαν ἔμμεναι ὅρκον,
Παῖδας δ' ἤματα πάντα ἐὼς μεταναιέτας εἶναι.
Ὣς δ' αὖτως πάντεσσι διαμπερὲς, ὥσπερ ὑπέστη,
Ἐξετέλεσσ'· αὐτὸς δὲ μέγα κρατεῖ, ἠδὲ ἀνάσσει·
Φοίβη δ' αὖ Κοίῳ πολυήρατον ἦλθεν ἐς εὐνήν·

Habiturum, quem antea inter immortales Deos. [munis,
Illum etiam dixit, qui honoris expers fuerit ſub Saturno et im-
Ad honores ac praemia prouecturum, vt aequum eſt.
Venit autem prima Styx incorruptibilis in Olympum
Cum ſuis filiis, ſui per conſilia patris.
Illam vero Iupiter honorauit, eximia quoque dona dedit.
Eam enim conſtituit Deorum magnum vt ſit iusiurandum,
Filii autem diebus omnibus ſui inquilini vt ſint.
Similiter etiam omnibus prorſus, ſicuti pollicitus erat,
Perfecit: ipſe autem praepotens eſt, atque imperat.
Phoebe porro Coei periucundum venit ad torum;

395. Ἔφατ' Ald. Iunt. 1. 2. Steph. 397. Ἄφθιτον B. 109. Trinc. 398. σφίσι Ald. σφῇσι B. 109. 401. ἐὼ B. 109. Trinc. 402. Ὅς ed. Cler. et Rob. ſed Ald. Ὡς vt et Graeu. et Krebſ. id recepimus. διαμπερὲς Iunt. 2. 403. ἠδ' Ald. Iunt. 1. Trinc.

398. Σὺν σφίσι παίδεσσιν] Σφοῖσιν. πατρὸς] Ὠκεανοῦ ſcilicet. *Guietus.*

401. Μεταναιέτας εἶναι] Δωρισμὸς, vt τροπὰς, κέρας. μεταναιέτης, vt μέτοικος. *Guietus.*

404. Φοίβη δ' αὖ Κοίῳ πολυήρατον ἦλθεν ἐς εὐνήν] Cum inter poſteros huius Phoebes fuerint Numina fatidica, et quae vaticiniis praeeſſe credebantur; exiſtimarim, Phoeniciis litteris, ſcribi poſſe nomen eius hoc modo פה־בה phe-bah, *os in illa*, nimirum, os fatidicum; nam Phoenicia Lingua *os Dei* eſt oraculum, et *conſulere os Dei*, eſt conſulere oraculum. *Aeſchylus* in Eumenidibus, poſtquam dixit primum Terram, deinde Themin Oraculo Delphico praefuiſſe, ſic pergit:

— ἐν

Κυσσαμένη δ' ἤπειτα θεὰ θεῷ ἐν φιλότητι, 405
Λητὼ κυανόπεπλον ἐγείνατο μείλιχον αἰεὶ,
Ἤπιον ἀνθρώποισι καὶ ἀθανάτοισι θεοῖσι,
Μείλιχον ἐξ ἀρχῆς, ἀγανώτατον ἐντὸς Ὀλύμπου.
Γείνατο δ' Ἀστερίην εὐώνυμον, ἣν ποτε Πέρσης

Grauida vero facta deinde Dea Dei in concubitu,
Latonam caeruleo peplo peperit blandam semper,
Mitem hominibus atque immortalibus Diis,
Suauem ab initio, inprimis hilarem intra Olympum.
Peperit insuper Asteriam claram, quam olim Perses

405. θεῶν B. 109. 409. περσεὺς B. 109.

—— ἐν δὲ τῷ τρίτῳ λάχει θελήσης, ἐδὲ πρὸς βίαν τινὸς,
Τιτανὶς ἄλλη, παῖς χθονὸς, καθέζετο
Φοίβῃ· δίδωσιν δ' ἡ γενέθλιον δόσιν
Φοίβῳ, τὸ Φοίβης δ' ὄνομ' ἔχει παρώνυμον:
Tertia vero sortitione, volente ea, nec vi vllius allata, Titanis alia, filia Telluris, consedit Phoebe; donauit vero haec natali munere Phoebum, qui nomen habet ad Phoebes nomen accedens. Clericus.

Hic versus spurius est, et delendus. *Guietus.*

406. Λητὼ κυανόπεπλον] Nomen forte habuit a לוט *lout*, hoc est, magicis carminibus vti, ליטא *lito*, vel *leto*. Apollo certe et Diana huius liberi magicarum artium periti fuisse dicuntur easque docuisse alios. Circe, filia Solis seu Apollinis, nobilissima etiam fuit venefica. *Clericus.*

408. Μείλιχον ἐξ ἀρχῆς, ἀγανώτατον ἐντὸς Ὀλύμπου] Iam ante louem. *Clericus.*

Μείλιχον ἐξ ἀρχῆς] Hunc versum spurium esse existimat Guietus, hanc opinor ob causam, quia τὸ μείλιχον geminatum redundare videtur. Atqui nesciebat ὁ κριτικώτατος, quanta huic figurae vis et venustas insit, vtque amplificet, et illustret orationem. Vide Ciceronem de Orat. l. 3. et Quintil. de Inst. Orat. l. 9. Omni certe caret venustatis sensu, qui non extemplo persentit, quanto maior et pulchrior exhibetur Latonae benignitas per huiusce vocis repetitionem. Eadem indole Ouidius deam hanc praeditam describit, eamque inhospitales Lycios mitissima oratione compellantem introducit, *Quem non blanda Deae potuissent verba mouere?* Metam. l. 6. *Rob.*

409. Γείνατο Ἀστερίην] Phoenicie הסחירה *hassetbirah* latentem

Ἠγάγετ' ἐς μέγα δῶμα, φίλην κεκλῆσθαι ἄκοιτιν. 410
Ἡ δ' ὑποκυσσαμένη Ἑκάτην τέκε, τὴν περὶ πάντων

Duxit in amplam domum, ſua vt eſſet vxor.
Illa autem grauida facta Hecaten peperit, quam ſuper omnes

410. Ἠγάγετ' ἐς B. 109.

tentem ſignificat, quod nomen non male conueniat filiae veneficae; quae mulieres omnia clam faciunt. Hoc ipſum nomen fuit Inſulae Deli, dum latuit, vnde colligere licet veram eſſe allatam Etymologiam. *Callimachus*, in Hymno εἰς Δῆλον, ita inſulam compellat, v. 37.

— — ἔνομα δ' ἦν σοι
Ἀστερίη τοπαλαιὸν, ἐπεὶ βαθὺν ἦλαο τάφρον
Οὐρανόθεν φεύγουσα Διὸς γάμον, ἀστέρι ἴση.

Nomen autem erat tibi Aſterie olim, quoniam profundam inſilueras foſſam, coelitus fugiens Iouis concubitum aſtro ſimilis. Videtur voluiſſe *Callimachus* Deam *Aſteriam* in inſulam fuiſſe mutatam, primum quidem ſub aqua latentem, deinde δῆλον *conſpicuam* factam. *Clericus.*

Ἦν ποτε Πέρσης ἠγάγετ' ἐς μέγα δῶμα] Suſpicor *Perſam* vocari virum huiuſce veneficae, quod inaudiuiſſet iam *Heſiodus* Perſas eſſe veneficiis ac magicis artibus ſummopere deditos, qua de re vide Lib. II. *Th. Stanleii Philoſophiae Orientalis.* Clericus.

410. Φίλην κεκλῆσθαι ἄκοιτιν] τὸ κεκλῆσθαι pro τῷ εἶναι frequentiſſime vſurpatur, praecipue vero apud poetas. Τῷ δέ κε νικήσαντι φίλη κεκλήσῃ ἄκοιτις, Il. γ, 138. Καὶ ἔνεκά σὴ παράκοιτις κέκλημαι. Il. δ, 61 *Rob.*

411. Ἑκάτην τέκε] Dicta eſt a Phoenicibus haec Dea אחתא aut אחתה *echatha*, hoc eſt, *vnica*, qua de cauſa ab *Heſiodo* v. 426. dicitur μονογενὴς *vnigenita.* Haec Dea, vt notiſſimum eſt, credebatur eſſe Numen, quod inſideret Lunae, miſcebaturque cum Diana, et praeeſſe magicis artibus putabatur. Videntur Phoenices ita eam vocaſſe, quia Luna ſola exiſtimabatur eſſe in coelo ſui generis; cum maximus, poſt Solem, Planetarum eſſe cenſeretur, quod maxima appareat. Tum crediderunt eam magicis ſacris praeeſſe, quia noctu fiunt, inſpectante veluti Luna. Solebant Graeci, vnoquoque menſe, cum Luna eſſet noua, in compitis, coenam apponere, quae vocabatur *coena Hecatae*, et a pauperibus auferebatur. *Ariſtophanes in Pluto*, p. 63. Ed. Maioris Geneuenſis, de Hecate:

— — Φησὶ γὰρ αὕτη
Τὰς μὲν ἔχοντας καὶ πλουτοῦντας δεῖπνον κατὰ μῆνα προσάγειν,

Τὰς

Τὰς δὲ πένητας τῶν ἀνθρώπων ἁρπάζειν πρὶν κατατεθῆναι.

Ait enim ipsa, qui habent, et diuites sunt, eos coenam vnoquoque mense offerre, pauperes vero homines rapere, ferme antequam sit apposita. Vbi ita habet Scholiastes: Τὴν ἐν ταῖς τριόδοις ἐτίμων τοπαλαιὸν, διὰ τὸ τὴν αὐτὴν σελήνην, καὶ Ἀρτέμιδα καὶ Ἑκάτην καλεῖσθαι. Κατὰ δὲ νεμηνίαν οἱ πλούσιοι δεῖπνον ἐσπέρας, ὡς θυσίαν, τῇ Ἑκάτῃ προσάγοντες ἐπὶ ταῖς τριόδοις ἐτίθεν· οἱ δὲ πένητες ἤρχοντο πεινῶντες, καὶ ἤσθιον αὐτὰ, καὶ ἔλεγον ὅτι ἡ Ἑκάτη ἔφαγεν αὐτά: *quam in triuiis olim colebant, quia eandem vocabant Lunam, Dianam et Hecaten. Noua Luna, diuites vesperi coenam, quasi sacrificium Hecatae offerentes, in compitis ponebant. Pauperes vero veniebant esurientes, et eam comedebant,, dicebantque Hecaten comedisse.* Quae hunc in locum transtulimus, duabus de causis; primum vt constet hinc studiosissime cultam hanc fuisse Deam, ex consilio *Hesiodi*; deinde vt intelligatur locus Esaiae Prophetae, de hoc Numine; ex quo loco colligimus simili ratione, apud Orientales, cultam Hecaten fuisse. Ita loquitur Cap. LXV, 11. *Vos qui deseritis Iehouam, obliti montis sanctitatis meae, instruentes* לגד laggad *mensam et implentes* למני lamni *libamen.* Ex quopiam idiomate Orientalium Dialectorum, videtur pro ח esse ג, adeo vt גד sit idem ac חד aut חחא vel אחחא *echatha*, nam haec omnia *vnam* significant, nisi forte sit legendum לחד *labhad.* Certe Numen quoddam, apud eundem Prophetam, vocatur in Cap. sequente אחח *ebhath.* Sic loquitur v. 17. *Qui purificant se in hortis post* אחח *ebhath*; sic enim Massorethae legunt. Sequens vox מני *mni*, plane eadem est, ac vox Graeca μὴν *mensis*, vnde dicta μήνη *Luna.* Respicit Propheta ad coenas illas, vnoquoque mense Hecatae oblatas, quasi Numini Mensium praesidi; notum enim est, apud Orientales, menses fuisse Lunares. Huc respexisse videtur vetus Scriptor libri suppositicii, qui dicebatur κήρυγμα Πέτρου, *praedicatio Petri*; vbi insimulabantur Iudaei, quasi λατρεύοντες ἀγγέλοις, καὶ μηνὶ, καὶ σελήνῃ, *colentes Angelos, Mensem et Lunam.* Locus exstat apud *Origenem* Tom. XIV. in Ioannem.

Praeter rationes allatas, ex quibus Hecatam Orientale Numen esse intelligimus, est et alia ratio; quod, nimirum, sol diceretur apud eosdem populos חדד *hhadad*, hoc est, *vnus*, quo credibilius sit Lunam אחחא *ebhatha* dictam fuisse, hoc est, *vnam. Macrobius* Saturnalium Lib. I. c. 23. *Assyrii Deo, quem summum, maximumque venerantur, ADAD nomen dederunt. Eius nominis interpretatio signi-*

ficat

Ζεὺς Κρονίδης τίμησε· πόρεν δέ οἱ ἀγλαὰ δῶρα,
Μοῖραν ἔχειν γαίης τε καὶ ἀτρυγέτοιο θαλάσσης.
Ἡ δὲ καὶ ἀστερόεντος ὑπ' Οὐρανῷ ἔμμορε τιμῆς,
Ἀθανάτοις τε Θεοῖσι τετιμένη ἐστὶ μάλιστα. 415
Καὶ γὰρ νῦν ὅτε πῃ τὶς ἐπιχθονίων ἀνθρώπων
Ἔρδων ἱερὰ καλὰ κατὰ νόμον ἱλάσκηται,
Κικλήσκει Ἑκάτην· πολλὴ τέ οἱ ἕσπετο τιμὴ
Ῥεῖα μάλ', ὥ πρόφρων γε θεὰ ὑποδέξεται εὐχάς·
Καί τε οἱ ὄλβον ὀπάζει· ἐπεὶ δύναμίς γε πάρεστιν. 420
Ὅσσοι γὰρ Γαίης τε καὶ Οὐρανῷ ἐξεγένοντο,
Καὶ τιμὴν ἔλαχον, τῶν ἔχει αἶσαν ἁπάντων.

Iupiter Saturnius honorauit: dedit vero ei ſplendida dona,
Poteſtatem vt habeat terraeque et infructuoſi maris.
Imo etiam ſtelligero a Coelo ſortita eſt honorem.
Immortalibusque Diis honorata eſt maxime.
Etenim nunc quando alicubi aliquis terreſtrium hominum
Faciens ſacra fauſta ſecundum patrios mores expiat,
Inuocat Hecaten: ingens vero eum ſequitur honor
Facillime, cuius beneuola Dea ſuſcipit preces:
Et illi diuitias largitur; nam facultas ei adeſt.
Quotquot enim Terra Coeloque prognati ſunt,
Et honorem ſorte acceperunt, illorum habet ſortem omnium.

415. τε τιμένη Trinc. 417. ῥέζων Trinc. ἱλάσκηται Ald. 418. πολλὴ Trinc. 420. τε abeſt ab Ald. et Cler. reuocauit Rob. 421. Γαίης Ald. Iunt. 1. 2. Trinc. Steph. Com. Heinſ. et Rob. vulgo Γαῖης.

ſicat VNVS. Nihil eſſe corruptum puto, in loco *Macrobii*, neque audiuiſſe eum *Adad* pro *Achad*; nihil enim, vetat, quin Dialecto quapiam Orientis חדד dixerint, quod Chaldaei ſolent חד *bbad*. Sed ad *Heſiodum* redeundum eſt. *Clericus.*

413. Μοῖραν ἔχειν γαίης τε] Hoc eſt, ſortem. Maris et terrae potentem Lunam eſſe innuit. *Guietus.*

417. Κατὰ νόμον ἱλάσκηται] Placat. ſubintellige diuos. *Guietus.*

Ἔρδων ἱερὰ καλὰ] Hoc eſt, καλλιερῶν, ſiue *litans*, ſeu victimas mactans fauſta portendentes, et recta diſpoſitione viſcerum Deam placatam oſtendentes. Res eſt notiſſima. Itaque male vertunt *ſacra boneſta.* Clericus.

422. Αἶσαν ἁπάντων] Hoc eſt, ſortem, poteſtatem, μοῖραν, vt ſup. *Guietus.*

Καὶ

Οὐδέ τι μιν Κρονίδης ἐβιήσατο, οὐδέ τ' ἀπηύρα
Ὅσσ' ἔλαχεν Τιτῆσι μετὰ προτέροισι θεοῖσιν.
Ἀλλ' ἔχει ὡς τὸ πρῶτον ἀπ' ἀρχῆς ἔπλετο δασμός.
Οὐδ' ὅτι μουνογενὴς, ἧσσον θεὰ ἔμμορε τιμῆς,
Καὶ γέρας ἐν γαίῃ τε καὶ οὐρανῷ, ἠδὲ θαλάσσῃ·
Ἀλλ' ἔτι καὶ πολὺ μᾶλλον, ἐπεὶ Ζεὺς τίεται αὐτήν.
Ὧι δ' ἐθέλει μεγάλως παραγίνεται, ἠδ' ὀνίνησιν,
Ἐν τ' ἀγορῇ λαοῖσι μεταπρέπει, ὃν κ' ἐθέλῃσιν.
Ἡ δ' ὁπότ' ἐς πόλεμον φθισήνορα θωρήσσονται
Ἀνέρες, ἔνθα θεὰ παραγίνεται, οἷς κ' ἐθέλῃσι,
Νίκην προφρονέως ὀπάσαι, καὶ κῦδος ὀρέξαι.

Neque quidquam ei Saturnius per vim ademit, neque abstulit
Eorum, quaecumque sortita est Titanas inter priores Deos.
Sed habet sicut prius ab initio facta est distributio.
Nec quia vnigenita, minorem Dea sortita est honorem,
Et potestatem tam in terra ac coelo, quam in mari:
Sed insuper multo magis, quoniam Iupiter honorat illam.
Cui vero vult, magnifice praesto est, atque eum iuuat.
Inque concione inter homines eminet, quem voluerit.
Atque quando ad bellum exitiosum armantur
Viri, tum Dea adest quibus voluerit,
Victoriam promte vt praebeat, et laudem porrigat.

424. τετῆσι Iunt. 1. 429. Ὧ δ' Ald. 430. Ἐν δ' Ald. Iunt. 1. 2. Trinc. Steph. 431. ὅταν Trinc. θωρήσσονται B. 109. 432. ἐθέλησιν Iunt. ἐθέλησι Ald. vt et v. 430. et 439.

Καὶ τιμὴν ἔλαχον] *Honor* hic est praemium a Ioue, post victoriam, iis qui eum adiuuerant datum; aut honor qui antea ab iis obtinebatur, et a Ioue confirmatus est. Cum ergo hoc Numen ante Iouem coleretur, fingaturque ab Hesiodo fauisse Ioui contra Saturnum; honor, quem antea obtinebat apud homines, illi relictus est. Sequentibus hoc aperte docet *Hesiodus*. Clericus.

Τάτων ἔχει αἶσαν ἁπάντων] Aliorum Deorum alii coelestes, alii terrestres, alii marini erant; aut parti dumtaxat coeli, terrae, aut maris praeerant. Sed Hecate omnibus illis vniuersi partibus aeque praefecta erat. Vide vss. 413. et 427. *Clericus*.

426. Ἧσσον θεὰ ἔμμορε τιμῆς] Minus honoris sortita est. et vers. sequ. καὶ γέρας subintellige ἧσσον. *Guietus*.

Μουνογενὴς] Vide dicta ad v. 411. *Clericus*.

440. Δυσ-

Ἐν τε δίκῃ βασιλεῦσι παρ' αἰδοίοισι καθίζει.
Ἐσθλὴ δ' αὖθ' ἁπότ' ἄνδρες ἀγῶνι ἀεθλεύωσιν,
Ἔνθα θεὰ καὶ τοῖς παραγίνεται, ἠδ' ὀνίνησι.
Νικήσας δὲ βίῃ καὶ κάρτεϊ, καλὸν ἄεθλον
Ῥεῖα φέρει, χαίρων τε τοκεῦσιν κῦδος ὀπάζει.
Ἐσθλὴ δ' ἱππήεσσι παρεστάμεν οἷς κ' ἐθέλῃσι,
Καὶ τοῖς οἳ γλαυκὴν δυσπέμφελον ἐργάζονται,
Εὔχονται δ' Ἑκάτῃ καὶ ἐρικτύπῳ Ἐννοσιγαίῳ.
Ῥηϊδίως δ' ἄγχιν κυδρὴ θεὸς ὤπασε πολλήν·
Ῥεῖα δ' ἀφείλετο φαινομένην, ἐθέλουσά γε θυμῷ.
Ἐσθλὴ δ' ἐν σταθμοῖσι σὺν Ἑρμῇ ληϊδ' ἀέξειν,
Βουκολίας τ', ἀγέλας τε, καὶ αἰπόλια πλατὺ αἰγῶν,
Ποίμνας τ' εἰροπόκων μῆλων, θυμῷ γε θέλουσα,

Inque iudicio reges apud venerandos ſedet.
Bona inſuper quando viri in certamine colluctantur,
Ibi Dea et illis praeſto eſt, atque eos iuuat.
Qui vero vicerit virtute et robore, pulcrum praemium
Facile fert, laetusque parentibus gloriam dat.
Bona item equitibus adeſſe, quibus voluerit:
Et his qui caeruleum (mare) traiectu difficile exercent,
Votaque faciunt Hecatae, et valde ſonanti Neptuno.
Facile etiam praedam inclyta Dea dedit copioſam;
Facile vero abſtulit apparentem, volens ſaltem animo.
Bona praeterea in ſtabulis cum Mercurio pecus augere,
Armentaque boum, gregesque, et greges magnos caprarum,
Gregesque lanigeratum ouium, animo certe volens,

434. αἰδοίοισι Trinc. 435. Ἐσθλὴ R. S. 436. τοῖσι Ald. Iunt. 1. 2. Trinc. Steph. 438. τοκεῦσι τε Ald. Iunt. 1. 442. κυδρὴ B. 109. Ald. Iunt. 1. Trinc. Steph. Com. Heinſ. 444. ἄξειν Ald. Iunt. 1. 2. Trinc. Steph. atque ita ed. Rob. vulgo ἀέξειν. 446. εἰροπόκων μήλων B. 109. γ' ἐθέλουσα Iunt. 2.

440. Δυσπέμφελον] Id eſt, δυσαῆ, δήσπνοον. *Guietus.*

Ἐργάζονται] Proprie *colunt.* Intellige piſcatores, qui ex maris prouentu viuunt, vt agricolae ex agrorum cultu, vnde deducta eſt metaphora. *Clericus.*

443. Ἐθέλουσά γε θυμῷ] Ἀθέλουσα ſcribo. a θέλω, ἀθέλέω, vt ἀπορέω, ἀθυμέω, et ſimilia. Nota vocem Graeciae redditam. *Guietus.*

447. Βοι-

Ἐξ ὀλίγων βριάει, καὶκ πολλῶν μείονα θῆκεν,
Οὕτω τοι καὶ μονογενὴς ἐκ μητρὸς ἐοῦσα,
Πᾶσι μετ' ἀθανάτοισι τετίμηται γεράεσσι.
Θῆκε δέ μιν Κρονίδης κουροτρόφον, οἳ μετ' ἐκείνην
Ὀφθαλμοῖσιν ἴδοντο φάος πολυδερκέος Ἠοῦς.
Οὕτως ἐξ ἀρχῆς κουροτρόφος· αἵ δέ τε τιμαί.
Ῥεία δ' ὑποδμηθεῖσα Κρόνῳ τέκε φαίδιμα τέκνα,
Ἑστίην, Δήμητρα, καὶ Ἥρην χρυσοπέδιλον,

Ex paucis copiosos, et ex multis pauciores reddit.
Adeo sane etiam vnigenita ex matre cum sit,
Omnibus inter Deos honorata est muneribus.
Fecit autem eam Saturnius altricem iuuenum, qui post eam
Oculis adspexerunt lumen multa contuentis Aurorae.
Sic ab initio nutrix est puerorum: atque hi sunt honores.
Rhea autem compressa a Saturno, peperit illustres liberos,
Vestam, Cererem, et Iunonem aurea calceamenta habentem,

447. καὶ ἐκ Ald. Iunt. 1. 2. Trinc. Steph. 451. Ὀφθαλμοῖσι Trinc. πολυδέρκεον Trinc. ἠῶς Ald. 453. Ῥεία Rob. vulgo Ῥείη. ὑποδμηθεῖσα Rob. et Trinc. in Cler. et Ald. καὶ δμηθεῖσα. 454. Ἱστίην Ald. Ἵρην Ald. Iunt. 1. Trinc. χρυσοπέδιλον B. 109.

447. Βριάει] Ὀφέλλει auget. *Guietus.*

450. Θῆκε δέ μιν Κρονίδης κουροτρόφον] Alios etiam Deos κουροτρόφους constituerat Iupiter, vt liquet ex v. 346. Praeesse autem nutritioni puerorum Lunam non mirum videbitur, si in animum reuocemus intra nouem aut decem *lunas*, seu menses, formari et in lucem edi pueros. Hoc vnum accepit a Ioue, cetera omnia obtinebat μετὰ προτέροισι θεοῖσι, *cum prioribus Diis*, hoc est, sub Coelo et Saturno. Atque hoc est vltimum Numen prioris aetatis Deorum. *Clericus.*

454. Ἑστίην] *Vesta* dicitur a Latinis, praefixo Digammate Aeolico V vel F. Viri docti recte hoc nomen deducunt ἀπὸ τοῦ אש *esch ignis*, aut, Syriaca inflexione, אשתא *eschtha*. Notissimum est hanc Deam creditam praeesse *igni*, et *foco*. Eruditum de ea Syntagma scripsit *Iust. Lipsius*, qui adiri poterit. *Clericus.*

Δήμητρα] Δημητὴρ dicitur per contractionem, plenius vero Δηὼ μητὴρ. Si scribamus Phoenicie, דיא, deriuanda vox erit a radice די *dai*, quae significat *sufficientiam copiam*; nomen conuenientissimum huic Deae, quae inuentrix erat et praeses frugum, imo vero omnium

Ἰφθιμόν τ' Ἀΐδην, ὃς ὑπὸ χθονὶ δώματα ναίει, 455

Fortemque Plutonem, qui ſub terra domos incolit.

omnium fructuum; quorum prouentum augere, aut minuere credebatur, prout propitia erat, aut irata. *Callimachus* his verſibus claudit hymnum, in honorem huius Deae:

— Φέρε δ' ἀγρόθι νόσιμα πάντα,
Φέρβε βόας, Φέρβε μᾶλα, Φέρε ςάχυν, οἶσε θερισμόν.
Φέρβε καὶ εἰραναν, ἵν' ὃς ἄροσε, κεῖνος ἀμάσῃ.
Ἴλαθί μοι τρίλλιςε, μέγα κρείσσα Θεάων.

Refer ex agris matura omnia, paſce boues, paſce oues, fer ſpicam, fer meſſem. Foue pacem, vt qui arauit ille et metat. Propitia mihi ſis, ter optata, magna regina Dearum. Hiſtoriam huius Deae multis proſequuti ſumus Gallico ſermone, Biblioth. Vniuerſalis T. VI. *Clericus.*

Ἥρην] Phoenicie עירה *bira*, aut ערה *barah*, inter alia ſignificata, *aemulam*, ſeu *zelotypam* ſonat; qua nominis ſignificatione, nulla aptius quadrare poteſt in Iunonem, quae perpetua zelotypia erga virum laborans deſcribitur. Iupiter eam diſerte vocat ζηλήμονα, *zelotypam*, apud *Callimachum*, Hymno in Dianam v. 30. Vide et Dial. Mercurii et Neptuni apud *Lucianum* T. I. vbi de natalibus Bacchi. *Clericus.*

455. Ἰφθιμόν τ' Ἀΐδην, ὃς ὑπὸ χθονὶ δώματα ναίει] In explicatione hiſtorica Fabulae Cereris, multis egimus de Plutone, ex qua pauca huc transferemus. I. Nomen eius Ἀΐδης aut ἄδης deducendum ex voce Phoenicia אדד *ed* aut *ajid*, qua ſignificatur *mors*, aut *exitium*; nec opus eſt monere quam apte hoc conueniat Numini, quod mortuis imperare credebatur. Ea de cauſa, *Heſiodus* id ita deſcribit, Νηλεὲς ἦτορ ἔχον, *cor immiſericors habens*, quia mors nemini parcit. Voce autem illa ſignari non locum, vt exiſtimant Grammatici, qui ex α priuatiuo et εἴδω *video* deducunt, ſed virum; liquet ex hac loquutione εἰς Ἀΐδα, in qua ſubintelligitur οἶκον, *in Aïdis domum*, aut ſimile quidpiam.

II. Epiri Regem fuiſſe ſtatuimus, cuius rei priſca in hiſtoria, non obſcura veſtigia ſuperſunt. Docet nos *Plutarchus*, in vita Theſei, deſcenſum huius Heroïs in inferos, aliud nihil creditum fuiſſe, praeter iter in Epirum, ad *Aïdoneum* eorum tractuum Regem. Non poteſt quidem idem cenſeri ac Pluto, de quo nunc ſermo eſt, cum Pluto aliquot ſaeculis ante Theſeum vixerit. Verum hinc liquet, ex antiqua fama, vulgo perſuaſum fuiſſe Aïdem in Epiro regnaſſe; quam vanam non fuiſſe ſequentia etiam oſtendent.

III. Cum

III. Cum Epirum dicimus, non intelligimus duntaxat regnum illud exiguum, cuius fines poſtea non late patuerunt; ſed et finitimos aliquot tractus, cum regnorum fines, pro variis temporibus, diuerſiſſimi fuerint. Plutonem ſtatuimus, in iis oris, metalla exercuiſſe, vnde maximas ſibi diuitias conflauerit. Hinc nata vniuerſa eius fabula, quod particulatim oſtendemus. 1. Fuiſſe in Epiro et Macedonia fodinas auri, argenti, ferri et aeris in earum regionum deſcriptione docuit *Strabo*. 2. Hinc factum, vt Aïdes putaretur non mortuorum modo Rex, ſed et Deus diuitiarum, vnde Πλούτων dictus eſt. 3. Qui tot fodinas haberet in ditione ſua, eum non mirum eſt diuitiis praeeſſe creditum. 4. Mortuorum vero Deus habitus eſt, quia mortuorum ſedes cenſebatur eſſe ſub terra, ſub quam aguntur fodinae; vnde fit vt non raro in Veterum ſcriptis inter ſe haec conferantur, et quaſi vicina habeantur. Apud *Plautum*, in Captiuis Act. V. S. 4. ſic loquitur adoleſcens e lapicidinis rediens:

Vidi ego multa ſaepe picta quae
Acherunti fierent,
Cruciamenta, verum enim vero
nulla adaeque eſt Acheruns,
Atque vbi ego fui, in lapicidinis.

Poſidonius apud *Strabonem* Lib. III. p. 101. de Turditaniae fodinis: παρ' ἐκείνοις ὡς ἀληθῶς τὸν ὑποχθόνιον τόπον, οὐκ ὁ Ἅδης, ἀλλ' ὁ Πλούτων κατοικεῖ: *certe, apud eos, ſubterranea loca, non Hades, ſed Pluton habitat.* Similiter quando cogitabant Poetae de regno mortuorum, vocabant Iouis et Neptuni fratrem *Aïdem*, aut *Hadem*; quando de diuitiis, *Plutonem*. *Plinius* Lib. XXXIII. c. 1. *Imus in viſcera terrae, et in ſede Manium opes quaerimus.* Paullo poſt de metallis: *illa nos premunt, illa nos ad inferos agunt.* 5. Potuit etiam Aïdes rex mortuorum haberi, quod permulti eorum, quos in fodinas demittebat, illic interirent; potuit credi poenas de miſeris mortalibus exigere, quales deſcribuntur in inferis, propter miſerrimam hominum ad metalla damnatorum vitam. Digna ſunt lectu, quae habet *Diodorus* Siculus, de fodinis Aegyptiorum Lib. III. p. 159. et Lib. V. p. 313. Poſteriora tantum, breuitatis cauſa, proferam: οἱ κατὰ γῆς, inquit, ἐν τοῖς ὀρύγμασι, καὶ καθ' ἡμέραν καὶ νύκτα καταξαινόμενοι τὰ σώματα, πολλοὶ μὲν ἀποθνήσκουσι διὰ τὴν ὑπερβολὴν τῆς κακοπαθείας· (ἄνεσις γὰρ ἢ παῦλαί τῶν ἔργων οὐκ ἔξιν αὐτοῖς, ἀλλὰ ταῖς τῶν ἐπισατῶν πληγαῖς, ἀναγκαζόντων ὑπομένειν τὴν δεινότητα τῶν κακῶν, ἀτυχῶς προϊέντας τὸ ζῆν.) τινὲς δὲ ταῖς δυνάμεσι τῶν σωμάτων καὶ ταῖς τῶν ψυχῶν καρτερίαις ὑπομένοντες, πολὺν χρόνον ἔχουσι τὴν ταλαιπωρίαν. αἱρετώτερος γὰρ αὐτοῖς ὁ θάνατος ἐστι τοῦ ζῆν, διὰ τὸ μέ-

Νηλεὲς ἦτορ ἔχων· καὶ ἐρίκτυπον Ἐννοσίγαιον,
Ζῆνά τε μητιόεντα, θεῶν πατέρ' ἠδὲ καὶ ἀνδρῶν,

Immite cor habens, et valde ſonantem Neptunum,
Iouemque ſapientem, Deorum patrem atque hominum,

456. εὐρύκτυπον B. 109. 457. μυτιόεντα Trinc.

γεθος τῆς ταλαιπωρίας: *dum ſub terra, in fodinis, horum corpora atteruntur, multi intereunt, propter nimiam vexationem. Neque enim remiſſio aut quies operum illis eſt, ſed praefectorum verberibus grauitatem malorum ferre coguntur, quo fit, vt infelicem vitam amittant. Nonnulli qui robore corporum, animorumque patientia, laborem ſuſtinere poſſunt, longum in tempus aerumnas illas habent. Optabilior enim illis mors eſt, quam viuere, propter miſeriarum magnitudinem.* Qui imperant eiuſmodi hominibus vsque adeo miſeris, et ſolis lucem nunquam videntibus, illi merito dici queant, non viuis, ſed

— νεκύεσσι καταχθονίοισιν ἀνάσσειν,

regnare in mortuos, qui ſunt ſub terra. Clericus.

456. Καὶ ἐρίκτυπον Ἐννοσίγαιον] Hoc eſt, Ποσειδῶνα, qui mari praeeſſe creditus eſt, quod claſſibus viuus id obtinuerit, atque inſulas occuparit. Dictus eſt פוסר־און *poſcdon*, eius aetatis lingua, hoc eſt, *fractor nauium*. Ἐννοσιγαῖος eſt epitheton quo deſignatur Neptunus, ſeu maris Deus, quia mare procella concuſſum, videtur etiam ipſam terram concutere. *Clericus.*

457. Ζῆνά τε] Hoc eſt antiquiſſimum nomen Iouis, non Ζεὺς, eiqūe apprime conuenit, cum Phoenicia Lingua זני *zanni* ſignificet *ſcortatorem*; quam appellationem iure merito Iupiter eſt adeptus, innumeris amoribus et ſtupris. *Clericus.*

Θεῶν πατέρ' ἠδὲ καὶ ἀνδρῶν] Hic πατὴρ nomen eſt dignitatis, non naturae, ſignificatque Regem Deorum et Hominum. Sic apud *Homerum* paſſim vocatur, et promiſcue vſurpantur Ζεὺς πατὴρ et Ζεὺς βασιλεὺς, vt et apud reliquos omnes Poëtas. Videtur, antiquiſſimis temporibus, vox πατὴρ *regem* ſignificaſſe, quod patres eſſent veluti *reges* familiae ſuae; cum homines nondum in ſocietates maiores coiviſſent. Haec ratio eſt cur Iupiter ſimpliciter quandoque *Pater* vocetur, apud Graecos et Latinos Poetas, vt apud *Homerum*, Iliad. II, v. 250. vbi poſtquam Achilles duo a Ioue petiiſſet, quorum alterum duntaxat impetrauit, ita loquitur Poeta:

Τῷ

Τῶν καὶ ὑπὸ βροντῆς πελεμίζεται εὐρεῖα χθών.
Καὶ τὼς μὲν κατέπινε Κρόνος μέγας, ὅστις ἕκαστος

Cuius et a tonitru concutitur lata terra.
Atque illos quidem deglutiebat Saturnus magnus, quicumque

Τῷ δ' ἕτερον μὲν ἔδωκε πατὴρ, ἕτερον δ' ἀνένευσεν.
Ei alterum dedit pater, alterum vero abnuit. Similiter *Virgilius* Georg. Lib. I. v. 121.

—— —— *Pater ipſe colendi*
Haud facilem eſſe viam voluit.

Ad locum *Homeri* ita *Euſtathius*: Ἀπολύτως πατέρα ἐν τέτοις λέγει ὡς ἀρχέτυπον. τὼς γὰρ ἐν ἀνθρώποις πατέρας ἀφιδρύματα τῶν τοιῶτων πατρὸς Διός φασιν οἱ παλαιοι: *abſolute Patrem vt archetypum in hiſce dicit. Veteres enim dicunt patres inter homines eſſe exempla huiuſmodi patris Iouis.* Veteres illi, quicumque ſint, fallebantur; nam erant patres ante Iouem, Coelus, Saturnus, et alii Dii, quos memorauit *Heſiodus*. Ab hominibus translata ea vox eſt ad Deos illos, quia homines prius fuerunt, quam eiusmodi Dii. Plura exempla, ex quibus conſtat *pater* eſſe dignitatis vocabulum, vide apud *Adr. Turnebum*, in Aduerſariis Lib. XIII. c. 8. Si prima origo vocis quaeratur, deriuandum crediderim a priſca radice פטר *patar*, quae apud Arabas et Aethiopas, ſignificat *condidit, creauit*, vnde פטיר *patir* eſt creator. *Clericus.*

458. Τῶν καὶ ὑπὸ βροντῆς καὶ τὰ ἑξῆς] Poſtquam Iouem miſcuerant cum ſummo Numine, ei fulmina tribuerunt; quae cum et e nubibus mittantur, et a cauſa ignota oriantur, Numinis manu mitti credebantur. Antiquiori aeuo, non dubitabant

* *Iuppiter, an venti diſcuſſa nube tonarent,*

ſed horrendum illum fragorem Deo ipſi acceptum ferebant. *Clericus.*

459. Καὶ τὼς μὲν κατέπινε Κρόνος μέγας] Scimus quibus allegoriis Graeculi hoc Saturni factum interpretari et ad commodum ſenſum redigere conati ſint; ſed omnia ſunt ſomnia, antiquitatis, rationisque ſuffragiis deſtituta. Si rem ipſam expendamus, veteremque Saturniae aetatis Linguam conſulamus, facile intelligemus Saturnum, ne a liberis ſuis ſolio deiiceretur, ex quo ipſe patrem deturbauerat, eos in carcerem conieciſſe; vnde poſteà egreſſi, quod timuerat perfecerunt, vt in ſequentibus docet *Heſiodus*. Ex ventre nihil egreditur praeter excrementa; a morte nihil prorſus redit. Itaque quoniam *deglutiti* illi liberi Saturni redierunt, eos neque vere *deglutitos*, ne-

* Quaerentem hoc inducit Pythagoram *Ouidius* Metam. XV.

Νηδύος ἐξ ἱερῆς μητρὸς πρὸς γόνατ' ἴκοιτο·
Τὰ φρονέων, ἵνα μή τις ἀγαυῶν οὐρανιώνων
Ἄλλος ἐν ἀθανάτοισιν ἔχῃ βασιληΐδα τιμήν.
Πεύθετο γὰρ Γαίης τε καὶ Οὐρανοῦ ἀστερόεντος,
Οὕνεκά οἱ πέπρωτο ἐῷ ὑπὸ παιδὶ δαμῆναι,
Καὶ κρατερῷ περ ἐόντι, Διὸς μεγάλου διὰ βουλάς.

Ex vtero ſacro matris ad genua venerat:
Haec agitans, ne vllus clarorum filiorum Coeli
Alius inter Immortales haberet regium decus.
Audierat enim ex Terra, et Coelo ſtellis micante,
Quod ſibi fatale eſſet ſuo a filio domari,
Quamuis robuſto, Iouis magni per conſilia.

462. ἔχοι Ald. Iunt. 1. 2. Trinc.

que occiſos oportet fuiſſe. Error Poetarum natus eſt ex voce ambigua, quae et *deglutire* et *abſcondere* ſignificat. Ea eſt radix בלע *balab*, quae vtrumque ſignificatum obtinet; et quam cum hic κρύπτειν vertere debuiſſent Graeci, tranſtulerunt καταπίνειν. Quod autem dicimus *Saturnum* abdidiſſe liberos in carcerem, id iis mirum non erit, qui legerint ſimile quid a Coelo factum eſſe; qua de re vide dicta ad vſſ. 156. et 158. *Clericus.*

464. Οὕνεκά οἱ πέπρωτο] Veteres Poetae Τύχην ignorabant, nouerant πεπρωμένην, ſeu μοῖραν, hoc eſt, fatum; ſed nec immutabile putabant, nec Deos, quaſi immutabile credidiſſent, ſeſe gerentes inducebant, vt liquet ex hoc *Heſiodi* loco. Vide et *Aul. Gellium* Noct. Att. Lib. XIII. c. 1. Interea hinc colligere licet ab antiquiſſimis temporibus notum fuiſſe, eſſe neſcio quam Naturam ſuperiorem ipſis Diis, qui colebantur, ex cuius immutabili voluntate pendebant; quia, nimirum, Dii illi immortales fuerant, diuinae Prouidentiae ſubiecti, quemadmodum ceteri homines. Poſtea haec Stoici mirum in modum incruſtarunt, diſputationibus ſuis de Fato. Grammatici interpretantur πεπρωμένην, quaſi πεπερατωμένην, hoc eſt, προωρισμένην, *praefinitam*, nam περατόω eſt *finio*, ἀπὸ τοῦ πέρατος, *finis*. Subintelligitur βουλή, quemadmodum poſt *fatum* ſubintelligendum *conſilium. Clericus.*

465. Διὸς μεγάλου διὰ βουλάς] Additio inutilis, nam hoc ipſum dictum eſt ſuperiori verſu. Verum antiquiſſimi Poetae non numerant voces. Vide verſum ſequentem, quem confer cum 459. *Clericus.*

466. Καὶ

Τῷ ὄγε δὴ ἀλαοσκοπιὴν ἔχεν, ἀλλὰ δοκεύων
Παῖδας ἐὸς κατέπινε· Ῥέην δ' ἔχε πένθος ἄλαστον.
Ἀλλ' ὅτε δὴ Δί' ἔμελλε θεῶν πατέρ' ἠδὲ καὶ ἀνδρῶν
Τέξεσθαι, τότ' ἔπειτα φίλους λιτάνευε τοκῆας
Τοὺς αὐτῆς, Γαῖάν τε καὶ Οὐρανὸν ἀστερόεντα,
Μῆτιν συμφράσσασθαι ὅπως λελάθοιτο τεκοῦσα
Παῖδα φίλον, τίσαιτο δ' ἐρινῦς πατρὸς ἑοῖο
Παίδων, οὓς κατέπινε μέγας Κρόνος ἀγκυλομήτης.
Οἱ δὲ θυγατρὶ φίλῃ μάλα μὲν κλύον ἠδ' ἐπίθοντο,
Καί οἱ πεφραδέτην ὅσα περ πέπρωτο γενέσθαι
Ἀμφὶ Κρόνῳ βασιλῆϊ καὶ υἱέϊ καρτεροθύμῳ.
Πέμψαν δ' ἐς Λύκτον, Κρήτης ἐς πίονα δῆμον,

Ideoque hic non vanam ſpeculationem habuit, ſed inſidias ſtruens
Filios ſuos deuorabat: Rheam autem tenebat luctus grauis.
Sed quando iam Iouem erat Deorum patrem atque virorum
Paritura, iam tum caris ſupplicabat parentibus
Suis, Terraeque, et Coelo ſtellato,
Conſilium vt conferrent, quo pacto clam pareret
Filium carum, et vlciſceretur furias patris ſui
Contra filios, quos deuorauerat ingens Saturnus verſutus.
Illi vero filiae dilectae auſcultarunt et morem geſſerunt,
Et ei commemorarunt, quaecumque fatis conſtitutum eſſet fieri
Circa Saturnum regem, et filium magnanimum.
Miſerunt autem in Lyctum, Cretae in pinguem tractum,

468. δὴ δ' Iunt. 2. 469. Τεύξεσθαι Trinc. 470. αὐτῆς Ald.
471. συμφράσασθαι P. 109. 472. ἐρινὺς Ald.

465. Καὶ κρατερῷ περ ἐόντι, Διὸς μεγάλα διὰ βουλάς] Hic verſus nothus videtur. *Guietus.*

471. Μῆτιν συμφράσασθαι] Conſilium vt conferrent. *Guietus.*

472. Πατρὸς ἑοῖο] An ἀνδρὸς ἑοῖο? hoc eſt, viri ſui, Saturni furentis. placet. verſu ſequ. παίδων ſubintellige ἕνεκα. *Guietus.*

475. Καί οἱ πεφραδέτην] Et ei declararunt. *Guietus.*

477. Λύκτον] *Homerus* Λύττον vocauit, vt docet *Strabo* Lib. X. quamuis Codices noſtri habeant Λύκτον, non aliter ac apud *Heſiodum*. Vide *Iſ. Caſaubonum* ad *Strabonem*, qui tamen Caſaubonus perperam abit a *Strabone*. Λύττον vera eſt lectio, vt ex hac hiſtoria colligere licet. Rhea enim *la-*

Ὁππότ' ἄρ' ὁπλότατον παίδων ἤμελλε τεκέσθαι,
Ζῆνα μέγαν· τὸν μέν οἱ ἐδέξατο Γαῖα πελώρη
Κρήτῃ (ἐν) εὐρείῃ τραφέμεν ἀτιταλλέμεναί τε. 480
Ἔνθα μὲν ἶκτο φέρουσα θοὴν διὰ νύκτα μέλαιναν,
Πρώτην ἐς Λύκτον. κρύψεν δέ ἑ χερσὶ λαβοῦσα
Ἄντρῳ ἐν ἠλιβάτῳ, ζαθέης ὑπὸ κεύθεσι γαίης,

Cum minimum natu filiorum esset paritura,
Iouem magnum: hunc quidem sibi suscepit Terra vasta
In Creta lata educandum et delicate enutriendum.
Tum quidem peruenit ferens celerem per noctem nigram,
Primum ad ipsam Lyctum: abscondit autem ipsum manibus
Antro in excelso, diuinae sub latebris terrae, [prehensum

479. δέξατο Trinc. 480. ἐν delet Ald. Iunt. 1. 2. Trinc. Steph. vncis includit Comm. τρέφεμεν Trinc. 481. μὲν B. 109. 482. Πρῶτον Ald. Iunt. 1. 2. κρύψε Ald. Iunt. 1. 2. 483. ζαθέοις B. 109.

tibulum quaerebat, hoc est Phoenicie לטון *lytton*, aut לוטן *louton*, a radice לוט quae significat *occultauit*, vt et לאט apud Hebraeos. Huc accedunt nummi antiqui Lyttorum, in quibus hoc oppidum dicitur ΛΤΤΤΙΟΝ. Vide illustrem ac eruditum virum *Ezech. Spanhemium* in Hymnum Callimachi in Apollinem v. 33. *Strabo* docet Gortynam centum Stadiis a Lytto abesse. Lyttum vero a mari Libyco octoginta. pag. 328. Ed. Genev. *Is. Casauboni.* Clericus.

Δῆμον] *Tractum* vertimus, non *populum*, propter adiunctum Epithetum; quod tractui melius conuenit, quam populo. Δῆμος, *tractus* dictus est ab ארמא *adama*, terra; deinde tractus incolae ea voce significati. *Clericus.*

477. Πέμψαν δ' ἐς Λύκτον] Scilicet αὐτὴν. *Guietus.*

481. Ἔνθα μὲν ἶκτο] Hic cum duobus sequentibus sunt nothi. *Guietus.*

482. Πρώτην ἐς Λύκτον] Cum *Rhea* Lyttum, mediterraneam vrbem, itura, appulisset in Cretam, peperit antequam eo perueniret; atque ex eo loco delatus primum infans est Lyttum a Cretensibus; (nam *terra* sunt *incolae terrae*) deinde translatus in montem Aegaeum, procul situm a Lytto. Hoc indicat vox πρώτην, quae ridicule abundaret, nisi δεύτερον, *secundum*, alio translatus fuisset Iupiter. Hoc obseruamus, quia non est a viro doctissimo animaduersum. *Clericus.*

484. Αἰ-

Αἰγαίῳ ἐν ὄρει πεπυκασμένῳ ὑλήεντι.
Τῷ δὲ σπαργανίσασα μέγαν λίθον ἐγγυάλιξεν 485

Aegeo in monte denſo ſyluoſo.
Huic autem faſciis inuolutum magnum lapidem in manus dedit

484. Αἰγαίῳ ἐν ὄρει] Recte idem vir eruditiſſimus ita legendum eſſe animaduertit, ex Scholiaſte, et collem Idaei montis intelligendum. Iupiter aut ab hoc monte, aut a clypeo caprae pelle tecto, dictus eſt αἰγίοχος, hoc eſt, aut *habitans Aegaeum montem*, aut *habens Aegidem*, ſeu clypeum quem dixi. Non poſſum tamen non obiter Lectorem monere de ambiguitate vocis Phoeniciae צבאות *ſebaoth*, quae et *exercitus*, et *capreas* ſignificat, et coniungi ſolet ab Hebraeis cum nomine Dei, qui dicitur יהוה צבאות *jahvoh ſebaoth*; quae poſſunt verti *Iahvoh caprearum*, aut *Iahvoh exercituum*. An perperam verterunt Graeci loquutionem Phoeniciam, vt de ſummo ſuo numine dicerent, quod a Phoenicibus de Deo vero dici audiverant? *Clericus.*

Ἀργαίῳ ἐν ὄρει] Αἰγαίῳ ἐν ὄρει. Aegaeo in monte. *Guiesius.*

Αἰγαίῳ ἐν ὄρει] Legendum forſan Ἰδαίῳ ἐν ὄρει. Sic Callimachus in hymno in Iouem, Ζεῦ, σε μὲν Ἰδαίοισιν ἐν ἄρεσι Φωσὶ γενέσθαι. Ad quod ſic commentatur Ill. Spanhemius. De Ida in Creta, non altero in Phrygia monte intelligit hic Poeta, vt vere notant Scholia, quod tamen in dubio relinquunt eruditi ad Apollonium Critici l. 3. v. 134. Ἰδαίῳ ἐν ἄντρῳ, nempe, ἢ τῷ τῆς Κρήτης, ἢ τῷ τῆς Τροίας; certare enim, quod addunt, etiam Troas de Iouis natalibus, prout id tradit Demetrius Scepſius. Adde quod Ἰδαίᾳ Διὸς aram a Mida in Phrygia exſtructam tradit Plutarchus in Parallel. et ad quam reſpicit Aeſchylus in Niobe ap. Strabon. l. 12. p. 580. Οἷς ἐν Ἰδαίῳ πάγῳ Διὸς πατρῴᾳ βωμός ἐστι. *Quibus in Idaea rupe paterni Iouis ara eſt.* Occurrunt vero Titi et Domitiani nummi in quibus Διὸς Ἰδαίᾳ cum aquila; qui tamen de Cretenſi Ioue debent intelligi; et firmare videtur, quod foedus inter Cretenſes et Apolloniatas iureiurando ſanctum fuerit, παρὰ τὸν Δία τὸν Ἰδαῖον, auctore Polyb. in Excerpt. Valeſ. p. 133. *Rob.*

485. Τῷ δὲ σπαργανίσασα μέγαν λίθον ἐγγυάλιξεν Οὐρανιδῃ] Natum hoc commentum ex ambiguitate vocis אבן *eben* quae in Lingua Phoenicia quemadmodum in Arabica, *lapidem*, aeque ac *filium* ſignificabat; aut ſi mauis הבן *habben* ſumſerunt pro אבן *eben*, filium pro lapide. Cum Saturnus li-

Οὐρανίδῃ μέγ' ἄνακτι, θεῶν προτέρῳ βασιλῆι.
Τόν τόθ' ἑλὼν χείρεσσιν ἐὴν ἐγκάτθετο νηδύν,
Σχέτλιος· ὃδ' ἐνόησε μετὰ Φρεσὶν ὥς οἱ ὀπίσσω
Ἀντὶ λίθου ἐὸς υἱὸς ἀνίκητος καὶ ἀμήδης
Λείπεθ', ὅ μιν τάχ' ἔμελλε βίῃ καὶ χερσὶ δαμάσσας 490
Τιμῆς ἐξελάαν, ὁ δ' ἐν ἀθανάτοισιν ἀνάξειν.

Coeli filio, praepotenti, Deorum priori regi.
Quem tum arreptum manibus, ſuam condidit in aluum
Miſer; nec cogitauit animo quod ſibi in poſterum
Pro lapide ſuus filius inuictus et ſecurus
Supereſſet, qui ipſum mox eſſet vi et manibus domitum
Ex honore expulſurus, ipſeque immortalibus eſſet imperaturus.

486. Οὐρανίδῃ ſine iota ſubſcr. Ald. vt v. 490. βίῃ. 487. ἐκάτθετο B. 109. νηδὴν Ald. Iunt. 1. 2. 488. ὀπίσω Ald. Iunt. 1. 2. Trinc. 489. ἀδήκητοι B. 109. 491. ἐξελάειν B. 109. Trinc. ἕ Ald.

beros ſuos in carcerem coniiceret, dedit ei Rhea *filium*, non ſuum, ſed alienum pro ſuo. Colligere hoc eſt ex alia huius fabulae circumſtantia. Lapis ille vocabatur *Abaddir*, quod videtur eſſe idem ac אבן דיר *eben dir*, quorum prius *filium*, poſterius *alienum* ſignificat, ſolemni mutatione ד et ר, nam זר *zar* alienum ſonat. *Priſcianus* Lib. V. fol. 21. auerſo, ed. Aſcenſianae: *Abadir Deus eſt. Dicitur et hoc nomine lapis ille, quem Saturnus dicitur deuoraſſe, pro loue; quem Graeci βαιτύλον vocant.* De *Baetulis* vide *Sam. Bochartum* Chan. Lib. II. c. 2. quamquam ab illo diſſentimus de origine vocis *Abadir*, quam putat ſignificare *lapidem rotundum*; quaſi vero Saturnus lapidem aut deglutierit, vt dicunt Poetae, aut vt nos, in carcerem cohiecerit. *Clericus.*

486. Μέγ' ἄνακτι] Hoc eſt, ἄνακτι μεγάλῳ. *Guietus.*

487. Ἐὴν ἐγκάτθετο νηδύν] Cum vetuſtiſſimi Graeci verbum, quod *deglutire* et *occultare* ſonat, priori ſenſu cepiſſent; conſequens erat, vt dicerent *Abaddirem* in ventrem Saturni deſcendiſſe. *Clericus.*

Ἐὴν ἐγκάτθετο νηδύν] Scribendum videtur εἰσκάτθετο. an diuiſim ſcribendum? ἐὴν εἰς κάτθετο. *Guietus.*

490. Ὅ μιν τάχ' ἔμελλε] Hoc eſt, ὅς μιν. *Guietus.*

491. Ὁ δ' ἐν ἀθανάτοισιν ἀνάξειν] Nota phraſin. ſcribi poterat, καὶ ἐν ἀθ. ἀναξ. an ſcribendum? ἠδ' ἀθανάτοισιν ἀνάξειν. placet. *Guietus.*

492. Καρ-

Καρπαλίμως δ' ἄρ' ἔπειτα μένος καὶ φαίδιμα γυῖα
Ηὔξετο τοῖο ἄνακτος· ἐπιπλομένων δ' ἐνιαυτῶν,
Γαίης ἐννεσίῃσι πολυφραδέσσι δολωθείς,
Ὃν γόνον ἂψ ἀνέηκε μέγας Κρόνος ἀγκυλομήτης 495
Νικηθεὶς τέχνῃσι βίῃφί τε παιδὸς ἑοῖο.

Celeriter autem deinde robur et fortia membra
Crescebant illius regis: reuolutis dein annis,
Terrae consilio astuto circumuentus,
Suam sobolem iterum emisit magnus Saturnus versutus,
Victus artibus ac vi filii sui.

493. ἐπιπλομένων δ' ἐνιαυτῶν Trinc. Steph. marg. atque Robinſ. vulgo erat ἐπιπλομένῳ δ' ἐνιαυτῷ, in Ald. ἐπιπλομένῳ ἐνιαυτῷ omiſſo δέ. 494. ἐννεσίῃσι Trinc. 496. τέκνῃσι Trinc. In βίῃφι iota ſubſcr. deeſt Ald.

492. Καρπαλίμως δ' ἄρ' ἔπειτα] Hic cum ſequentibus nouem verſibus ſunt ſubdititii. *Guietus.*

492. Ἐπιπλομένῳ δ' ἐνιαυτῷ] Niſi ſit hic immanis τερατολογία Poetica, legendum ἐπιπλομένων ἐνιαυτῶν, *reuolutis annis*, nam Iupiter non eſt tantus factus, vertente anno, vt Patri inſidiari poſſet. *Clericus.*

Ἐπιπλομένῳ δ' ἐνιαυτῷ] Alii ἐπιπλομένων ἐνιαυτῶν. *Guietus.*

Ἐπιπλομένων δ' ἐνιαυτῶν] Vulgo legitur ἐπιπλομένῳ δ' ἐνιαυτῷ. Sed haec nimia eſſet τερατολογία, vt animaduertit Clericus. Reſtitui igitur ex MS. R. S. ἐπιπλομένων δ' ἐνιαυτῶν, quam etiam veram eſſe lectionem Stephanus et Guietus coniecerant. Iouem tamen mirabiliter praecocem alii etiam poetae cecinerunt. Callim. in h. in Iov. Καλὰ μὲν ἡέξευ, καλὰ δ' ἔτραφες, ἠράνις Ζεῦ. Ὀξὺ δ' ἀνήβησας, ταχινοὶ δέ τοι ἦλθον ἴκελοι. Ἀλλ' ὅτε παιδνὸς ἐὼν ἐφράσσαο πάντα τέλεια. *Rob.*

494. Γαίης ἐννεσίῃσι] ἔω, ἴημι, συνίημι, σύνεσις, ἐνέω, ἔνεσις, ἐνεσίη, et geminato ν ἐννεσίη. Sic ab ἴω, ἰὸς, ἰότης, ἰότητος idem. *Guietus.*

495. Ὃν γόνον ἂψ ἀνέηκε] Poſtea eſt ἐξήμησε, *euomuit.* Hoc eſt, carcere emiſit. Quemadmodum verbum quod ſignificat *deglutire*, et quod antea diximus perperam intellectum, ſonat etiam *abdere*: ita verbum קיא *Ko*, quod eſt *vomere*, tralatitio ſignificatu eſt *eiicere, emittere.* Sic terra Chananaea dicitur *euomuiſſe*, hoc eſt, eieciſſe *incolas ſuos*, Leuit. XVIII. 28. Similiter Saturnus fertur *euomuiſſe* filios, quos *deglutierat*; hoc eſt, emiſiſſe carcere, in quem eos abdiderat. *Clericus.*

Πρῶτον δ' ἐξήμησε λίθον, πύματον καταπίνων.
Τὸν μὲν Ζεὺς στήριξε κατὰ χθονὸς εὐρυοδείης
Πυθοῖ ἐν ἡγαθέῃ, γυάλοις ὑπὸ Παρνησσοῖο,
Σῆμ' ἔμεν ἐξοπίσω, θαῦμα θνητοῖσι βροτοῖσι.
Λῦσε δὲ πατροκασιγνήτους ὀλοῶν ἀπὸ δεσμῶν
Οὐρανίδας, οὓς δῆσε πατὴρ ἀεσιφροσύνησιν.
Οἵ οἱ ἀπεμνήσαντο χάριν εὐεργεσιάων,
Δῶκαν δὲ βροντὴν, ἠδ' αἰθαλόεντα κεραυνὸν,
Καὶ στεροπήν. τὰ πρὶν δὲ πελώρη Γαῖα κεκεύθει·

Primum vero euomuit lapidem, vltimo deuoratum.
Illum quidem Iupiter firmiter defixit in terram ſpatioſam
Pytho in diuina, in amfractu Parnaſſi,
Monumentum vt ſit in poſterum, miraculum mortalibus homi-
Soluit vero patruos noxiis a vinculis [nibus.
Coeligenas, quos vinxerat pater ex amentia.
Qui ipſi retulerunt gratiam beneficiorum,
Dederuntque tonitru, atque candens fulmen,
Et fulgur; quae antea immanis terra occultauerat:

499. Παρνάσσοιο B. 109. Παρνησσοῖο Ald. Iunt. 1. 2. Trinc. 500. ἦμεν' Ald. Iunt. 1. 2. Trinc. Steph. 501. ὑπὸ Ald. Iunt. 1. 2. Com. 503. ἀπεμνήσαντο Trinc. marg. Steph. 505. τὰ πρὶν edidit Rob. vulgo τὸ πρὶν.

498. Τὸν μὲν Ζεὺς στήριξε, καὶ τὰ ἑξῆς] Male intellecto hiſtoriae initio, cetera Poetae ei errori conſentanea finxerunt. *Clericus.*

501. Πατροκασιγνήτους] Hoc eſt, Titanas, a quibus etiam ſibi metuebat Saturnus. *Clericus.*

Δῶκαν δὲ βροντὴν καὶ τὰ ἑξῆς] Non proprie hoc intelligendum, nam Cyclopes ſoli crediti ſunt fabricare fulmen, ſed dicuntur Titanes fulmine Iouem donaſſe, quod ei regnum detulerint: quod cum poſtea cum diuinitate confuſum ſit, Deus autem crederetur fulmen mittere, ideo qui Iouem Regem fecerunt, ei fulmen tradidiſſe hic dicuntur. *Clericus.*

502. Οὐρανίδας] Τὰς κύκλωπας, vt ſupra. *Guietus.*

Ἀεσιφροσύνησιν] Ab ἄω, ἄομαι, ἄτη, ἀέω, ἄεσις. Heſych. ἄεσις, πόνος, βλάβη. idem ἀεσιφροσύνησιν, ἀνοίαις. ἀεσίφρων, hoc eſt, φρενοβλαβὴς, ἄνους. *Guietus.*

505. Τὸ πρὶν δὲ πελώρη] An ſcribendum? τὰ πρίν γε πελώρη. *Guietus.*

506. Τοῖς

Τοῖς πίσυνος, θνητοῖσι καὶ ἀθανάτοισιν ἀνάσσει.
Κέρην δ' Ἰαπετὸς καλλίσφυρον Ὠκεανίνην
Ἠγάγετο Κλυμένην, καὶ ὁμὸν λέχος εἰσανέβαινεν.
Ἡ δέ οἱ Ἄτλαντα μεγατερόφρονα γείνατο παῖδα.

Quibus confisus, mortalibus atque immortalibus imperat.
Puellam porro Iapetus pulcram Oceanidem
Duxit Clymenen, et eundem lectum conscendit.
Ipsa vero ei Atlantem magnanimum peperit filium:

507. Ὠκεανίνην Iunt. 1. 2.

506. Τοῖς πίσυνος θνητοῖσι καὶ ἀθανάτοισιν ἀνάσσει] Cum Deus post fata factus crederetur, eadem opera fulmen tractare existimatus est. *Clericus.*

507. Κέρην δ' Ἰάπετος] Eruditi vulgo volunt hunc fuisse *Iapetum* Noachi filium, cuius posteri Europam incoluerunt. Quod dubium non esset, si omnes populi Europaei a Iapeto originem duxisse dicerentur. Attamen quia vetustissimae historiae postea interpolatae sunt innumeris mendaciis, mirum non est, si farrago vero et falso mista secum non satis consentiat. Sed et veri forte vestigium in eo est, quod ab aliis *Prometheus*, Iapeti filius, humani generis conditor fuisse dicitur; quia omnes, aut propemodum omnes Europaei ex Iaphetho eius patre oriundi sunt. Vide *Apollodorum* Biblioth. Lib. I. c. VIII. §. 1. et *Hygini* Fab. CXLII. *Clericus.*

509. Ἡ δέ οἱ Ἄτλαντα μεγατερόφρονα γείνατο παῖδα] Hic postea dicitur coelum sustinere, in terrae finibus, e regione Hesperidum. Credibile est hunc conditorem fuisse Atlantiorum populorum, qui vltimam Africam incolebant, circa montem Atlantem. Is mons, propter summam altitudinem, videbatur sustinere coelum, et quia ad vltimum occasum situs credebatur, qua in parte existimabant coelum terris incumbere. Dictus autem est הבלא *hatbla*, aut simili nomine, a radice חלה *thalah*, hoc est, *pendere*, quia altissimae rupes pendere videntur, aut quia *suspensum* sustinere censebatur coelum. Nomen montis inditum videtur primo eorum duci, qui eius iuga, aut valles cultum iuerunt. Certe *Herodotus* scripsit vicinos populos *Atlantas* dictos Lib. IV. c. 184. Τοῖσι, inquit, ἔνομα ἐσὶ Ἄτλαντες, οἱ ἀνώνυμοί εἰσι μέντοι ἀνθρώπων τῶν ἡμεῖς ἴδμεν: *hisce nomen est Atlantibus, qui sine nomine* (nempe, proprio singulorum, vt postea docet) *sunt soli hominum*

Τίκτε δ' ὑπερκύδαντα Μενοίτιον, ἠδὲ Προμηθέα 510

Peperit praeterea gloria praefignem Menoetium, atque Prome-
[theum

510. Μενοίτιον Iunt. 2.

num quos norimus. Ideo forte Atlas in montem mutatus fingitur. Eum ita deſcribit *Pomponius Mela* Lib. III. c. 10. poſtquam dixit media Africae, ad occidentem, exuſta eſſe: *Exuſtis*, inquit, *inſulae oppoſitae ſunt, quas Heſperidas tenuiſſe memorant. In arenis mons eſt Atlas denſe conſurgens, verum inciſis vndique rupibus praeceps, inuius, et quo magis ſurgit exilior; qui quod altius quam conſpici poteſt, vſque in nubila erigitur, coelum et ſidera non tangere modo vertice, ſed ſuſtinere quoque dictus eſt. Herodotus* haec de eo monte antea ſcripſerat Lib. IV. c. 184. ἔστι δὲ τοῦτο καὶ κυκλωτερὲς πάντη. ὑψηλὸν δὲ ἔτω δή τι λέγεται ὡς τὰς κορυφὰς αὐτοῦ ἔχ οἷά τε εἶναι ἰδέσθαι. ἐκδέκοτε γὰρ αὐτὰς ἀπολείπει νέφεα ἔτε θέρεος, ἔτε χειμῶνος. τοῦτο ΚΙΟΝΑ τὸ οὔρανὸ λέγεσιν οἱ ἐπιχώριοι εἶναι: *eſt anguſtus et vndique rotundus, et vt fertur adeo excelſus, vt eius ſumma iuga nequeant cerni; numquam enim iis deſunt nubes, neque aeſtate, neque hyeme. Hunc COLVMNAM coeli eſſe dicunt incolae.* Clericus.

510. Τίκτε δ' ὑπερκύδαντα Μενοίτιον] Hic Menoetius poſtea dicitur ὑβριστὴς, *flagitioſus, contumelioſus*, quod non abit a ſignificatione radicis מנא *menaib*, quae, apud Chaldaeos, ſignificat *terruit.* Clericus.

Ἡ δὲ Προμηθέα] Προμηθεὺς et Ἐπιμηθεὺς nomina Graeca ſunt, non quae antiquiſſima Lingua primorum Graeciae colonorum impoſita hiſce Titanibus fuerant. Vel, ſi mauis, cognomina ſunt, quae loco nominum poſtea fuerunt, cum longa aetas ea obliuione ſepeliiſſet. Προμηθεὺς dictus eſt ἀπὸ τῦ προμανθάνειν, *praediſcere*, quod prudentis eſt; Ἐπιμηθεὺς vero ἀπὸ τῦ ἐπιμανθάνειν *in ipſa re diſcere*, quod eſt improuidi. Si audimus *Sam. Bochartum*, * nomen verum *Prometbei* fuit *Magog*, quia 1. vt Iaphethi filius Magog: ita Iapeti Prometheus: 2. Caucaſo Prometheus affixus fuiſſe fingitur, quia vel ipſe vel gens Scytharum ab ipſo oriunda in Caucaſo fixerat ſedes: 3. dicitur ignem e coelo in terram detuliſſe, quia metallis, circa Caucaſum montem effoſſis, artem metalla igne excoquendi illic aut inuenit, aut reſtituit. Liquet hoc ex Prometheo vincto *Aeſchyli*, vbi ſic loquens inducitur:

Χαλκὸν

* In *Phalegi* Lib. I. c. 2.

Ποικίλον, αἰολόμητιν, ἀμαρτινοόν τ' Ἐπιμηθέα,

Varium, verſutum, ſtultumque Epimetheum,

511. Ποικίλον Ald. Mox αἰολομῆτιν Ald. Iunt. 1. 2. ἀμαρτὶ νοόν Ald.

Χαλκὸν, σίδηρον, ἄργυρον, χρυσόντε τις
Φήσειεν ἂν πάροιθεν ἐξευρεῖν ἐμέ;

Aes, ferrum, argentum, aurumque quis dixerit ſe ante me inveniſſe? 4. Fabula de Promethei hepate, vel corde, quod a vulturibus eroſum contabeſcit, videtur niti nomine *Magog*; eſt enim ab Hebraeo מוג *moug*, vel מגג *magag*, quod eſt *liquefieri, contabeſcere*. Haec *Bochartus*, quae ſi vera ſunt, fortaſſe verum nomen Epimethei fuit *Gog*; filius enim alius Iaphethi ſic vocabatur, qui *Magogi* vicinus erat, hoc eſt, non procul a Caucaſo habitabat; qua de re, vide eundem virum doctiſſimum, in Phalegi Lib. III. c. 13. Dictus autem fuerit Epimetheus *Gog*, a radice אגג quae apud Arabas ſignificat *arſit*, *flagrauit*, eo quod exarſerit amore mulierum; quod ſignificatur Pandorae fabula, vt mox videbimus. At ſi Prometheus et Epimetheus iidem ac Gog et Magog ſtatuantur eſſe et Iaphethi filii, quaeret quispiam, qui Ioui coaeui fuerint, quem exiſtimamus non ita multo ante tempora Abrahami Patriarchae vixiſſe? Sed longaeuitas vitae humanae, ea aetate, rem extra dubitationis aleam ponit, et ex Chronologia Moſaica liquet Noachum multis annis, poſt natum Abrahamum mortuum fuiſſe. *Clericus.*

Ποικίλον, αἰολόμητιν] Haec et quae poſtea dicuntur de prudentia et calliditate Promethei, confirmantur iis quae de illo habet *Aeſchylus*, qui in *Prometheo vincto*, omnium ferme artium inuentorem facit. Plurimis enumeratis, ita eum loquentem inducit:

Βραχεῖ δὲ μύθῳ, πάντα συλλήβδην μάθε·
Πᾶσαι τέχναι βροτοῖσιν ἐκ Προμηθέως.

Breui oratione, omnia ſimul accipe: omnes artes mortalibus a Prometheo profectae ſunt. Clericus.

511. Ἀμαρτίνοόν τ' Ἐπιμηθέα] Imprudentia Epimethei in eo videtur ſita fuiſſe, quod Pandoram a Diis miſſam vxorem duxerit, vt ſequente verſu docet *Heſiodus*, et pluribus in ſequentibus a v. 570. et in Operibus et Diebus, v. 60. *et ſeqq.* Videntur autem Pandora ſignificari formoſae mulieres, quibus forte nimium dediti populi, qui erant inter mare Caſpium et Pontum Euxinum. Certe etiamnum hodie pulcris mulieribus abundat ea ora, nec aliis ferme Gynaecea Regum Perſarum, Turcarum et

Ὡς κακὸν ἐξ ἀρχῆς γένετ' ἀνδράσιν ἀλφηστῆσι·
Πρῶτος γάρ ῥα Διὸς πλαστὴν ὑπέδεκτο γυναῖκα
Παρθένον. ὑβριστὴν δὲ Μενοίτιον εὐρύοπα Ζεὺς
Εἰς ἔρεβος κατέπεμψε, βαλὼν ψολόεντι κεραυνῷ,
Εἵνεκ' ἀτασθαλίης τε καὶ ἠνορέης ὑπερόπλου.
Ἄτλας δ' οὐρανὸν εὐρὺν ἔχει κρατερῆς ὑπ' ἀνάγκης,
Πείρασιν ἐν γαίης, πρόπαρ Ἑσπερίδων λιγυφώνων
Ἑστηὼς, κεφαλῇ τε καὶ ἀκαμάτοισι χέρεσσι.
Ταύτην γάρ οἱ μοῖραν ἐδάσσατο μητίετα Ζεύς.

Qui noxa ſtatim ab initio fuit hominibus inuentoribus rerum.
Primus enim Iouis fictam ſuſcepit mulierem
Virginem. flagitioſum vero Menoetium late videns Iupiter
In Erebum detruſit, feriens ardente fulmine,
Propter improbitatem et fortitudinem inſolentem.
Atlas vero coelum latum ſuſtinet, dura ex neceſſitate.
Finibus in terrae, e regione Heſperidum argutarum
Stans, capiteque et indefeſſis manibus.
Hanc enim ipſi ſortem deſtinauit prudens Iupiter.

513. ὑπαίδεκτο Trinc. ἐπέδεκτο B. 109. 518. πρόπαν B. 109. λυγυφώνων Ald. Iunt. 1. 520. ἐδάσατο B. 109.

et Indorum ſunt referta. Quod oriri videtur ex coelo, quod idem temporibus Iouis fuit, ac nunc eſt. *Clericus.*

518. Πείρασιν ἐν γαίης καὶ τὰ ἑξῆς] Vide not. ad v. 215. *Clericus.*

Πρόπαρ ἑσπερίδων] Ex πρὸ et παρὰ compoſitum, cui τὰ πάρος, et πάροιθε, σύνοιχα. *Guietus.*

519. Ἑστηὼς κεφαλῇ τε καὶ ἀκαμάτοισι χέρεσσι] Hic verſus additicius videtur. *Guietus.*

521. Δῆσε δ' ἀλυκτοπέδῃσι Προμηθέα ποικιλόβουλον] Omnes Poëtae in monte Caucaſo factum teſtantur. Itaque ex quatuor fratribus vnus in extremam Africam nauibus aufugit ex Imperio Iouis, hoc eſt, ex Graecia, et praeſertim Theſſalia; alius vero per Boſporum Thracium et Pontum Euxinum in Colchidem iuit. Credibile eſt nonnullos, tyrannidem Iouis fugientes, in extremum orbem ſe ſe contuliſſe. Dicitur autem vinxiſſe Prometheum in Caucaſo, eo quod illuc compulſum, non paſſus fuerit in Graeciam redire, non aliter ac ſi catenis vinctum illic tenuiſſet. *Clericus.*

522. Δεσ-

Δῆσε δ' ἀλυκ]οπέδῃσι Προμηθέα ποικιλόβουλον,
Δεσμοῖς ἀργαλέοισι μέσον διὰ κίον' ἐλάσσας.
Καί οἱ ἐπ' αἰετὸν ὦρσε τανύπ]τερον· αὐτὰρ ὅγ' ἦπαρ

Ligauit vero firmiſſimis compedibus Prometheа verſutum,
Vinculis duris mediam in columnam affigens.
Et ei aquilam immiſit expanſis alis: ceterum haec hepar

522. Δεσμοῖς ἀργαλέοισι διὰ κίον' ἐλάσσας] Haec pertinent ad deſcriptionem vinculorum, qua in re ingenio ſuo Poetae, prout voluerunt, indulſerunt. *Clericus.*

Διὰ κίον' ἐλάσσας] Τμῆσις, διελάσας. *Guietus.*

523. Καί οἱ ἐπ' αἰετὸν ὦρσε τανύπτερον] Alii vultures dicunt, quia Poetae, in circumſtantiis deſcribendis, omnia ſibi licere putant. *Clericus.*

— αὐτὰρ ὅγ' ἦπαρ Ἔσθιεν ἀθάνατον.] Haec ipſa res eſt, quae conſideranda eſt, omniſſis omnibus παρέργοις. Si autem Phoenicia Lingua *Iecur* dicere velimus, vtemur voce כבד *chabed*, quae efferri, iisdem ſervatis conſonantibus, poteſt *chabod*; quae vox non raro *diuitias* ſignificat. Itaque ſimilitudine vocum decepti, pro *diuitiis* Promethei dixerunt eius *iecur*. Nimirum cum Prometheus metalla exerceret circa Caucaſum, neque fodinas vmquam exhaurire poſſe videretur; vulgo ferebant, quod interdiu e fodinis hauriebatur, id noctu iterum creſcere, vt ſignificarent exhauriri non magis poſſe fodinas, quam ſi tantumdem metallorum enatum fuiſſet ſingulis noctibus, quantum quotidie effodiebatur. Hinc nata fabula, quae ornamentis poeticis adaucta paullatim nimium quantum ab origine receſſit. *Clericus.*

Ἦπαρ Ἔσθ. ἀθ.] Hanc fabulam ſic exponit Scholiaſtes: Ὁ δὲ αἰετὸς, βιωτικὰς μερίμνας, καὶ ἐφημερινὰς, αἵτινες συνέχουσι τὸν ἄνθρωπον καὶ ἀναλίσκουσι τὰς φρένας ἐφ' ἡμέραν, ὥσπερ καὶ αἰετὸς τὸ ἧπαρ. *Volucer autem ſignificat curas illas, quae in vita quotidie occurrunt, comprimentes hominem eiusque animum aſſidue conſumentes, vt iecur volucer.* Similiter Lucretius l. 3. Tityi fabulam exponit. Tityos nobis hic eſt in amore iacentem Quem volucres lacerant, atque exeſt anxius angor, Aut alia quauis ſcindunt cuppedine curae. *Rob.*

Ἐπ' αἰετὸν ὦρσε] ἐπῶρσε. *Guietus.*

524. Τὸ

Ἤσθιεν ἀθάνατον· τὸ δ' ἀέξετο ἶσον ἁπάντῃ
Νυκ]τὸς, ὅσον πρόπαν ἦμαρ ἔδοι τανυσίπ]τερος ὄρνις. 525
Τὸν μὲν ἄρ' Ἀλκμήνης καλλισφύρου ἄλκιμος υἱὸς
Ἡρακλέης ἔκ]τεινε, κακὴν δ' ἀπὸ νῆσον ἄλαλκεν
Ἰαπετιονίδῃ, καὶ ἐλύσατο δυσφροσυνάων.
Οὐκ ἀέκητι Ζηνὸς ὀλυμπίου ὑψιμέδοντος,
Ὄφρ' Ἡρακλῆος Θηβαγένεος κλέος εἴη 530
Πλεῖον ἔτ' ἢ τοπάροιθεν ἐπὶ χθόνα πουλυβότειραν.
Τοῦτον ἄρ' ἀζόμενος παύσθη χόλου, ὃν πρὶν ἔχεσκεν,

Comedebat immortale: quin ipsum crescebat tantum vbique
Noctu, quantum toto die edisset extentas alas habens auis.
Hunc quidem Alcmenae formosae fortis filius
Hercules occidit, malam vero pestem profligauit
Ab Iapetionida, et liberauit ab aegritudine:
Non inuito Ioue Olympio in alto imperante,
Quo Herculis Thebis geniti gloria esset
Maior etiam quam antea, super terram multos pascentem.
Eum itaque veneratus remisit iram, quam prius habuerat,

524. Ἶσον Trinc. ἁπάντῃ Ald. 525. ἴδοι Ald. Iunt. 1. 528. δυσφοσυνάων Iunt. 2. 531. τὸ πάροιθεν Ald. 532. et 533. in vnum versum contraxit Rob. v. Not. ἄρ' legit etiam Ald. Iunt. 1. 2. Trinc. ἀζόμενος Ald. v. sequ. in Graev. Cler. et Ald. est παύθη, sed Heins. παύσθη.

524. Τὸ δ' ἀέξετο ἶσον ἁπάντῃ] An? τόσσον ἁπάντῃ, *vndique*. Guietus.

527. Ἡρακλέης ἔκτεινε] Non Thebanus, sed alius multo antiquior, Tyrius הרכל *barochel* hoc est, mercator, qui nauibus Colchidem petiit et incolas forte nonnullos illinc in Graeciam transtulit. Plures fuisse Hercules ostendemus, in Diss. de Hercule. Sed Boeotus vates populari suo tribuit, quae antiquioris erant. *Clericus.*

532. Τοῦτ' ἄρα ἀζόμενος τίμα ἀριδείκετον υἱόν] Est versus suppositicius. *Guietus.*

Τοῦτον ἄρ' ἀζόμενος] Vulgo legitur

Τοῦτ' ἄρα ἀζόμενος τίμα ἀριδείκετον υἱόν·
Καί περ χωόμενος παύσθη χόλου ὃν πρὶν ἔχεσκεν,

Guietus censet priorem versum esse suppositicium hac, arbitror, de causa, quoniam mera est repetitio versuum praecedentium. Videor igitur veram lectionem eruisse e Cod. R. S. qui ita scribit,

Τοῦτ'

Οὕνεκ' ἐρίζετο βυλὰς ὑπερμενέϊ Κρονίωνι·
Καὶ γὰρ ὅτ' ἐκρίνοντο θεοὶ, θνητοί τ' ἄνθρωποι
Μηκώνῃ, τότ' ἔπειτα μέγαν βοῦν πρόφρονι θυμῷ
Δασσάμενος προὔθηκε, Διὸς νόον ἐξαπαφίσκων.

Eo quod contendiſſet conſilio cum praepotente Ioue.
Etenim quando diſceptabant inter ſe Dii mortalesque homines
Meconae, ibi tum magnum bouem volente animo
Diuiſum propoſuit, Iouis mentem fallens.

533. βυλῇσιν Heinſ. βυλὰ Ald. Iunt. 1. 534. θνητοί τι Ald. Iunt. 1. 535. Μηκώνῃ Steph. Com. Heinſ. reliquae ſine iota ſubſcripto. 536. ζηνὸς ν. ἐξαπατίσκων Ald. Iunt. 1. 2.

Ταῦτ' ἄρ' ἀεὶ ἀζόμενος παύσθη χόλον, ὃν πρὶν ἐπεῖχεν.

Duobus enim verſibus in vnum coaleſcentibus vitatur ταυτολογία, longeque commodior ſenſus exhibetur. *Rob.*

533. Ἐρίζετο βυλὰς] Subintellige κατὰ, certauit, nimirum, artibus cum Ioue; quem etiam fefellit in conuiuio, vt in ſequentibus docet *Heſiodus*. Itaque βυλαὶ ſunt hic τέχναι, *artes*, qua voce non ſemel in ſequentibus vtitur Poeta. *Clericus.*

Οὕνεκ' ἐρίζετο βυλὰς ὑπερμενέϊ Κρονίωνι] Hic quoque eſt ſuppoſititius. *Guictus.*

534. Ὅτ' ἐκρίνοντο θεοὶ, θνητοί τ' ἄνθρωποι] Dii dicuntur hic Saturni liberi, aliique eorum ſocii; homines vero incolae, vt videtur, Peloponneſi, quos forte ſibi ſubiicere volebat Iupiter. Huius contentionis nulla, quod equidem ſciam, alibi occurrit mentio. Interea hinc quoque apparet Deos et homines eiusdem fuiſſe generis, hoc eſt, mortales, ſed nobilitate et opibus antecelluiſſe Deos. *Clericus.*

Καὶ γὰρ ὅτ' ἐκρίνοντο θεοί] An de ſacrificiis fuit illa diſceptatio. Vide Scholiaſt. *Guietus.*

535. Μηκώνῃ] Hoc eſt, Sicyone, vetuſtiſſima vrbe Peloponneſi; cuius Reges antiquiſſimi Graeciae habebantur. Certe *Euſebius* Aegialeum, primum Sicyonis Regem, aequalem facit Nino et Abrahamo. Vide initium eius *Chronicorum Canonum*. *Strabo* autem docet Sicyonem prius Meconem dictam. Τὴν Σικυῶνα πρότερον Μηκώνην ἐκάλεν, *Sicyonem prius vocabant Meconen.* Lib. VIII. p. 265. Ed. Genevenſis. Hinc emendandus Scholiaſtes, cuius verba ſunt hic corruptiſſima: Vrbs eſt Achaiae proprie dictae, non Argolidis, vt ille perperam habet. *Clericus.*

536. Δασσάμενος προὔθηκε]

Τῷ μὲν γὰρ σάρκας τε καὶ ἔγκατα πίονι δημῷ
Ἐν ῥινῷ κατέθηκε, καλύψας γαστρὶ βοείῃ·
Τῷ δ' αὖτ' ὀστέα λευκὰ βοὸς δολίῃ ἐπὶ τέχνῃ
Εὐθετίσας κατέθηκε, καλύψας ἀργέτι δημῷ,
Δὴ τότε μιν προσέειπε πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε·
Ἰαπετιονίδη, πάντων ἀριδείκετ' ἀνάκτων,
Ὦ πέπον, ὡς ἑτεροζήλως διεδάσσαο μοίρας.
Ὡς φάτο κερτομέων Ζεὺς ἄφθιτα μήδεα εἰδώς·
Τὸν δ' αὖτε προσέειπε Προμηθεὺς ἀγκυλομήτης,
Ἦκ' ἐπιμειδήσας· (δολίης δ' οὐ λήθετο τέχνης)
Ζεῦ κύδιστε, μέγιστε θεῶν αἰειγενετάων,
Τῶν δ' ἕλευ ὁππoτέρην σε ἐνὶ φρεσὶ θυμὸς ἀνώγει.

Nam hac quidem parte carnesque et inteſtina cum pingui adipe
In pelle depoſuit, tegens ventre bubulo:
In altera rurſum oſſa alba bouis doloſa arte
Rite diſponens recondidit tegens candida aruina.
Iamque tum ipſum allocutus eſt pater hominumque Deorumque:
Iapetionida omnium illuſtriſſime regum,
O amice, quam inique partitus es portiones!
Sic dixit eum carpens Iupiter perpetua conſilia ſciens.
Hunc viciſſim allocutus eſt Prometheus vafer,
Tacite arridens: (doloſae autem non immemor erat artis)
Iupiter glorioſiſſime, maxime Deorum ſempiternorum,
Harum elige vtram tibi in pectoribus animus ſuadet.

537. τοῖς μὲν B. 109. Mox πιονὶ Ald. 540. καλίψας Trinc. 543. μοίραν Ald. Iunt. 1. 544. Ζεῦ B. 109.

κε] Vt eligeret Iupiter quem vellet, ita vt altera pars Diis cederet, altera hominibus. Quod factum videtur diremto certamine, cum victor eſſet Iupiter. *Clericus.*

Διὸς νόον ἐξαπαφίσκων] Scribendum videtur ἐξαπαφήσων. *Guietus.*

537. Τῷ μὲν γὰρ σάρκας] Scribendum videtur τῇ μὲν γὰρ σάρκας, vt et verſu 540. pro τῷ δ' αὖτ' ὀστέα, τῇ δ' αὖτ' ὀστέα. in quo et pro ἐπὶ τέχνῃ, an? ὑπὸ τέχνῃ. vt et v. 555. *Guietus.*

542. Πάντων ἀριδείκετ' ἀνάκτων] *Reges* hic ſunt *Dii*, vt alibi ſaepe. Prometheus hic dicitur inter omnes Deos conſpicuus, nimirum, artium variarum peritia. *Clericus.*

550. Γνῶ

Φῆ ῥα δολοφρονέων. Ζεὺς δ' ἄφθιτα μήδεα εἰδὼς
Γνῶ ῥ', οὐδ' ἠγνοίησε δόλον. κακὰ δ' ὄσσετο θυμῷ
Θνητοῖς ἀνθρώποισι, τὰ καὶ τελέεσθαι ἔμελλεν.
Χερσὶ δ' ὅγ' ἀμφοτέρῃσιν ἀνείλετο λευκὸν ἄλειφαρ.
Χώσατο δὲ φρένας· ἀμφὶ χόλος δέ μιν ἵκετο θυμὸν,
Ὡς ἴδεν ὀστέα λευκὰ βοὸς, δολίῃ ἐπὶ τέχνῃ.
Ἐκ τοῦ δ' ἀθανάτοισιν ἐπὶ χθονὶ φῦλ' ἀνθρώπων
Καίουσ' ὀστέα λευκὰ θυηέντων ἐπὶ βωμῶν.

Dixit sane dolosa cogitans. Iupiter autem aeterna consilia sciens
Cognouit certe, nec ignorauit dolum: mala autem concipiebat
Aduersus homines mortales, quae et perficienda erant. [animo
Manibus vero hic vtrisque sustulit album adipem.
Irascebatur autem mente: ira vero eius occupabat animum,
Vt vidit ossa alba bouis, dolosa arte.
Ex illo tempore Diis super terram genus hominum
Adolent ossa alba odoratis in aris.

549. μήδεα B. 109. 552. ἄλειφα Trinc. 553. θυμῷ B. 109. Ald. Iunt. 1. 2. 556. βωμῷ B. 109. Ald. βωμοῖ Iunt. 1. βώμῳ Iunt. 2.

550. Γνῶ ῥ', οὐδ' ἠγνοίησε] *Sciuit, neque ignorauit.* Hoc est, plane sciebat. Sic frequenter loquuntur Hebraei et omnis generis Scriptores. Vide quae notauimus ad Gen. XI. 30. Ceterum *Hesiodus* ausus non est dicere Iouem deceptum fuisse, ne Deo illudere videretur; attamen sequentia deceptum ostendunt. Nam nisi deceptus fuisset, nulla ratio erat, cur vsque adeo indignaretur Prometheo, et quidem tum demum cum ossa vidit esse sub adipe. Vide *Lucianum* in Prometheo, siue Caucaso. *Clericus.*

Κακὰ δ' ὄσσετο θυμῷ Θνητοῖς ἀνθρώποισι.] Quia, nimirum, hominibus apponebatur altera pars bouis. *Clericus.*

555. Ἐκ τοῦ δ' ἀθανάτοισιν ἐπὶ χθονὶ, καὶ τὰ ἑξῆς] Videtur hoc velle *Hesiodus*, originem adolendorum ossium inde ortam; quod tamen absurdum est, cum debuerint homines peccati potius abolere memoriam, et cauere ne Diis contumelioſum Promethei factum in animum reuocarent. Si dixisset hinc natam consuetudinem offerendorum holocautomatum, quorum omnia comburebantur, nulla esset difficultas, in hac eius αἰτιολογία. *Clericus.*

Τὸν δὲ μέγ' ὀχθήσας προσέφη νεφεληγερέτα Ζεύς·
Ἰαπετιονίδη, πάντων περὶ μήδεα εἰδὼς,
Ὦ πέπον, ἦ ῥα ἄρα πω δολίης ἐπιλήθεο τέχνης.
Ὣς φάτο χωόμενος Ζεὺς ἄφθιτα μήδεα εἰδώς· 560
Ἐκ τότε δ' ἤπειτα, δόλου μεμνημένος αἰεὶ,
Οὐκ ἐδίδου μελέοισι πυρὸς μένος ἀκαμάτοιο
Θνητοῖς ἀνθρώποις, οἳ ἐπὶ χθονὶ ναιετάουσιν.
Ἀλλά μιν ἐξαπάτησεν ἐὺς παῖς Ἰαπετοῖο,
Κλέψας ἀκαμάτοιο πυρὸς τηλέσκοπον αὐγὴν 565

Hunc autem valde indignatus allocutus est nubicogus Iupiter:
Iapetionida super omnes sapiens,
O amice, nondum sane doloſae oblitus es artis.
Sic dixit ira percitus Iupiter aeterna consilia sciens.
Ex illo tempore deinceps, doli memor semper,
Non dabat miseris ignem insatiabilem
Mortalibus hominibus, qui super terram habitant.
Sed ipsum decepit egregius filius Iapeti,
Furatus indomiti ignis eminus apparentem splendorem

558. πέρι Ald. 562. μελίῃσι B. 109. R. S. Ald. μελίῃσι Iunt. 1. 2. Trinc. 563. νειτάουσιν Iunt. 1. 2.

562. Οὐκ ἐδίδου μελέοισι πυρὸς μένος ἀκαμάτοιο] Hoc est, vt videtur, Peloponnesiis, aut aliis populis interdixit vsu ignis, in officinis in quibus metalla conflabantur; ne forte in ferrariis officinis tela fierent, aliaque arma, quibus aduersus Iouem ipsum vterentur. Nam omni vsu ignis neque carere possunt homines, neque arceri. Simile interdictum memorato legere est 1. Sam. Cap. XIII, 19. *Clericus.*

Μελέοισι] Huic interpretationi fauet lectio quam exhibent Codices Bodl. et R. S. Ibi enim pro μελέοισι legimus μελίῃσι, quae vox *hastis* significat, vt passim videre est apud Homerum. *Rob.*

565. Κλέψας ἀκαμάτοιο πυρὸς τηλέσκοπον αὐγὴν] Hoc est, inuito Ioue, iterum instituit eiusmodi officinas; cuius rei vestigium cernere licuit, ab antiquissimis temporibus, apud *Chalybes*; quos primos calluisse artem tractandi ferri testantur Veteres, quo factum vt ab *Aeschylo* dicantur σιδηροτέκτονες, in Prometheo vincto, v. 688. vbi memoratis Scythis, ita loquitur Prometheus:

Λαιᾶς δὲ χειρὸς οἱ σιδηροτέκτονες

Οἰκῶ-

Ἐν κοίλῳ νάρθηκι, δάκεν δ' ἄρα νειόθι θυμὸν
Ζῆν' ὑψιβρεμέτην, ἐχόλωσε δέ μιν φίλον ἦτορ,
Ὡς ἴδεν ἀνθρώποισι πυρὸς τηλέσκοπον αὐγήν.
Αὐτίκα δ' ἀντὶ πυρὸς τεῦξεν κακὸν ἀνθρώποισι.

In concaua ferula. momordit vero in animo
Iouem in alto tonantem, et ad iram eius animus commotus est,
Vt vidit inter homines ignis procul apparentem splendorem.
Protinus autem pro igne struxit malum hominibus.

568. πυρὸς Ald. 569. τεῦξε Ald. Iunt. 1. 2. Trinc.

Οἰκεῖσι Χάλυβες.
Ad sinistram autem manum fabri ferrarii sunt Chalybes; nimirum, ad Ponti Euxini orientalia littora, quae a sedibus Promethei non fuerunt remota. *Tzetzes* Chiliad. X. 338.
Χάλυβες ἔθνος ἔγγιστα τελῶν τῆς Τραπεζοῦντος,
Οὗτοι λέγονται σίδηρον ἐφευρηκέναι πρῶτοι.
Καὶ τὸν χαλκὸν δὲ χάλυβον, χαλκόν τε λέγεσί μοι,
Οἷα καὶ τοῦτον εὕρεμα τελοῦντα τῶν χαλύβων.
Chalybes, gens est proxima Trapezunti; hi dicuntur ferrum inuenisse primi. Aes etiam vocant et Chalybum et aes, quasi hoc quoque sit inuentum Chalybum. *Virgilius* Georg. I. v. 58.
India mittit ebur, molles sua thura Sabaei,
At Chalybes nudi ferrum. Clericus.

569. Τεῦξεν κακὸν ἀνθρώποισι] Hoc est, formosis meretricibus immissis, populos ceteroqui fortes emollîuit, qua arte ferocem Lydorum indolem domuisse proditur Cyrus, consilio Croesi. Cum enim victi saepius rebellassent, Croesus sententiam rogatus de ratione qua Lydi in officio in posterum contineri possent, inter alia haec respondit: *πρόσπτε αὐτοῖσι νιθαρίζειν τε καὶ ψάλλειν, καὶ καπηλεύειν παιδεύειν τὰς παῖδας, καὶ ταχέως σφέας, ὦ βασιλεῦ, γυναῖκας ἀντ' ἀνδρῶν ὄψεαι γεγονότας*: * *edicito illis vt liberos cytharam pulsare, psallere, et cauponari doceant; et breui eos, o Rex, videbis mulieres pro viris factos.* Hae artes olim fere perinde habebantur, quasi lenocinium exercere, ideoque *Iustinus* Lib. I. c. 7. ita rem expressit: *Interiecto deinde tempore, Lydi rebellauere, occupato in aliis bellis Cyro; quibus iterum victis, arma et equi ademti, iussitque cauponias, et ludicras artes, et lenocinia exercere. Et sic gens industria quondam potens et manu strenua, effoeminata mollitia, luxuriaque virtutem pristinam perdidit.* Ac sane, vt alibi docet *Herodotus*,

* τὰς

* *Herodotus* Lib. I. c. 155.

Γαίης γὰρ σύμπλασσε περικλυτὸς Ἀμφιγυήεις
Παρθένῳ αἰδοίῃ ἴκελον, Κρονίδεω διὰ βουλάς.
Ζῶσε δὲ καὶ κόσμησε θεὰ γλαυκῶπις Ἀθήνη
Ἀργυφέῃ ἐσθῆτι· κατὰ κρῆθεν δὲ καλύπτρην
Δαιδαλέην χείρεσσι κατέσχεθε, θαῦμα ἰδέσθαι·
Ἀμφὶ δέ οἱ στεφάνας νεοθηλέος ἄνθεσι ποίης
Ἱμερτὰς παρέθηκε καρήατι Παλλὰς Ἀθήνη·
Ἀμφὶ δὲ οἱ στεφάνην χρυσέην κεφαλῇφιν ἔθηκε,
Τὴν αὐτὸς ποίησε περικλυτὸς Ἀμφιγυήεις,
Ἀσκήσας παλάμῃσι, χαριζόμενος Διὶ πατρί.

E terra enim conformauit perquam celebris Vulcanus
Virginis pudicae ſimulacrum, Saturnii conſilio.
Cinxit vero et adornauit Dea caeſiis oculis Minerua
Candida veſte: capiti vero cālyptram
Ingenioſe factam manibus impoſuit, mirum viſu:
Circum vero ei ſerta recens florentis e floribus herbae
Amoena impoſuit capiti Pallas Minerua:
Circumque ei coronam auream caput poſuit,
Quam ipſe fecerat inclytus Vulcanus,
Elaborans manibus, gratificans Ioui patri.

571. αὐδοίῃ Ald. 573. Ἀργυφόη Trinc. κατακρῆθεν Iunt. 1. 2. κατακρῆθεν B. 109. 575. νεοθηλέης Trinc. νεοθηλέας Ald. Iunt. 1. 2. Steph. Com. Heinſ. 576. Ἱμερτὰς Ald. 577. δὲ abeſt ab Ald. Iunt. 1. 2.

* τὰς Λυδῶν δήμου αἱ θυγατέρες ἐπορνεύοντο πᾶσαι, συλλέγουσαι σφίσι φερνάς, *Lydorum populi filiae omnes proſtabant, ſibi dotem colligentes.* Coniicimus Epimetheo et popularibus ſimilia contigiſſe, ex v. 590. et ſequentibus, ex quibus non difficile eſt intellectu nomine Pandorae meretrices deſcribi. Ceterae circumſtantiae ſunt ornamenta Poetica veteris hiſtoriae. *Clericus.*

Τεῦξεν κακὸν ἀνθρώποισι] Non ſolae meretrices, vt vult Clericus, nomine Pandorae ſignificantur, quanquam vox θηλύτεραι, quae infra occurrit v. 589. exponitur, αἱ πρὸς τὰ ἀφροδίσια καταφορώτεραι, Schol. Hom. ad Il. Θ, 520. Patet autem ex verſibus 602. et ſqq. toti foemineo ſexui, etiam vxoribus, iniquo, vti ſpero, Poetae noſtri iudicio, deſcriptionem hanc competere. *Rob.*

570. Γαίης γὰρ σύμπλασσε] h. e. ἐκ γαίης. Sic in ἔργοις. *Guietus.*

* *Lib.* 1. *c.* 93.

594. Ξυν-

Τῇ δ' ἐνὶ δαίδαλα πολλὰ τετεύχατο, θαῦμα ἰδέσθαι,
Κνώδαλ' ὅσ' ἤπειρος πολλὰ τρέφει ἠδὲ θάλασσα,
Τῶν ὅγε πόλλ' ἐνέθηκε, (χάρις δ' ἀπελάμπετο πολλὴ,
Θαυμασίη) ζωοῖσιν ἐοικότα φωνήεσσιν.
Αὐτὰρ ἐπεὶ δὴ τεῦξε καλὸν κακὸν, ἀντ' ἀγαθοῖο,
Ἐξάγαγ' ἔνθα περ ἄλλοι ἔσαν θεοὶ ἠδ' ἄνθρωποι,
Κόσμῳ ἀγαλλομένην γλαυκώπιδος ὀβριμοπάτρης.
Θαῦμα δ' ἔχ' ἀθανάτους τε θεὰς θνητούς τ' ἀνθρώπους,
Ὡς εἶδον δόλον αἰπὺν, ἀμήχανον ἀνθρώποισιν.
Ἐκ τῆς γὰρ γένος ἐστὶ γυναικῶν θηλυτεράων.
Τῆς γὰρ ὀλώϊόν ἐστι γένος, καὶ φῦλα γυναικῶν
Πῆμα μέγα θνητοῖσι μετ' ἀνδράσι ναιετάουσιν,
Οὐλομένης πενίης ὀ σύμφορα, ἀλλὰ κόροιο.
Ὡς δ' ὅποτ' ἐν σμήνεσσι κατηρεφέεσσι μέλισσαι
Κηφῆνας βόσκουσι, κακῶν ξυνήονας ἔργων,

In hac artificiosa multa caelata erant, mira visu,
Belluae quas Continens plurimas alit, atque Mare,
Ex illis multas in ea posuit, (gratia vero resplendebat magna,
Mirabilis) animantibus similes viuis.
Ceterum postquam effecit pulcrum malum, pro bono,
Eduxit vbi alii erant Dii atque homines,
Ornatu gestientem caesiae Palladis forti patre prognatae. [nes
Admiratio autem cepit immortalesque Deos mortalesque homi-
Vbi viderunt dolum exitiosum, inexplicabilem hominibus.
Ex illa enim genus est mulierum tenerarum.
Illius enim pernicioſum est genus et gens mulierum
Nocumentum ingens mortales inter homines habitant,
Pernicioſae paupertatis non comites, sed luxus.
Ac veluti cum in aluearibus tectis apes
Fucos pascunt, malorum participes operum,

581. Κνώδαλα ὅσσ' Ald. Iunt. 1. 2. ὅσσ' etiam habet Trinc. Mox πολλὰ omittit Ald. 583. Θαυμασίη Trinc. 590. ἐστὶ Ald. 592. ἀσύμφορα B. 109. Ald. ἀσύμφορα Iunt. 1. Mox ἀλλ' ἀκόροιο Iunt. 1. et 2. 593. σύμβλοισι B. 109. 594. βόσκωσι κακὸς Trinc.

594. Ξυνήονας ἔργων] Hoc est, κακῶν ἔργων κοινωνὸς, κακὰ ἔργα κοινωνοῦντας. Guietus.

Αἱ μέν τε πρόπαν ἦμαρ ἐς ἠέλιον καταδύντα
Ἡμάτιαι σπεύδουσι, τιθεῖσί τε κηρία λευκὰ,
Οἱ δ' ἔντοσθε μένοντες ἐπηρεφέας κατὰ σίμβλους,
Ἀλλότριον κάματον σφετέρην ἐς γαστέρ' ἀμῶνται.
Ὡς δ' αὔτως ἄνδρεσσι κακὸν θνητοῖσι γυναῖκας
Ζεὺς ὑψιβρεμέτης θῆκε, ξυνήονας ἔργων
Ἀργαλέων, ἕτερον δὲ πόρεν κακὸν ἀντ' ἀγαθοῖο·
Ὅς κε γάμον φεύγων καὶ μέρμερα ἔργα γυναικῶν,
Μὴ γῆμαι ἐθέλῃ, ὀλοὸν δ' ἐπὶ γῆρας ἵκηται,
Χήτει γηροκόμοιο, ὅδ' ἀ βιότῳ ἐπιδευὴς
Ζώει, ἀποφθιμένῳ δὲ διὰ κτῆσιν δατέονται

Illae quidem per totum diem ad ſolem occidentem
Diurnae laborant, et faciunt fauos albos,
At illi intus permanentes coopertis in aluearijs,
Alienum laborem ſuum in ventrem metunt:
Similiter viris rem malam mortalibus mulieres
Iupiter altitonans dedit, participes operum
Moleſtorum. aliud vero praebuit malum pro bono:
Qui nuptias refugiens, et anxietate plenas res mulierum,
Non vxorem ducere velit, grauem vero attigerit ſenectam,
Caret quae ſenectutem foueat; ſi non ſine opibus
Viuat, mortui vero poſſeſſionem inter ſe diuidunt

595. οἵ μεν Ald. Mox κατὰ δύντα Trinc. 597. ἐπιρεφέας Ald. Iunt. 1. Trinc. ἐπιῤῥεφέας Iunt. 2. 599. ἀσαύτως Trinc. 601. δ' ἕτερον Trinc.

595. Αἱ μέν τε] Scribendum videtur αἱ μέν γε. *Guietus.*

596. Κηρία λευκὰ] Hoc eſt, λαμπρὰ τὰ γλήνη, Heſych. *Guietus.*

601. Ἕτερον δὲ πόρεν κακὸν ἀντ' ἀγαθοῖο] Hoc eſt, pro bono quod ex mulierum carentia ſortitus eſt, ſubintelligе τοῦτῳ ὅσπε γάμον etc. *ei qui nuptias* etc. ordo: ἕτερον δὲ κακὸν ἀντ' ἀγαθοῖο ἔπορεν τοῦτῳ ὃς μὴ γαμῶν εἰς γῆρας ἔλθῃ χήτει γηροκόμε. *Guietus.*

604. Οὐ βιότῳ ἐπιδευὴς] Penuria, per penuriam. *Guietus.*

605. Διὰ κτῆσιν δατέονται] Magnam eſſe dolori acceſſionem declarat Homerus, ſi, amiſſo filio, ad peregrinos tranſitura ſit hereditas. Τὸν δ' ἐ τέκετ' ἄλλον ἐπὶ κτεάτεσσι λιπέσθαι. Ἐνθ' ὄγε τὰς ἐνάριζε, φίλον δ' ἐξαίνυτο θυμὸν

Χηρωσταί. ὧ δ' αὖτε γάμου μετὰ μοῖραν γένηται,
Κεδνὴν δ' ἔσχεν ἄκοιτιν, ἀρηρυῖαν πραπίδεσσι,
Τῷ δὲ ἀπ' αἰῶνος κακὸν ἐσθλῷ ἀντιφερίζει
Ἔμμεναι. ὅς δέ κε τέτμῃ ἀταρτηροῖο γενέθλης,
Ζώει ἐνὶ στήθεσσιν ἔχων ἀλίαστον ἀνίην 615
Θυμῷ καὶ κραδίῃ, καὶ ἀνήκεστον κακόν ἐστιν,
Ὡς οὐκ ἔστι Διὸς κλέψαι νόον οὐδὲ παρελθεῖν.
Οὐδὲ γὰρ Ἰαπετιονίδης ἀκάκητα Προμηθεὺς

Remoti cognati. cui vero nuptiarum conditio contigerit,
Pudicam vero habuerit coniugem, ſapientem,
Huic perpetuo malum cum bono certat,
Vt adſit. qui vero adeptus fuerit nocentis generis foeminam,
Viuit in pectore geſtans perpetuum moerorem
Animo et corde, et immedicabile malum eſt.
Adeo non licet Iouis fallere conſilium, neque effugere.
Neque enim Iapetionides nulli iniurius Prometheus

606. Ὧ ſine iota habet edit. Robinſ. 607. ἔσχε Ald. Iunt. 1. ἔστιν Trinc. 608. δ' Ald. Iunt. 1. 2. Trinc. 609. ὃν B. 109. Ald. Iunt. 1. δέ κὲ τέμνῃ B. 109. 611. ἀνίκητον Iunt. 1. 2. Trinc. 612. Ὡς Ald.

μὸν Ἀμφοτέροιν. πατέρι δὲ γόον, καὶ κήδεα λυγρὰ λείπει, ἐπεὶ ἐ ζώοντε μάχης ἐκνοσφισαντε Δέξατο· χηρωσὰ δὲ διὰ κτῆσιν δατέονται, Il. E, 154. etc. Vide etiam Geneſ. cap. 15. vbi fruſtra ſibi diuina munera Abramus collata exiſtimauit, cum, deficiente filio, familiarem ſeruum haeredem ſibi fore crediderit. *Rob.*

606. Μετὰ μοῖραν γένηται] Τμῆσις μεταγένηται, h. e. μετῇ. *Guietus.*

608. Κακὸν ἐσθλῷ ἀντιφερίζει] Hoc eſt, *malum pro bono obſtat. Guietus.*

Κακὸν — ἔμμεναι] Dicit Scholiaſtes, Τὸ ἔμμεναι παρέλκει. Itaque plerumque vertitur, *Malum perpetuo eum bono certat.* Ego autem τὸ ἔμμεναι παρέλκειν non exiſtimo, ſed vertendum eſſe, *Malum perpetuo certat cum bono, vt ſit.* Qui aliter exponunt iniquum ferunt iudicium de coniugali vita, exiſtimantes in feliciſſimis nuptiis malum bono aequale eſſe; cum Poeta nihil vltra videatur innuiſſe, quam quod in ſortem feliciſſimam mala quaedam ſe ſemper intrudant. *Rob.*

609. Ἀταρτηροῖο γενέθλης] Subintellige γυναῖκα. v. ſeq. ἀλίαστον, hoc eſt, ἄφυκτον ἀχώριστον. *Guietus.*

Τοῖο γ' ὑπεξήλυξε βαρὺν χόλον, ἀλλ' ὑπ' ἀνάγκης
Καὶ πολύϊδριν ἐόντα μέγας κατὰ δεσμὸς ἐρύκει.
Βριάρεω δ' ὡς πρῶτα πατὴρ ὠδύσσατο θυμῷ,
Κότῳ τ' ἠδὲ Γύγῃ, δῆσε κρατερῷ ἐνὶ δεσμῷ,
Ἠνορέην ὑπέροπλον ἀγώμενος, ἠδὲ καὶ εἶδος,
Καὶ μέγεθος· κατένασσε δ' ὑπὸ χθονὸς εὐρυοδείης,
Ἔνθ' οἵγ' ἄλγε' ἔχοντες ὑπὸ χθονὶ ναιετάοντες,
Εἶατ' ἐπ' ἐσχατιῇ, μεγάλης ἐν πείρασι Γαίης,

Illius euitauit grauem iram, sed necessario,
Quamuis multiscius sit, magnum vinculum coercet.
Briareo vero vbi primum pater iratus erat animo,
Cottoque atque Gygae, ligauit forti vinculo,
Fortitudinem immanem admirans, atque etiam formam,
Et magnitudinem: collocauit autem sub terram latam,
Vbi illi dolores habentes sub terra agentes,
Sedent in extrema plaga, magnae in finibus Terrae,

614. ἀνάγκῃ Ald. Iunt. 1. 615. κατάδεσμὸς Ald. 616. ὡς τε πρῶτα Ald. ὀδύσσατο Ald. Iunt. 1.

616. Πατὴρ ὠδύσσατο θυμῷ] Οὐρανὸς. *Guietus.*

Πατὴρ ὠδύσσατο θυμῷ] Hoc est, Saturnus, vt sequentia ostendunt. *Clericus.*

Βριάρεω δ' ὡς πρῶτα] Vnicum hoc, quod noui, occurrit exemplum vocis Βριάρεως in quatuor syllabas dissolutae, producta prima. Poetae omnes tam Graeci, quam Latini trisyllabam exhibent, penultima et antepenultima correptis, vt supra v. 149. Κόττος τε, Βριάρεώς τε, et infra v. 733. et 816. Hoc tamen exemplum a communi vsu recedens Doctiss. Bentleium videtur effugisse, qui cum hanc vocem in quatuor syllabas resolutam apud Miltonum inuenerit, idcirco illud carmen in editione sua quasi Illustrissimo Poeta indignum expunxit. Nescio tamen annon quibusdam potius videatur versus mutilus esse et ἀκέφαλος, quam prima in Βριάρεω syllaba produci. Potuit sane librariorum incuria excidere articulus τῷ, qui versum perfecisset; eundemque memini articulum alibi a poeta huic nomini adnexum; infra nempe v. 733. Ἔνθα Γύγης, Κόττος τε, καὶ ὁ Βριάρεως μεγάθυμος. *Rob.*

619. Ὑπὸ χθονὸς εὐρυοδείης] In carcere, nimirum, subterraneo, aut quem subterraneum fingit Poeta. Hinc *Hesiodus* incipit narrare bellum, quod patri intulit Iupiter. *Clericus.*

629. Τιτῆ-

Δηθὰ μάλ' ἀχνύμενοι, κραδίῃ μέγα πένθος ἔχοντες,
Ἀλλὰ σφέας Κρονίδης τε καὶ ἀθάνατοι θεοὶ ἄλλοι,
Οὓς τέκεν ἠὐκομος Ῥείη Κρόνῳ ἐν φιλότητι,
Γαίης φραδμοσύνῃσιν ἀνήγαγον ἐς φάος αὖτις.
Αὐτὴ γάρ σφιν ἅπαντα διηνεκέως κατέλεξε,
Σὺν κείνοις νίκην τε καὶ ἀγλαὸν εὖχος ἀρέσθαι.
Δηρὸν γὰρ μάρναντο, πόνον θυμαλγέ' ἔχοντες,
Τιτῆνές τε θεοὶ, καὶ ὅσοι Κρόνῳ ἐξεγένοντο,
Ἀντίον ἀλλήλοισι διὰ κρατερὰς ὑσμίνας·
Οἱ μὲν ἀφ' ὑψηλῆς Ὀθρυος Τιτῆνες ἀγαυοὶ,
Οἱ δ' ἄρ' ἀπ' Οὐλύμποιο θεοὶ δωτῆρες ἐάων,

Vsque valde moerentes, corde magnum luctum habentes;
Sed ipsos Saturnius atque immortales Dii alii
Quos peperit pulcricoma Rhea Saturni in amore,
Terrae consiliis reduxerunt in lucem iterum.
Ipsa enim eis cuncta prolixe recensuit,
Cum illis victoriamque et splendidam gloriam accepturos.
Diu enim pugnarunt, laborem animum truciantem habentes,
Titanesque Dii, et quotquot e Saturno nati sunt,
Contra sese mutuo per validas pugnas:
Hi quidem ab alta Othry, Titanes glorioſi,
Illi vero ab Olympo, Dii datores bonorum,

623. pro καὶ, ἰδ' Ald. Trinc. Steph. Com. Heinſ. 627. κείνοισι B. 109. R. S. Ald. Iunt. 1. 2. 631. Ὀρθύος Iunt. 1. 2. 632. Οἱ δ' Ald.

629. Τιτῆνές τε θεοὶ καὶ ὅσοι Κρόνῳ ἐξεγένοντο] Dii quidem prioris aetatis, *Titanes* dicti, quasi *luto geniti*, vt antea diximus; Dii vero posterioris a Saturno orti, simpliciter *Dii*. Clericus.

631. Οἱ μὲν ἀφ' ὑψηλῆς Ὀθρυος Τιτῆνες ἀγαυοὶ] Saturnus cum suis videtur Othryn montem quasi arcem occupasse, et obsessus fuisse in eo loco; qui forte duxit hinc nomen, nam עטר *hatar* est *cinxit*. Mons est qui Phthiotidem a meridie claudit. *Clericus*.

632. Οἱ δ' ἄρ' ἀπ' Ὀλύμποιο θεοὶ] Olympus est ad septem triones eiusdem Thessaliae tractus, in quo Iupiter sedes fixit. Antiquus auctor * *Euhemerus*, vt verbis vtar *Lactantii* e Lib. I. c. 11. Inst. Diuinarum, qui fuit ex ciuitate Messana,

* Viuebat tempore Cassandri, Antipatri F. regis Macedoniae, ante Chr. Nat. CCCX.

Οὓς τέκεν ἠΰκομος Ῥείη Κρόνῳ εὐνηθεῖσα.
Οἵ ῥα τότ' ἀλλήλοισι μάχην θυμαλγέ' ἔχοντες,
Συνεχέως ἐμάχοντο δέκα πλείας ἐνιαυτούς.
Οὐδέ τις ἦν ἔριδος χαλεπῆς λύσις, οὐδὲ τελευτὴ

Quos peperit pulcricoma Rhea Saturno concumbens.
Illi sane tum inter se pugnam animum excruciantem habentes,
Continenter pugnabant, decem totos annos.
Neque vllus erat contentionis grauis exitus, neque finis

636. ἦν omittit Ald. Mox τελευτὴν Ald. Trinc.

na, res gestas Iouis et ceterorum, qui Dii putabantur, collegerat; historiamque contexuerat ex titulis et inscriptionibus sacris, quae in antiquissimis Templis habebantur, maximeque in fano Iouis Triphylii, vbi auream columnam positam esse ab ipso Ioue titulus indicabat. In qua columna, gesta sua perscripserat, vt monumentum esset posteris rerum suarum. Hanc historiam interpretatus erat *Ennius*, et sequutus; cuius haec sunt verba, prout ea recitat *Lactantius*, loco memorato: *Ea tempestate, Iupiter in monte Olympo maximam partem vitae colebat; et eo ad eum in ius veniebant si quae res in controuersia erant. Item, si quis quid noui inuenerat, quod ad vitam humanam vtile esset, eo veniebat, atque Ioui ostendebat.* Ex eo igitur monte Iupiter, cum suis, egressus, bellum intulit Saturno; neque enim putandum eos, ex montibus aliquot millibus passuum remotis, missilia in se inuicem coniecisse. *Clericus.*

634. Οἵ ῥα τότ' ἀλλήλοισι μάχην θυμαλγέ' ἔχοντες] Hinc manifesto liquet, vt ex innumeris aliis, Deos fuisse antiquissimos incolas Graeciae. Sacra Historia ita habebat, vt docet *Lactantius* Lib. I. c. 14. *Iouem adultum, cum audiuisset patrem atque matrem* (a Titanibus) *custodiis circumseptos atque in vincula coniectos, venisse cum magna Cretensium multitudine, Titanumque ac filios eius pugnando vicisse; parentes vinculis exemisse, patri regnum reddidisse, atque in Cretam remeasse. Post haec deinde Saturno datam sortem, vt caueret ne eum filius e regno expelleret; illum eleuandae sortis, atque effugiendi periculi gratia, insidiatum Ioui, vt eum necaret. Iouem cognitis insidiis, regnum sibi denuo vindicasse, ac fugasse Saturnum; ex Thessalia, nimirum.* Scio *Euhemerum*, quasi hominem vanum traduci, sed non est hic locus eius defendendi. Interea omnia suadent Thessaliam fuisse sedem belli inter Deos, et praemium victoris. *Clericus.*

639. Παρ-

Οὐδετέροις, ἶσον δὲ τέλος τέτατο πτολέμοιο.
Ἀλλ' ὅτε δὴ κείνοισι παρέσχεθεν ἄρμενα πάντα,
Νέκταρ τ' ἀμβροσίην τε, τάπερ θεοὶ αὐτοὶ ἔδουσι,

Alterutris: aequaliter autem finis extendebatur belli.
Sed quando iam illis praebuit congruentia omnia,
Nectarque ambrosiamque, quibus Dii ipsi vescuntur,

638. Παρέσχεθεν] Subintellige Κρονίδης e superioribus. *Guietus.*

639. Νέκταρ τ' ἀμβροσίην τε, τάπερ θεοὶ αὐτοὶ ἔδουσιν] Si hic vrgeremus verbum ἔδουσι, sequeretur vtrumque esse cibum, neutrum potum; attamen plerique ambrosiam cibum fuisse contendunt, nectar potum. At est locus *Homeri* plane huic contrarius, ex quo colligere eadem ratione possis vtrumque fuisse potum. Exstat Odyss. Υ, v. 359. vbi Polyphemus de vino, quod ei bibendum dederat Vlysses:

Ἀλλὰ τόδ' ἀμβροσίης καὶ νέκταρός ἐστιν ἀπορρώξ.

Verum hoc ambrosiae et nectaris est riuus. Ad quem locum *Eustathius*: σημείωσαι, inquit, ὅτι ἐν τῷ ἀπορρώξ ἐμφαίνει ὁ ποιητὴς ὡς ἔνι ἀπᾶδον ἐξὶ νοῆσαι καὶ τὴν ἀμβροσίαν ὑγρόν τι ὥσπερ καὶ τὸ νέκταρ. τὸ γὰρ ἀπορρώξ τοῖς ὑγροῖς προσαρμόζει, δηλοῖ γὰρ ἀπόῤῥυσιν. ἔτω γέν καὶ ἐποίησάν τινες τῶν νεωτέρων, τὴν ἀμβροσίαν λαβόντες εἰς ὑγρὰν θείαν τροφήν. ἴσως δὲ καὶ συνεκδοχικῶς πρὸς μόνον τὸ νέκταρ κεῖται ἡ ἀπορρώξ, ὡς χρῆναι ἄλλό τι ὄνομα ἐπὶ τῆς ἀμβροσίας νοεῖν: *obserua voce* ἀπορρώξ *ostendere Poetam non absonum esse intelligere ambrosiam quoque esse liquidum quid, quemadmodum nectar; nam* ἀπορρώξ *liquidis conuenit, significat enim effluuium. Sic et fecerunt quidam recentiorum, qui accipiunt ambrosiam quasi liquidum alimentum Deorum. Forte etiam synecdochice ad solum nectar referendum* ἀπορρώξ, *ita vt alterum nomen subintelligendum sit, quod ad ambrosiam referatur.* Verum multo simplicius dixerimus et *Homerum* et *Hesiodum* minus accurate loquutos, neque ex ἀκυρολογίᾳ vllum consectarium esse deducendum. Verum tamen est nonnullis Veteribus Nectar fuisse solidum cibum, ambrosiam vero potum, quod ostendit *Eustathius*, in sequentibus verbis, ex *Anaxandride*, *Alcmane* et *Sapphone*. Sic parum sibi constant Poetae, in meris figmentis.

Si originem vocis νέκταρ a Graecis petamus, respondent * ita dici τῶν θεῶν πόμα, οἱονεὶ τὸ συνέχον τὰς πίνοντας αὐτὸ ἐν νεότητι, παρὰ τὸ νέος καὶ

* *In Etymol. Magno.*

Πάντων ἐν στήθεσσιν ἀέξετο θυμὸς ἀγήνωρ.
Ὡς νέκταρ δ' ἐπάσαντο καὶ ἀμβροσίην ἐρατεινὴν,
Δὴ τότε τοῖς μετέειπε πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε·
Κέκλυτέ μευ, Γαίης τε καὶ Οὐρανῦ ἀγλαὰ τέκνα,
Ὄφρ' εἴπω τά με θυμὸς ἐνὶ στήθεσσι κελεύει.
Ἤδη γὰρ μάλα δηρὸν ἐναντίοι ἀλλήλοισι,
Νίκης καὶ κράτεος περὶ μαρνάμεθ' ἤματα πάντα,
Τιτῆνές τε θεοὶ, καὶ ὅσοι Κρόνῳ ἐκγενόμεσθα.
Ὑμεῖς δὲ μεγάλην τε βίην καὶ χεῖρας ἀάπτους

Omnium in pectoribus accendebatur animus generosus.
Vbi vero nectar comederunt et ambrosiam amabilem,
Iam tum ipsos sic affatus est pater hominumque Deorumque:
Audite me, Terraeque et Coeli inclyti liberi,
Vt dicam quae me animus in pectore iubet.
Iam enim admodum diu aduersi nobis mutuo,
Pro victoria et imperio pugnauimus dies omnes,
Titanesque Dii, et quotquot e Saturno sati sumus.
Vos vero magnamque vim et manus inuictas

641. τ' Ald. 646. περιμαρνάμεθ' Ald. 647. ἐξεγένοντο R. S. Trinc.

καὶ τὸ ἔχως νεοέκταρ, καὶ κατὰ συγκοπὴν νέκταρ· διὸ καὶ Ἥβη αὐτὸ κρινοῖ, Ἰλιάδ. Δ. Alii vero deducunt παρὰ τὸ τε ςερητικὸν καὶ κτῶ τὸ φονεύω. Dicere debuissent κτείρω, vnde κτερίζω, *iusta facio* et κτέρες *mortui*. Quam Etymologiam, si Graeca vox sit, veram esse suadet vox ἀμβροσία, quae eiusdem est significationis; de qua et hoc obseruandum, non esse nomen substantiuum, sed adiectiuum, cum quo subintelligenda vox τροφὴ, *cibus*. Ἀμβρόσιος passim, apud Poetas, *diuinum* significat, non secus ac νεκτάρεος. Quod si verum sit, videbitur *Hesiodus* hoc velle, Iouem immortalitate donasse socios suos, praebitis nectare et ambrosia, quibus soli Dii vti credebantur; quo munere accepto, fortius in Titanas pugnarunt. Sed mihi verisimilius videtur נקטר *niktar* aut *nektar* vocem esse Phoeniciam, quae *suffitum* sonat; qui veluti potus Deorum habebatur, vt caro victimarum cibus. Adi *Luciani* librum de Sacrificiis. *Clericus.*

643. Ὡς νέκταρ δ' ἐπάσαντο καὶ ἀμβροσίην ἐρατεινὴν] Hic versus est intitius. *Guietus.*

651. Δυσ-

Φαίνετε Τιτήνεσσιν ἐναντίοι ἐν δαὶ λυγρῇ,
Μνησάμενοι φιλότητος ἐνηέος, ὅσσα παθόντες
Ἐς φάος ἄψ ἀφίκεσθε δυσηλεγέος ἀπὸ δεσμοῦ,
Ἡμετέρας διὰ βουλὰς, ἀπὸ ζόφου ἠερόεντος.
Ὡς φάτο. τὸν δ' ἐξαῦτις ἀμείβετο Κόττος ἀμύμων·
Δαιμόνι', οὐ ἀδάητα πιφάσκεαι· ἀλλὰ καὶ αὐτοὶ
Ἴδμεν ὅτι περὶ μὲν πραπίδες, περὶ δ' ἔσκε νόημα,
Ἀλκτὴρ δ' ἀθανάτοισιν ἀρῆς γένεο κρυεροῖο.
Σῇς δ' ἐπιφραδμοσύνησιν ἀπὸ ζόφου ἠερόεντος
Ἀψορρόν δ' ἐξαῦτις ἀμειλίκτων ἀπὸ δεσμῶν
Ἠλύθαμεν, Κρόνου υἱὲ ἄναξ, ἀνάελπτα παθόντες.

Oſtendite Titanibus contrarii in pugna graui,
Memores amicitiae placidae, et quae perpeſſi
Ad lucem redieritis moleſto a vinculo,
Noſtra per conſilia, a caligine obſcura.
Sic dixit. illum vero rurſum excepit Cottus egregius:
Venerande, non ignota loqueris: ſed et nos
Scimus, quod excellas prudentia et intellectu,
Depulſor autem immortalibus damni fueris horrendi.
Tua vero prudentia ab caligine opaca
Retro iterum acerbis a vinculis
Venimus, Saturni fili rex, inſperata paſſi.

649. φαίνετε Trinc. ἐναντίον Trinc. Steph. marg. 651. et 652. ὑπὸ B. 109. Ald. Iunt. 1. δυσηλεγέος Ald. 657. Σῇσι δ' ἐπιφροσύνησιν Ald. Iunt. 1. 2. Steph. marg. ἐπιφροσύνησιν etiam B. 109. R. S. Rob. edidit ἐπιφραδμοσύνησιν; vulgo ὑποφραδμ. 657. et 658. ὑπὸ B. 109. R. S. Ald. Iunt. 1. 2. 659. Ἠλύθεμεν Ald. Iunt. 1. 2. Trinc. Steph. Com. Heinſ. υἱὲ Ζεῦ Steph. marg. Heinſ. ἀνάελπτα Heinſ.

651. Δυσηλεγέος ἀπὸ δεσμοῦ] A vinculis moleſtae quietis, vel a quiete moleſta vinculorum. *Guietus.*

655. Περὶ μὲν πραπίδες] Scribendum videtur: περί σοι πραπίδες, περὶ δ' ἔσκε νόημα. *Guietus.*

656. Ἀρῆς γένεο κρυεροῖο] Nota κρυεροῖο pro κρυερῆς poſitum. *Guietus.*

657. Σῇς δ' ὑποφραδμοσύνησιν] Scribo ἐπιφραδμοσύνησιν. Heſych. ἐπιφράσασθαι. ὑπονοῆσαι, ἢ ἐπινοῆσαι, ἐπιφρασάμεθα, σκεψάμεθα. *Guietus.*

658. Ἀψορρόν δ' ἐξαῦτις] τὸ δ' delendum videtur. *Guietus.*

665. Ἀμε-

Τῷ καὶ νῦν ἀτενεῖ τε νόῳ καὶ ἐπίφρονι βουλῇ
Ῥυσόμεθα κράτος ὑμὸν ἐν αἰνῇ δηϊοτῆτι,
Μαρναμένοι Τιτῆσιν ἀνὰ κρατερὰς ὑσμίνας.
Ὣς φάτ'. ἐπῄνησαν δὲ θεοὶ δωτῆρες ἐάων,
Μῦθον ἀκούσαντες. πολέμου δ' ἐλιλαίετο θυμὸς
Μᾶλλον ἔτ' ἢ τοπάροιθε· μάχην δ' ἀμέγαρτον ἔγειραν

Ideoque nunc intento animo, et prudenti consilio,
Vindicabimus vestrum imperium in graui conflictu,
Pugnantes cum Titanibus per acria praelia.
Sic dixit. collaudarunt vero Dii datores bonorum,
Sermone audito. bellum vero cupiebat animus
Magis etiam quam antea: pugnam vero arduam ciebant

662. Τιτῆσιν Ald. 663. ἐάων Ald. 665. τοπάροιθεν Trinc.

665. Ἀμέγαρτον ἔγειραν] Hoc est, μεγάλην. *Guietus.*

Μάχην δ' ἀμέγαρτον ἔγειραν] Ex hac descriptione praelii deorum et Titanum satis constat Poetam nostrum non solum, vt vult Quintilianus, *in mediocri illo dicendi genere* excelluisse, sed etiam ad summum Poetices fastigium assurgere potuisse. Nihil certe grandius occurrit vel in descriptione illa Homerica τῆς θεομαχίας, quae tantopere a Longino celebratur. Ὡς τὰς ἀμφοτέρας μάκαρες θεοὶ ὀτρύνοντες Σύμβαλον, ἐν δ' αὐτοῖς ἔριδα ῥήγνυντο βαρεῖαν. Δεινὸν δ' ἐβρόντησε πατὴρ ἀνδρῶν τε, θεῶν τε Ὑψόθεν· αὐτὰρ ἔνερθε Ποσειδάων ἐτίναξε Γαῖαν ἀπειρεσίην, ὀρέων τ' αἰπεινὰ κάρηνα. Πάντες δ' ἐσσείοντο πόδες πολυπιδάκου Ἴδης, καὶ κορυφαί, Τρώων τε πόλις, καὶ νῆες Ἀχαιῶν. Ἔδδεισεν δ' ὑπένερθεν ἄναξ ἐνέρων Ἀϊδωνεύς, Δείσας δ' ἐκ θρόνου ἅλτο, καὶ ἴαχε· μὴ οἱ ὕπερθε Γαῖαν ἀναρρήξειε Ποσειδάων ἐνοσίχθων. Οἷόν τοι δὲ θνητοῖσι, καὶ ἀθανάτοισι φανείη Σμερδαλέ', εὐρώεντα, τά τε ςυγέουσι θεοί περ. Τόσσος ἄρα κτύπος ὦρτο θεῶν ἔριδι ξυνιόντων. Hos versus merito celebrat Longinus c. 9. Ἐπιβλέπεις, ἑταῖρε, ὡς, ἀναῤῥηγνυμένης μὲν ἐκ βάθρων γῆς αὐτῇ δὲ γυμνουμένου Ταρτάρου, ἀνατροπὴν δὲ ἄλλα, καὶ διάςασιν τῷ κόσμῳ λαμβάνοντος, πάντ' ἄμα, οὐρανὸς, ἅδης, τὰ θνητὰ, τὰ ἀθάνατα, ἅμα τῇ τότε συμπολεμεῖ καὶ συγκινδυνεύει τῇ μάχῃ; Si vero praesentis pugnae descriptionem conferamus, in ea etiam omnia aeque terribilia apparebunt; concussio terrae, ponti, coeli, tartari; motta-

Πάντες, θήλειαί τε καὶ ἄρσενες, ἤματι κείνῳ,
Τιτῆνές τε θεοὶ, καὶ ὅσοι Κρόνῳ ἐξεγένοντο,
Οὕς τε Ζεὺς ἐρέβευσφιν ὑπὸ χθονὸς ἦκε φόωσδε,
Δεινοί τε κρατεροί τε, βίην ὑπέροπλον ἔχοντες.
Τῶν ἑκατὸν μὲν χεῖρες ἀπ' ὤμων ἀΐσσοντο 670

Omnes, foeminaeque et mares, die illo,
Titanesque Dii, et quotquot Saturno prognati ſunt,
Quosque Iupiter ex Erebo ſub terra miſit ad lucem,
Acres robuſtique, vires immenſas habentes.
Horum centum quidem manus ab humeris erumpebant

668. οὕτε Ald. ἔτε Iunt. 1. ἐρέβευσφιν B. 109. et Iunt. 2. φάως Ald. Iunt. 2.

mortalium omnium, atque immortalium confuſio.

Δεινὸν δὲ περίαχε πόντος ἀπείρων·
Γῆ δὲ μέγ' ἐσμαράγησεν. ἐπέσευε δ' ἠρανὸς εὐρὺς
Σειόμενος, πεδόθεν δ' ἐτινάσσετο μακρὸς Ὄλυμπος
Ῥιπῇ ὑπ' ἀθανάτων· ἔνοσις δ' ἴκανε βαρεῖα
Τάρταρον ἠερόεντα — etc.

Et infra 833.

— — Ἀμφὶ δὲ γαῖα
Σμερδαλέον κονάβησε, καὶ Οὐρανὸς εὐρὺς ὕπερθεν,
Πόντος τ' Ὠκεανῷ τε ῥοαὶ, καὶ τάρταρα γαίης,
Ποσσὶ δ' ὑπ' ἀθανάτων μέγας πελέμιζετ' Ὄλυμπος
Ὀρνυμένοιο ἄνακτος· ἐπέσσευε δὲ γαῖα.
Καῦμα γ' ὑπ' ἀμφοτέρων κάτεχεν ἰοειδέα πόντον,
Βροντῆς τε, σφεροπῆς τε, πυρὸς ἀπὸ τοῖο πελώρου,
Πρηστήρων ἀνέμων τε, κεραυνῶν τε φλεγέθοντος. —
Τρέσσ' Ἀΐδης δ' ἐνέροισι καταφθιμένοισιν ἀνάσσων.
Τιτῆνές θ' ὑποταρταρίοι Κρόνον ἀμφὶς ἐόντες,
Ἀσβέστῳ κελάδοιο, καὶ αἰνῆς δηϊοτῆτος.

Obſeruare liceat, quod hanc trepidationem Plutonis, vtpote imaginem nobiliſſimam, et excelſiſſimam, Latini etiam Poetae imitati ſint. Virgil. Aen. 8. *Non ſecus ac ſi qua penitus vi terra debiſcens* Infernas referet ſedes, et regna recludat *Pallida, dis inuiſa, ſuperque immane barathrum Cernatur, trepidentque immiſſo lumine manes.* Et Ouidius lib. 5. Metam. *Inde tremit tellus, et rex pauet ipſe ſilentum Ne pateat, latoque ſolum retegatur hiatu; Immiſſusque dies trepidantes terreat vmbras.* Rob.

668. Ζεὺς ἐρέβευσφιν] Τὸ ἐξ ſubintelligitur. *Guietus.*

Πᾶσιν ὁμῶς. κεφαλαὶ δὲ ἑκάστῳ πεντήκοντα
Ἐξ ὤμων ἐπέφυκον ἐπὶ σιβαροῖσι μέλεσσιν.
Οἳ τότε Τιτήνεσσι κατέσταθεν ἐν δαὶ λυγρῇ,
Πέτρας ἠλιβάτους σιβαρῇς ἐν χερσὶν ἔχοντες.
Τιτῆνες δ' ἑτέρωθεν ἐκαρτύναντο φάλαγγας
Προφρονέως, χειρῶν τε, βίης θ' ἅμα ἔργον ἔφαινον
Ἀμφότεροι· δεινὸν δὲ περίαχε πόντος ἀπείρων.
Γῆ δὲ μέγ' ἐσμαράγησεν· ἐπέστενε δ' οὐρανὸς εὐρὺς
Σειόμενος, πεδόθεν δ' ἐτινάσσετο μακρὸς Ὄλυμπος
Ῥιπῇ ὑπ' ἀθανάτων· ἔνοσις δ' ἵκανε βαρεῖα
Τάρταρον ἠερόεντα, ποδῶν αἰπεῖά τ' ἰωὴ
Ἀσπέτου ἰωχμοῖο, βολάων τε κρατεράων.
Ὣς ἄρ' ἐπ' ἀλλήλοις ἵεσαν βέλεα στονόεντα.
Φωνὴ δ' ἀμφοτέρων ἵκετ' οὐρανὸν ἀστερόεντα
Κεκλομένων. οἱ δὲ ξύνισαν μεγάλῳ ἀλαλητῷ.

Omnibus ſimul. capita vero vnicuique quinquaginta
Ex humeris enata erant in robuſtis artubus.
Qui tum Titanibus oppoſiti ſunt in pugna luctuoſa,
Rupes magnas validis in manibus geſtantes.
Titanes vero ab altera parte confirmabant phalanges
Alacriter, manuumque viriumque ſimul opus oſtentabant
Vtrique: horrende vero inſonuit pontus immenſus.
Terra autem valde ſtridebat: ingemiſcebat vero latum coelum
Quaſſatum, et penitus concutiebatur amplus Olympus
Impetu a Deorum. concuſſio vero venit grauis
Ad Tartarum tenebricoſum, et pedum acris fragor
Immodici tumultus, ictuumque fortium.
Ita ſane in ſeſe mutuo iaciebant tela gemebunda.
Vox autem vtrorumque peruenit ad coelum ſtellatum
Adhortantium: at illi congrediebantur magno cum clamore.

674. σιβαρὰς Ald. Iunt. 1. 2. Trinc. Steph. 681. ποδῶν δ' Iunt. 1. 2. 683. ἀν Trinc. ἵεσαν Ald. ἀλλήλεσιν ἔσαν B. 109.

677. Δεινὸν δὲ περίαχε] Scribendum videtur ὑπερίαχε, ſupra modum inſonabat. *Guietus.*

679. Πεδόθεν] *E fundo*, hoc eſt, penitus. *Guietus.*

682. Ἀσπέτου ἰωχμοῖο] Hoc eſt, ἀϊωγμοῦ. *Guietus.*

687. Εἴδαρ

Οὐδ' ἄρ' ἔτι Ζεὺς ἴσχεν ἑὸν μένος, ἀλλά νυ τῷ γε
Εἴθαρ μὲν μένεος πλῆντο φρένες, ἐκ δέ τε πᾶσαν
Φαῖνε βίην· ἅμυδις δ' ἄρ' ἀπ' οὐρανῦ ἠδ' ἀπ' Ὀλύμπου
Ἀστεράπτων ἔσσυτο συνωχαδόν· οἱ δὲ κεραυνοὶ
Ἴκταρ ἅμα βροντῇ τε καὶ ἀστεροπῇ ποτέοντο 690
Χειρὸς ἀπὸ στιβαρῆς, ἱερὴν φλόγα θ' εἱλυφόωντες
Ταρφέες· ἀμφὶ δὲ γαῖα φερέσβιος ἐσμαράγιζεν

Neque ſane amplius Iupiter cohibebat ſuum robur, ſed ipſius
Statim robore implebatur animus, et omnem
Exſeruit vim: ſimul etiam a coelo atque ab Olympo
Fulgurans incedebat confertim: fulmina autem
Celerrime vna cum tonitru et fulgure volabant
Manu a robuſta, ſacram flammam circumuoluentia
Crebra: circum vero terra alma reboabat

686. ἀλλάννυ Trinc. 687. μένος Iunt. 2. 688. ἀπολύμπε Iunt. 1. Trinc. ἀπ' abeſt a Iunt. 2. 690. οὖ ποτέοντο Ald. Iunt. 1. 2. Trinc.

687. Εἴθαρ μὲν μένεος] Εὐθὺς, εὐθέως, εἰθὺς, ἰθὺς et εὐθὺς cognata, quibus adde τὸ εἴθαρ. Ib. ἐκ δέ τε πᾶσαν Φαῖνε βίην] Ἐξέφαινε. *Guietus.*

Ἐκ δέ τε πᾶσαν] Potentiam Iouis imminuit Poeta cum dicat, omnibus ei viribus opus eſſe ad vincendos hoſtes. Meſſiam in Angelos rebelles fulminantem grandius deſcribit Miltonus lib. 6.

Yet half his ſtrength he put not forth, but check'd
His thunder in mid volley, for he meant
Not to deſtroy, but root them out of heaven. Rob.

688. Ἅμυδις δ' ἄρ' ἀπ' οὐρανῦ, ἠδ' ἀπ' Ὀλύμπου· Ἀστεράπτων ἔσσυτο] Hic vere *Heſiodus*, quod aiunt, coelum terrae miſcet; primum enim cum accepiſſet ab antiquiſſima fama Iouem ex Olympo pugnaſſe, quemadmodum Saturnum ex Othry, coelum credidit perinde eſſe ac Olympum, quem Poetarum errorem antea iam notauimus. Deinde cum Iouem hominem Cretenſem miſcuiſſet cum ſummo Numine, cuius telum fulmen eſſe creditur; hic nobis Iouem ſuum fulmina, pro telis, mittentem, atque e coelo pugnantem inducit. Cetera deſcriptio pugnae tota ornamentis Poeticis conſtat. *Clericus.*

689. Ἔσσυτο συνωχαδόν] Continuate. a συνέχω, συνόχω, συνοχάω, συνοχαδὸν et συνωχαδόν. *Guietus.*

690. Ἴκταρ] ἐγγὺς, *de prés.* Guietus.

Καιομένη· λάκε δ' ἀμφὶ πυρὶ μεγάλ' ἄσπετος ὕλη.
Ἔζεε δὲ χθὼν πᾶσα, καὶ Ὠκεανοῖο ῥέεθρα,
Πόντος τ' ἀτρύγετος· τὸς δ' ἄμφεπε θερμὸς ἀϋτμὴ 695
Τιτῆνας χθονίους· φλὸξ δ' ἠέρα δῖαν ἵκανεν
Ἄσπετος. ὄσσε δ' ἄμερδε καὶ ἰφθίμων περ ἐόντων
Αὐγὴ μαρμαίρουσα κεραυνῷ τε στεροπῇς τε.
Καῦμα δὲ θεσπέσιον κάτεχεν χάος· εἴσατο δ' ἄντα

Ardens: crepitabat autem vndique igne valde magna ſylua.
Feruebatque terra tota, et Oceani fluenta,
Pontuſque immenſus: circumdedit autem calidus vapor
Titanes terreſtres: flamma vero ad aërem diuinum peruenit
Magna: oculos vero viſu priuabat quantumuis fortium
Splendor radians fulminiſque fulguriſque. [tur ac ſi quis coram
Incendium autem magnum corripuit Erebum: ſimileque videba-

695. ἀμφείπετο Ald. Iunt. 1. ἀμφεῖπε Iunt. 2.

693. Μεγάλ' ἄσπετος] Μεγάλως. *Guietus.*

695. Θερμὸς ἀϋτμὴ] Sic ſupra ἀρῆς πρυεροῖο. *Guietus.*

696. Τιτῆνας χθονίους] Id eſt, terrae filios. *Guietus.*

699. Χάος] Hoc eſt, coelum vide Scal. in Varr. lb. εἴσατο δ' ἄντα] Subintellige τις. *Guietus.*

Θεσπέσιον κάτεχεν Χάος] Χάος hic ſignat ſine dubio ingentem aëris extenſionem, quae vacua capitibus noſtris imminet; nam *Heſiodus* deſcribit praelium, quod ſupra terram, non infra, commiſſum eſt. Nec obſtat quod antea dixit, *flammam ad aerem peruenisſe*, cum quia ſunt hic frequentes repetitiones, tum quia haec aliquatenus differunt; nam καῦμα θεσπέσιον *ingens ardor*, aut *incendium* eſt effectus flammae. Sic Χάος vſurpauit *Ariſtophanes* in Nubibus, p. 151. Ed. Geneuenſis maioris, vbi ita loquentem Socratem inducit, inanem aërem oſtendentem:

Ἄλλο τι οἴῃτ' ἂ νομιεῖς εἶναι
Θεὸν ἀδένα, πλὴν ἅπερ
ἡμεῖς,
Τὸ Χάος τουτὶ καὶ τὰς νεφέ-
λας καὶ τὴν γλῶτταν,
τρία ταυτί.

Aliud quidquam non exiſtimabis Deum eſſe, praeter ea, quae nos exiſtimamus; hoc Chaos et Nubes et Linguam, tria haec. Vbi *Scholiaſtes:* Χάος λέγει τὸν ἀέρα, παρὰ τὸ κεχύσθαι, immo vero παρὰ τὸ χαίνειν, *hiare.* Vide dicta ad v. 116. Vide etiam *Ariſtophanem* p. 164. et alibi. *Clericus.*

Καῦμα δὲ θεσπέσιον κάτεχεν χάος] Non aſſentior Cle-

Ὀφθαλμοῖσιν ἰδεῖν, ἠδ' ἄασιν ὄσσαν ἀκοῦσαι,
Αὕτως ὡς ὅτε γαῖα καὶ οὐρανὸς εὐρὺς ὕπερθεν
Πίλνατο· τοῖος γάρ κε μέγιστος δοῦπος ὀρώρει,
Τῆς μὲν ἐρειπομένης, τοῦ δ' ὑψόθεν ἐξεριπόντος.
Τόσσος δοῦπος ἔγεντο θεῶν ἔριδι ξυνιόντων.
Σὺν δ' ἄνεμοι ἔνοσίν τε, κόνιν θ' ἅμα ἐσφαράγιζον,
Βροντήν τε, Στεροπήν τε, καὶ αἰθαλόεντα κεραυνὸν,
Κῆλα Διὸς μεγάλοιο. φέρον δ' ἰαχήν τ' ἐνοπήν τε
Ἐς μέσον ἀμφοτέρων· ὄτοβος δ' ἄπλητος ὀρώρει

Oculis adſpiceret, ac auribus vocem audiret,
Eodem modo cum olim et terra et coelum latum ſuperne
Appropinquabat: talis enim maximus ſtrepitus excitabatur,
Hac quidem diruta, illo autem ex alto diruente.
Tantus fragor erat Diis pugna confligentibus.
Simul quoque venti motumque pulueremque cum ſtrepitu ex-[citabant,
Tonitruque, fulgurque, et ardens fulmen,
Tela Iouis magni. ferebant autem fremitum clamoremque
In medium vtrorumque: ſtrepitus autem ingens excitabatur

700. αὔασιν Iunt. 2. 702. μέγας ὑπὸ δοῦπος Steph. marg. 704. Ὕπλειτο B. 109. Ald. Iunt. 1. 2. 705. ἐσφράγιζον Trinc. κόνιν τ' ἐσφαράγιζον Ald. 707. Ἰαχὴν Ald. Iunt. 1. Ἴαχυν Iunt. 2.

Clerico, qui ſupponit τὸ χάος hic ſignificare ingentem aëris extenſionem, quae vacua capitibus noſtris imminet. Nam praeterea quod, hoc ſenſu admiſſo, inepta eſſet repetitio verſus 696. vbi dicitur, φλὸξ δ' ἠέρα δῖαν ἵκανεν — ἄσπετος, quis non ſentit longe grandiorem eſſe imaginem Iouis, vltra ipſius mundi limites fulgura torquentis, quam eiusdem, flammas in ambientem aërem iaculantis? Miltonus noſtras veterum Poetarum aemulator et perfector, hunc locum reſpexiſſe videtur lib. 6.

Eternal wrath
Burnt after them to the bottomleſs pit.
Confounded Chaos roar'd
And felt tenfold confuſion in their fall
Through his wild Anarchy, ſo huge a rout
Incumber'd him with ruin.
Rob.

702. Πίλνατο] Ἐπελάζετο. *Guietus.*

705. Κόνιν ἐσφαράγιζον] Heſych. ἐσφαράγιζον ἐδόνει μετὰ ψόφου, ἐκίνει. vulgo ἦχεν τὸ ἐκίνει. Ib. κόνιν] Κονίην. *Guietus.*

Σμερδαλέης ἔριδος· κάρτος δ' ἀνέφαίνετο ἔργων.
Ἐκλίνθη δὲ μάχη· πρὶν δ' ἀλλήλοις ἐπέχοντες,
Ἐμμενέως ἐμάχοντο διὰ κρατερὰς ὑσμίνας.
Οἳ δ' ἄρ' ἐνὶ πρώτοισι μάχην δριμεῖαν ἔγειραν,
Κόττος τε, Βριάρεώς τε, Γύγης τ' ἄατος πολέμοιο.
Οἵ ῥα τριηκοσίας πέτρας σιβαρῶν ἀπὸ χειρῶν
Πέμπον ἐπασσυτέρας· κατὰ δ' ἐσκίασαν βελέεσσι
Τιτῆνας. καὶ τὰς μὲν ὑπὸ χθονὸς εὐρυοδείης
Πέμψαν, καὶ δεσμοῖσιν ἐν ἀργαλέοισιν ἔδησαν,
Νικήσαντες χερσὶν, ὑπερθύμους περ ἐόντας,
Τόσσον ἔνερθ' ὑπὸ γῆς, ὅσον οὐρανὸς ἐς' ἀπὸ γαίης.

Stupendae pugnae: robur autem exſerebatur operum.
Inclinata vero eſt pugna. prius autem ſibi mutuo imminentes,
Fortiter pugnabant in forti praelio.
Illi vero inter primos pugnam acrem ciebant,
Cottusque, Briareusque, Gygesque inſatiabilis belli.
Hi ſane trecentas petras robuſtis e manibus
Mittebant frequentes: obumbrarunt autem iaculis
Titanas: atque hos quidem ſub terram longe patentem
Miſerunt, et vinculis moleſtis alligarunt,
Cum viciſſent manibus, ſuperbi licet eſſent,
Tantum infra ſub terram, quantum coelum diſtat a terra.

711. ἰμμένως Iunt. 2.

716. Καὶ τὰς μὲν ὑπὸ χθονὸς εὐρυοδείης Πέμψαν] Hoc eſt, in carcerem caliginoſum, vt ſequentia docent, quamuis ὑπερβολῇ nimia veritatem corrumpat Poeta. *Clericus.*

719. Τόσσον ἔνερθ'] Similis apud Homerum occurrit Tartari deſcriptio Il. 8.

Ἣ μὲν ἐλῶν ῥίψω εἰς Τάρταρον ἠερόεντα
Τῆλε μάλ', ἦχι βάθιστον ὑπὸ χθονός ἐστι βέρεθρον
Ἔνθα σιδήρειαί τε πύλαι, καὶ χάλκεος οὐδὸς,
Τόσσον ἔνερθ' ἀΐδεω, ὅσον οὐρανὸς ἐς' ἀπὸ γαίης.

Et hinc etiam Virgil. Aen. 6.

— *Tum Tartarus ipſe*
Bis pater in praeceps tantum, tenditque ſub vmbras,
Quantus ad aethereum coeli proſpectus Olympum.
Hic genus antiquum terrae, Titania pubes,
Fulmine deiecti, fundo voluuntur in imo. Rob.

726. Τεί-

Ἶσον γάρ τ' ἀπὸ γῆς ἐς Τάρταρον ἠερόεντα.
Ἐννέα γὰρ νύκτας τε καὶ ἤματα χάλκεος ἄκμων
Οὐρανόθεν κατιὼν, δεκάτῃ ἐς γαῖαν ἵκοιτο.
Ἐννέα δ' αὖ νύκτας τε καὶ ἤματα χάλκεος ἄκμων
Ἐκ γαίης κατιὼν, δεκάτῃ ἐς Τάρταρον ἵκοι·
Τὸν περὶ χάλκεον ἕρκος ἐλήλαται· ἀμφὶ δέ μιν νὺξ
Τρισσοιχεὶ κέχυται περὶ δειρήν· αὐτὰρ ὕπερθεν
Γῆς ῥίζαι πεφύκασι καὶ ἀτρυγέτοιο θαλάσσης.
Ἔνθα θεοὶ Τιτῆνες ὑπὸ ζόφῳ ἠερόεντι
Κεκρύφαται, βουλῇσι Διὸς νεφεληγερέταο,
Χώρῳ ἐν εὐρώεντι, πελώρης ἔσχατα γαίης.
Τοῖς οὐκ ἐξιτόν ἐστι· πύλας δ' ἐπέθηκε Ποσειδῶν

Par enim ſpatium a terra in Tartarum caliginoſum.
Nouem enim noctes ac dies aerea incus,
Coelitus delapſa, decimo die ad terram perueniret:
Nouem rurſus noctes et dies aerea incus,
Ex terra deſcendens, decimo die ad Tartarum perueniret.
Quem circa aereum ſeptum ductum eſt: circum vero ipſum nox
Triplici ordine fuſa eſt circa collum: ſed ſuperne
Terrae radices ſunt et infructuoſi maris.
Illic Dii Titanes ſub caligine obſcura
Abſconditi ſunt, conſiliis Iouis nubicogi,
Loco in ſqualido, vbi vaſtae vltima terrae.
His non exitus patet: portas vero impoſuit Neptunus

720. γαίης Trinc. 724. δεκάτη δ' ἵκ B. 109. Ald. Iunt. 1. 2. ἵκοιτο Ald. Iunt. 1. 2. 727. πεφύκασι Trinc. Steph. Heinſ. 730. εὐρώεντι Ald. Iunt. 1. 2. Trinc. 731. ἄκρης Trinc. Ποσειδάων Trinc.

726. Τρισσοιχεὶ κέχυται περὶ δειρήν] An τὸ σῶμα intelligit gulam. a δείρη δειροτομεῖν. *Guietus.*

727. Αὐτὰρ ὕπερθεν Γῆς ῥίζαι πεφύκασι] Tartara, nimirum, non intra terram eſſe putabant, ſed inferiora, in tenebricoſis ſpatiis, quae terrae ſubiecta eſſe exiſtimabant; cum neſcirent terram eſſe rotundam, et vicibus ſoli ſua hemiſphaeria oſtendere. *Clericus.*

730. Χώρῳ ἐν εὐρώεντι, πελώρης ἔσχατα γαίης] Hic verſus additicius videtur. *Guietus.*

Hic verſus Guieto videtur additicius eſſe, cui aſſentior. Mendoſus enim eſt, nec Grammaticae congruens. *Rob.*

Χαλκείας· τεῖχος περίκειται δ' ἀμφοτέρωθεν.
Ἔνθα Γύγης, Κόττος τε, καὶ ὁ Βριάρεως μεγάθυμος
Ναίουσιν, φύλακες πιστοὶ Διὸς αἰγιόχοιο.
Ἐνθάδε γῆς δνοφερῆς, καὶ Ταρτάρου ἠερόεντος, 735
Πόντου τ' ἀτρυγέτοιο, καὶ οὐρανοῦ ἀστερόεντος,
Ἐξείης πάντων πηγαὶ καὶ πείρατ' ἔασιν,
Ἀργαλέ', εὐρώεντα, τά τε στυγέουσι θεοί περ·
Χάσμα μέγ'· οὐδέ κε πάντα τελεσφόρον εἰς ἐνιαυτὸν

Aereas: murus etiam circumdatus vtrimque.
Illic Gyges, Cottusque, et Briareus magnanimus
Hábitant, cuſtodes fidi Iouis Aegiochi.
Ibidem terrae tenebricoſae, et Tartari caliginoſi,
Pontique infructuoſi, et coeli ſtelligeri,
Ex ordine omnium fontes et fines ſunt,
Moleſti, ſqualidi, quos oderunt etiam ipſi Dii:
Hiatus ingens. nec vero quisquam toto integro anno

732. τεῖχος δὲ περίκειται B. 109. τεῖχος δέ περ οἴκειται Ald. Iunt. 1.
737. ἑξείης Ald. ἔασιν B. 109. Ald. Iunt. 1. 2.

732. Τεῖχος περίκειται δ' ἀμφοτέρωθεν] Malim τεῖχός τε περὶ κεῖτ' ἀμφοτέρωθεν. *Guietus.*

737. Πάντων πηγαὶ] Hoc eſt, ἀρχαί. *Guietus.*

Πηγαὶ καὶ πείρατα] Videtur addidiſſe πείρατα, *fines*, ad explicandam vocem πηγαί, *fontes*, qua initium terrae, maris et coeli ſignificat. Illinc, nimirum, omnia haec incipere exiſtimabant, qui terram planam et vna hac parte a Sole illuſtratam cenſebant. Hinc v. 746. Atlantem, qui in vltimo occidente ſedes habebat, ante domum noctis fuiſſe ait. At in ſequentibus ſibi contradicit, vt ſolet fieri ab iis, qui de re obſcura plura dicere volunt, quam ſciunt. *Clericus.*

739. Χάσμα μέγ'] Pulcherrimam illam ideam *Satanae* per chaos iter facientis abhinc videtur traxiſſe Miltonus lib. 2.

A vaſt vacuity: all vnawares
Fluttering his pennons vain plumb down he drops
Ten thouſand fathom deep, and to this hour
Down had been falling, had not by ill chance
The ſtrong rebuff of ſome tumultuous cloud
Inſtinct with fire and nitre hurried him
As many miles aloft — Rob.

740. Οὗδας

Οὔδας ἵκοιτ', εἰ πρῶτα πυλέων ἔντοσθε γένοιτο. 740
Ἀλλά κεν ἔνθα καὶ ἔνθα φέροι πρὸ θύελλα θυέλλῃ
Ἀργαλέη· δεινόν τε καὶ ἀθανάτοισι θεοῖσι
Τοῦτο τέρας· καὶ νυκτὸς ἐρεμνῆς οἰκία δειναὶ
Ἕστηκεν, νεφέλῃς κεκαλυμμένα κυανέῃσι.
Τῶν πρόσθ' Ἰαπετοῖο πάϊς ἔχετ' οὐρανὸν εὐρὺν 745
Ἑστηὼς, κεφαλῇ τε καὶ ἀκαμάτῃσι χέρεσσιν
Ἀσεμφέως, ὅθι Νύξ τε καὶ Ἡμέρα ἄσσον ἰοῦσαι

Solum attingeret, vbi primum portas intra veniſſet,
Sed ſane huc et illuc ferret impetuoſa procella
Moleſta: horrendumque etiam immortalibus Diis
Hoc monſtrum: et noctis obſcurae domus horrenda
Stat, nubibus obtectae nigris.
Has ante Iapeti filius ſuſtinebat coelum latum
Stans, capiteque et indefeſſis manibus
Firmiter, vbi Noxque et Dies prope euntes

740. ἵκοτ' Ald. 741. φέροι Ald. Iunt. 1. 2. Steph. προθύελλα Ald. Iunt. 1. 2. Com. Krebs. 742. τε μὲν Trinc. 743. καὶ abeſt a Trinc. ἐρεβεννῆς Trinc. 744. ἕστηκε Iunt. 2. 745. πρὸς τ' Ald. Iunt. 1. 2. Steph. 747. ὅτι B. 109. Ald. Iunt. 1. τάσσον B. 109. Iunt. 1. ἄσσον Steph. marg. atque ita edid. Rob. vulgo ἀμφὶς. ἡμέραι Ald. ἴσαι B. 109.

740. Οὔδας ἵκοιτ', εἰ πρῶτα πυλέων ἔντοσθε γένοιτο] An ſcribendum? ἔδας ἵκοι εἰ πρῶτα πυλέων ἔντοσθε γένοιο. Sic in ἔργοις, ἐπὴν δ' εἰς ἄκρον ἵκηαι ſcribendum, pro quo vulgo ſcriptum ἵκηται. *Guietus.*

741. Πρὸ θύελλα θυέλλῃ] Scribo φέροι πρὸ θύελλα θυέλλῃ ἀργαλέη. Φέροι πρὸ pro προφέροι vna voce. Homer. Od. Υ. ἔπειτά μ' ἀναρπάξασα θύελλα οἴχοιτο προφέρουσα. *Guietus.*

742. Δεινόν τε καὶ ἀθανάτοισι] Scribo δεινὸν δὲ καὶ ἀθ. *Guietus.*

743. Τοῦτο τέρας] Τὸ χάσμα τοῦτο. ſequentia

καὶ νυκτὸς ἐρεμνῆς οἰκία δειναὶ
Ἕστηκεν, νεφέλῃς κεκαλυμμένα κυανέῃσι.
Τῶν πρόσθ' Ἰαπετοῖο πάϊς ἔχετ' οὐρανὸν εὐρὺν
Ἑστηὼς, κεφαλῇ τε καὶ ἀκαμάτῃσι χέρεσσιν
Ἀσεμφέως.

Haec ſuppoſititia ſunt. *Guietus.*

747. Ἄσσον ἰοῦσαι] Vulgo legitur ἀμφὶς; ſed monente Graeuio, et conſentiente Mſ. Bodl. reſtitui ἄσσον, quod ſequentia verba, ἀλλήλας προσέειπον, requirere videntur. *Rob.*

Ἀλλήλας προσέειπον, ἀμειβόμεναι μέγαν ὐδὸν
Χάλκεον. ἡ μὲν ἔσω καταβήσεται, ἡ δὲ θύραζε
Ἔρχεται, οὐδέ ποτ' ἀμφοτέρας δόμος ἐντὸς ἐέργει.
Ἀλλ' αἰεὶ ἑτέρη γε δόμων ἔκτοσθεν ἐοῦσα,
Γαῖαν ἐπισρέφεται· ἡ δ' αὖ δόμῳ ἐντὸς ἐοῦσα,
Μίμνει τῆς αὐτῆς ὥρην οὐδόν, ἔς' ἂν ἵκηται.
Ἡ μὲν ἐπιχθονίοισι φάος πολυδερκὲς ἔχουσα,
Ἡ δ' Ὕπνον μετὰ χερσὶ, κασίγνητον Θανάτοιο,
Νὺξ ὀλοὴ, νεφέλῃ κεκαλυμμένη ἠεροειδεῖ.
Ἔνθα δὲ Νυκτὸς παῖδες ἐρεμνῆς οἰκί' ἔχουσιν,

Seſe mutuo compellabant, alternis ſubeuntes magnum limen
Aereum. haec quidem intrat, illa vero foras
Egreditur, neque vnquam vtraſque domus intus cohibet:
Sed ſemper altera ſaltem extra domum dum eſt,
Terram ſuper mouetur: altera rurſum in domo cum ſit,
Exſpectat ſui tempus itineris, donec veniat.
Haec quidem terreſtribus multa cernens lumen habens,
Illa vero Somnum in manibus, fratrem Mortis,
Nox noxia, nube tecta atra.
Ibi autem Noctis obſcurae filii domus habent,

748. Ἀλλήλαις Trinc. 753. τὴν αὖ τῆς Ald. Iunt. 1. 2. 754. ἐπὶ χθονίοισι Ald. ἐπιχθονίῃσι Iunt. 1. 2. Trinc. 756. νεφέλη Ald. κεκαλημμένη Ald. Iunt. 1. Trinc.

749. Ἡ μὲν ἔσω καταβήσεται] Scribendum videtur καταδύσεται. *Guietus.*

752. Γαῖαν ἐπισρέφεται] Si intellexiſſet *Heſiodus* quod hic habet, ſciuiſſet terram non minus in oppoſito hemiſphaerio a ſole illuſtrari, quam in hoc noſtro, adeoque futilia eſſe quae dixit de ſitu Tartari. Sed videtur inſcius veritatem effudiſſe, nec ſatis ſciuiſſe quid ſibi vellet. Huc facit dictum *Socratis* de Poetis, quod protulimus *Artis Criticae* P. 2. S. 1. c. 15. §. 21. *Clericus.*

753. Μίμνει τὴν αὐτῆς] Scribo τῆς. Ibid. ἔς' ἂν ἵκηται] Subintellige ἡ ὥρα. v. ſeq. Ἡ μὲν ἐπιχθονίοισι] Subintellige ἡμέρα. *Guietus.*

755. Κασίγνητον Θανάτοιο] Similiter Homerus Il. ξ. Ἐνθ' ὕπνῳ ξύμβλητο, κασιγνήτῳ θανάτοιο. Et Virgil, Aen. 6. *Et conſanguineus lethi ſopor.* Rob.

758. — οὐδέ

Ὕπνος καὶ Θάνατος, δεινοὶ θεοί· οὐδέ ποτ' αὐτοὺς
Ἠέλιος φαέθων ἐπιδέρκεται ἀκτίνεσσιν,
Οὐρανὸν εἰσανιὼν, οὐδ' οὐρανόθεν καταβαίνων.
Τῶν ἕτερος μὲν γῆν τε καὶ εὐρέα νῶτα θαλάσσης
Ἥσυχος ἀνστρέφεται καὶ μείλιχος ἀνθρώποισι.
Τοῦ δὲ σιδηρέη μὲν κραδίη, χάλκεον δέ οἱ ἦτορ
Νηλεὲς ἐν στήθεσσιν· ἔχει δ' ὃν πρῶτα λάβησιν
Ἀνθρώπων· ἐχθρὸς δὲ καὶ ἀθανάτοισι θεοῖσιν.
Ἔνθα θεῶν χθονίων πρόσθεν δόμοι ἠχήεντες
Ἰφθίμου τ' Ἀΐδεω καὶ ἐπαινῆς Περσεφονείης
Ἕστᾶσιν· δεινὸς δὲ κύων προπάροιθε φυλάσσει,

Somnus et Mors, graues Dii: neque vnquam eos
Sol lucidus intuetur radiis,
Coelum ſcandens, nec coelitus deſcendens.
Horum alter quidem terramque et lata dorſa maris
Quietus percurrit et placidus hominibus.
Alterius vero ferreum quidem cor, aereum vero ei pectus
Crudele in praecordiis: tenet autem quem primum arripuerit
Hominum: hoſtis vero etiam immortalibus diis.
Illic dei inferi in anteriore parte aedes reſonantes,
Fortisque Plutonis et terribilis Proſerpinae,
Stant: horrendus autem canis pro foribus cuſtodit,

761. τῶν δ' Trinc. 762. ἀνστρέφεται Iunt. 1. 763. σιδήρεη B. Ald. Iunt. 1. 766. πρόσθε Trinc. 768. Ἑστᾶσι Ald. Iunt. 1. 2.

758. —— οὐδέ ποτ' αὐτοὺς
Ἠέλιος φαέθων ἐπιδέρκεται ἀκτίνεσσιν
Οὐρανὸν εἰσανιὼν, οὐδ' οὐρανόθεν καταβαίνων]
Videtur eſſe imitatio *Homeri*, qui ita de Cimmeriis Odyſſ. Λ.
—— οὐδέ ποτ' αὐτοὺς
Ἠέλιος φαέθων ἐπιδέρκεται ἀκτίνεσσιν
Οὐδ' ὁπότ' ἂψ ϛείχησι πρὸς οὐρανὸν ἀστερόεντα
Οὔθ' ὅταν ἂψ ἐπὶ γαῖαν ἀπ' οὐρανόθεν προτραπηται.
Neque vnquam eos Sol lucidus adſpicit radiis, neque cum it ad coelum ſtellatum, neque cum iterum ad terram e coelo conuertitur. Clericus.

763. Χάλκεον δέ οἱ ἦτορ] Τὸ οἱ hic non placet. quare ſcribendum videtur χάλκεον δέ τε ἦτορ. *Guietus.*

766. Ἔνθα θεῶν χθονίων πρόσθεν δόμοι] Scribendum videtur θεῶν χθονίων. *Guietus.*

769. Τέ-

Νηλείης· τέχνην δὲ κακὴν ἔχει· ἐς μὲν ἰόντας
Σαίνει ὁμῶς οὐρῇ τε καὶ ἄασιν ἀμφοτέροισιν·
Ἐξελθεῖν δ' οὐκ αὖτις ἐᾷ πάλιν, ἀλλὰ δοκεύων
Ἔσθίει ὅν κε λάβῃσι πυλέων ἔκτοσθεν ἰόντα
Ἰφθίμου τ' Ἀΐδεω καὶ ἐπαινῆς Περσεφονείης.
Ἐνθάδε ναιετάει στυγερὴ θεὸς ἀθανάτοισι,
Δεινὴ Στὺξ, θυγάτηρ ἀψορρόου Ὠκεανοῖο

Saeuus. artem autem malam habet: introeuntibus quidem
Adulatur pariter caudaque et auribus ambabus:
Exire vero non iterum permittit denuo, ſed obſeruans
Deuorat, quemcunque prenderit extra portas euntem
Fortisque Plutonis et terribilis Proſerpinae.
Ibidem habitat abominanda dea immortalibus,
Horrenda Styx, filia reciprocantis Oceani

769. ἰεμὲν Ald. Trinc. 773. ἀΐδαο Ald. Iunt. 1. 2. Trinc.

769. Τέχνην δὲ κακὴν ἔχει] Hoc eſt, morem. Dein ἐς μὲν ἰόντας. τιμῆσις, ἐσιόντας, εἰσιόντας. *Guietus.*

773. Ἰφθίμου τ' Ἀΐδεω καὶ ἐπαινῆς Περσεφονείης] Ἴφθιμος, vbi de Deo ſermo eſt, verti debet *ἰσχυρὸς potens*, non *fortis*, praeſertim cum loquatur Poeta de *Plutone*. *Perſephone* filia Cereris dicitur alio nomine *Pherephatta*, quod ſi ſcribamus Phoenicio charactere פיר־פתא *pher phethe*, ſignificat *fructum copioſum*; nomenque hoc terribile habebatur, quia ſacrum. *Plato* in Cratylo, p. 265. eo prolato ſubiicit: πολλοὶ καὶ τοῦτο φοβοῦνται τὸ ὄνομα, *multi reuerentur hoc nomen*. Περσεφόνην viri docti interpretantur, ex eadem Lingua פרי כפון *peri-ſaphoun* fructum occultum, quod ſignat ſemen-

tem terrae commiſſam. Malim intelligere *reconditum* in horreis. Vtrumque nomen aptiſſimum eſt filiae Δηοῦς, hoc eſt, *Deae copiae*. Ceres Regina fuit Siciliae, cuius filiam rapuit Pluto, aut raptam vxorem duxit; quod in Enarratione * Gallica Myſteriorum Cereris multis oſtendimus. *Clericus.*

775. Δεινὴ Στὺξ θυγάτηρ ἀψορρόου Ὠκεανοῖο] Non difficile eſt intellectu cur Stygem vocet *Heſiodus* filiam Oceani, cum ſit tanta rerum affinitas; ne dicam ex vaporibus Oceani, qui in pluuias denſantur, oriri fontes. Sed tria ſunt hic, non vbique obuia, animaduertenda. Primum eſt deſcriptio Stygis, quam prorſus fictam eſſe nos credere vetat quod habet *Pauſanias* in Arcadicis, ſeu Lib. VIII. p. 483. vbi poſtquam meminit

* *Biblioth. Vniuerſ.* Tom. VI.

minit ruderum Oppidi Arcadici, cui Nonacri nomen erat: Τῶν δὲ ἐρειπίων, inquit, ἐ πόῤῥω κρημνός ἐστιν ὑψηλὸς ἐχ ἕτερον ἐς τοσοῦτον ἀνήκοντα ὕψει οἶδα. καὶ ὕδωρ κατὰ τοῦ κρημνοῦ ῥέει καλοῦσι δ' Ἕλληνες αὐτὸ ὕδωρ Στυγός. Εἶναι δὲ τὴν Στύγα Ἡσίοδος μὲν ἐν Θεογονίᾳ ἐποίησεν· (Ἡσιόδῳ γὰρ δὴ ἔστι τὴν Θεογονίαν εἰσὶν οἱ νομίζουσι) πεποιημένα ἔν ἐστιν ἐνταῦθα Ὠκεανοῦ θυγατέρα τὴν Στύγα, γυναῖκα δὲ αὐτὴν εἶναι Πάλλαντος: *non procul a ruderibus, est alta montis crepido; non aliam vidi, quae in tantam altitudinem attollatur; aqua vero secundum praeruptam rupem stillat. Vocant Graeci hanc aquam Stygis. Esse autem Stygem Hesiodus in Theogonia cecinit; (neque enim desunt qui Theogoniam opus Hesiodi esse credant) cecinit autem Stygem fuisse Oceani filiam, et vxorem Pallantis.* Hoc fictum quidem est, vt pleraque alia, sed ex verbis Pausaniae intelligere licet, quare dicat *Hesiodus*:

—— κλυτὰ δώματα ναίει
Μακρῇσι πέτρῃσι κατηρεφέ', ἀμφὶ δὲ πάντῃ
Κίοσιν ἀργυρέοισι πρὸς οὐρανὸν ἐστήρικται.

Inclytas aedes incolit ingentibus saxis superne tectas, circumquaque vero columnis argenteis ad coelum firmatae sunt.

Alterum, quod hic animadvertendum est, ad id pertinet quod Poetae aiunt aquam esse inferorum; quod inde ortum, quod aqua illa lethalis esset, quemadmodum paullo post docet *Pausanias*: Θάνατον δὲ τοῦ ὕδωρ φέρει τοῦτο καὶ ἀνθρώπῳ καὶ ἄλλῳ ζῴῳ παντί: *lethalis est haec aqua et hominibus, et omnibus aliis animalibus.* Alios etiam habet miros effectus aquae illius, omnia perrumpentis, praeter vngulam equinam; sed qui forte minus veri sunt. Verum hinc liquet, cur in inferis collocetur, nec dubito quin ea aqua ab antiquissimis Graeciae colonis dicta sit מי שחוק *me sthouk*, hoc est, *aqua silentii*, quod ad *regna silentium* eos demitteret. Eodem respicere videtur *Hesiodus*, in sequentibus, vbi dicit eum qui per Stygem peierauit κεῖσθαι ἄναυδον, *iacere sine voce.*

Tertio obseruandum aquam huius fontis fuisse iuriiurando consecratam; quod qui potuerit fieri, si lethifera erat, non immerito quaerant Lectores. Videtur enim qui iurabat bibisse ἐν χρυσέῃ προχόῳ allatam aquam ab Iride. Alioqui necesse non erat eam asserri. Crediderim hanc fuisse opinionem eorum temporum, eum qui accusabatur cuiuspiam sceleris, cuius reus non erat, potuisse sine noxa eam aquam bibere; addito iureiurando, quo innocentiam suam testatam faceret; sin minus, aquam noxiam suam naturam obtinuisse et homini mortem, aut grauem morbum creasse. Non vnus hic fons habitus aptus explo-

randae

Πρεσβυτάτη· νόσφιν δὲ θεῶν κλυτὰ δώματα ναίει
Μακρῇσι πέτρῃσι κατηρεφέ'—ἀμφὶ δὲ πάντη
Κίοσιν ἀργυρέοισι πρὸς ὐρανὸν ἐστήρικται.
Παῦρα δὲ Θαύμαντος θυγάτηρ πόδας ὠκέα Ἶρις
Ἀγγελίης πωλεῖται ἐπ' εὐρέα νῶτα θαλάσσης, 780
Ὁππότ' ἔρις καὶ νεῖκος ἐν ἀθανάτοισιν ὄρηται.
Καί ῥ' ὅστις ψεύδηται Ὀλύμπια δώματ' ἐχόντων,
Ζεὺς δέ τε Ἶριν ἔπεμψε θεῶν μέγαν ὅρκον ἐνεῖκαι
Τηλόθεν ἐν χρυσέῃ προχόῳ πολυώνυμον ὕδωρ
Ψυχρὸν, ὅ, τ' ἐκ πέτρης καταλείβεται ἠλιβάτοιο, 785

Maxima natu: seorsum vero a diis inclytas aedes incolit
Ingentibus saxis superne tectas: circum autem quaque
Columnis argenteis ad coelum firmatae sunt.
Raro vero Thaumantis filia pedibus velox Iris
Nuncii causa versatur super lata dorsa maris,
Quando lis et contentio inter Deos exorta fuerit.
Et sane quisquis mentiatur coelestes domos tenentium, [rat
Iupiter Irim mittere solet Deorum magnum iusiurandum vt fe-
E longinquo in aureo vase aquario celeberrimam aquam
Frigidam, quae e petra destillat alta

777. πάντη Ald. 780. Ἀγγελίη R. S. Trinc. Com. Steph. marg.
782. ὅς κε ψεύσηται Trinc. 783. ἐνείκαι Ald. ἐνεῖκεν Trinc.

randae veritati iurisiurandi. Vide quae habet *Macrobius* de fonte Palicorum Saturnal. Lib. V. c. 19. *Clericus.*

779. Παῦρα δὲ Θαύμαντος] Hoc est, παυράκις, ὀλιγάκις. a παυράκις παυρὰξ, παῦρα, vt a σφοδράκις σφοδρὰξ, σφόδρα etc. *Guietus.*

780. Ἀγγελίης πωλεῖται] Scribe ἀγγελίῃ, subintellige τὸ σὺν, hoc est, σὺν ἀγγελίῃ πωλεῖται. *Guietus.*

782. Καί ῥ' ὅστις ψεύδηται ὀλύμπια δώματ' ἐχόντων] Hic versus spurius videtur. *Guietus.*

783. Ζεὺς δέ τε Ἶριν ἔπεμψε] Scribo: Ζεὺς δ' ὅτε Ἶριν. ordo: ἔπεμψε ἐνεῖκαι πολυώνυμον ὕδωρ μέγαν ὅρκον. περὶ ϛυγὸς vide Pausaniam in Arcadicis. *Guietus.*

Μέγαν ὅρκον] Hoc est, per quem *magnum iusiurandum* concipitur. Sic *Homerus* vocat ὅρκια πιϛὰ *agnos* qui adhibebantur ad solennius iurandum. Iliad. Γ. v. 245. *Clericus.*

785. Ψυχρὸν, ὅ, τ' ἐκ πέτρης] Hic versus et sex sequentes sunt nothi. *Guietus.*

Ὅ, τ' ἐκ πέτρης καταλείβεται

Ὑψηλῆς· πολλὸν δὲ ὑπὸ χθονὸς εὐρυοδείης
Ἐξ ἱερῆ ποταμοῖο ῥέει διὰ νύκτα μέλαιναν
Ὠκεανοῖο κέρας· δεκάτη δ' ἐπὶ μοῖρα δέδασται.
Ἐννέα μὲν περὶ γῆν τε καὶ εὐρέα νῶτα θαλάσσης
Δίνῃς ἀργυρέῃς εἰλιγμένος εἰς ἅλα πίπτει·
Ἡ δὲ μί' ἐκ πέτρης προρέει, μέγα πῆμα θεοῖσιν.
Ὅσκεν τὴν ἐπίορκον ἀπολλείψας ἐπομόσσῃ
Ἀθανάτων, οἳ ἔχουσι κάρη νιφόεντος Ὀλύμπου,
Κεῖται νήυτμος τετελεσμένον εἰς ἐνιαυτόν·
Οὐδέ ποτ' ἀμβροσίης καὶ νέκταρος ἔρχεται ἆσσον
Βρώσιος, ἀλλά τε κεῖται ἀνάπνευστος καὶ ἄναυδος

Excelsa: multum vero subtus terram spatiosam
E sacro flumine fluit per noctem nigram
Oceani cornu: decima vero pars attributa est.
Nouem quidem circa terramque et lata dorsa maris
Vorticibus argenteis intortum in mare cadit;
Vna vero ex petra profluit, magnum damnum Diis.
Quisquis periurium libans peierauerit
Immortalium, qui tenent verticem niuosi Olympi,
Iacet spiritus expers integrum per annum:
Neque ambrosiae et nectaris fruitur
Cibo, sed iacet non respirans, et mutus,

786. Ὑψιλῆς Ald. Iunt. 1. 2. Trinc. πολλὸν δ' Ald. 790. εἰλιγμένος Ald. 791. προφέρει Iunt. 2. 792. ἀπολείψας Ald. Iunt. 1. Trinc. Steph. Com. 794. νηπύτμος B. 109. Ald. Iunt. 1. 2. νὴ πετμὸς Steph. marg. 796. βρόσιος Ald. Iunt. 1. 2.

βεται ἠλιβάτοιο] Respicit ad id quod ex *Pausania* protulimus, qua de causa etiam *Homerus* * vocat κατειβόμενον Στυγὸς ὕδωρ, *stillantem aquam Stygis*. Ταῦτα μὲν δὴ ἐποίησεν, inquit *Pausanias*, ὡς ἂν ἰδὼν ἐς τὸ ὕδωρ τῆς Στυγὸς ῥάζον: *haec cecinit, quod viderit aquam Stygis stillantem.* Clericus.

792. Ὅς κεν τὴν ἐπίορκον ἀπολείψας] Scribo ἐπίορκος. τὴν, hoc est, ταύτην τὴν ςυγα. ἀπολείψας *libans* ab ἀπολείβω. *Guietus.*

794. Κεῖται νήυτμος καὶ τὰ ἑξῆς] Haec poetice ficta et adaucta, sed ex vero nata; nimirum, ex noxia Stygiae aquae natura. *Clericus.*

795. Οὐδέ ποτ' ἀμβροσίης] Hic et sequens 797. est spurius. *Guietus.*

* *Iliad.* θ. v. 37. vbi Iuno iurat per Stygem.

797. Ἐπὶ

Στρωτοῖς ἐν λεχέεσσι, κακὸν δ' ἐπὶ κῶμα καλύπτει.
Αὐτὰρ ἐπὴν νοῦσον τελέσῃ μέγαν εἰς ἐνιαυτὸν,
Ἄλλος δ' ἐξ ἄλλου δέχεται χαλεπώτατος ἆθλος.
Ἐννάετες δὲ θεῶν ἀπομείρεται αἰὲν ἐόντων,
Οὐδέ ποτ' ἐς βουλὴν ἐπιμίσγεται, οὐδ' ἐπὶ δαῖτας,
Ἐννέα πάντ' ἔτεα· δεκάτῳ δ' ἐπιμίσγεται αὖτις
Εἰρέας ἀθανάτων, οἳ Ὄλυμπια δώματ' ἔχουσι.
Τοῖον ἄρ' ὅρκον ἔθεντο θεοὶ Στυγὸς ἄφθιτον ὕδωρ,
Ὠγύγιον, τὸ δ' ἴησι κατασυφέλα διὰ χώρου.
Ἔνθα δὲ γῆς δνοφερῆς, καὶ Ταρτάρου ἠερόεντος,

Stratis in lectis, malus autem veternus obtegit.
Sed postquam morbo defunctus est magnum per annum,
Alia ex alia excipit molestissima aerumna.
Nouennio autem a Diis separatur aeternis,
Neque vnquam in consilio cum iis versatur, neque in epulis,
Nouem totis annis: decimo tandem versatur iterum
In coetibus immortalium, qui coelestes domos incolunt.
Tale itaque iusiurandum constituerunt Dii Stygis perennem
Antiquam illam, quae tranat valde asperum locum. [aquam,
[Ibi autem terrae caliginosae, et Tartari obscuri,

799. καλεπώτερος Trinc. 800. ἀπαμείρεται Trinc. 804. ἄφθητον Trinc. 805. ἴησι Ald. 806. Ἐνθάδε Ald. Iunt. 1. 2. Trinc.

797. Ἐπὶ κῶμα καλύπτει] Τμῆσις, ἐπικαλύπτει, subintellige αὐτὸν. *Guietus.*

803. Εἰρέας ἀθανάτων] Scribendum videtur εἰρείαις. sed hic versus videtur delendus et spurius esse. *Guietus.*

805. Τὸ δ' ἴησι κατασυφέλα διὰ χώρου] Scribe, τὸ δίεισι, hoc est, ὃ δίεισι διὰ χώρου. Thucyd. καὶ διὰ μέσων αὐτῶν διήεσαν lib. 3. κατασυφέλα, hoc est, asperum, durum. *Guietus.*

Ὠγύγιον] Graeci *antiquam* interpretantur, quasi ab Ogyge, antiquissimo Rege nescio quo. Intelligimus *amaram*, quod apprime quadrat in exitialem effectum huius aquae potae; ex Phoenicia Lingua, in qua אגג *agag* significauit, vt apud Arabas, *amaram reddidit aquam.* Hinc quoque dicta *amara*, aqua illa iurisiurandi et zelotypiae, quam, apud Hebraeos, bibere iubebatur mulier adulterii suspecta. Vide Num. V. *Clericus.*

806. Ἔνθα δὲ γῆς δνοφερῆς] Hic et tres sequentes versus e superioribus repetiti sunt,

post

Πόντου τ' ἀτρυγέτοιο καὶ Οὐρανῷ ἀστερόεντος,
Ἐξείης πάντων πηγαὶ καὶ πείρατ' ἔασιν,
Ἀργαλέ', εὐρώεντα, τά τε στυγέουσι θεοί περ.]
Ἐνθάδε μαρμάρεαί τε πύλαι, καὶ χάλκεος οὐδὸς
Ἀσεμφὴς, ῥίζῃσι διηνεκέεσσιν ἀρηρὼς,
Αὐτοφυής· πρόσθεν δὲ θεῶν ἔκτοσθεν ἁπάντων,
Τιτῆνες ναίουσι, πέρην χάεος ζοφεροῖο.
Αὐταὶρ ἐρισμαράγοιο Διὸς κλειτοὶ ἐπίκουροι
Δώματα ναιετάουσιν ἐπ' Ὠκεανοῖο θεμέθλοις,
Κόττος τ' ἠδὲ Γύγης. Βριάρεών γε μὲν ἠὺν ἐόντα,
Γαμβρὸν ἑὸν ποίησε βαρύκτυπος Ἐννοσίγαιος.
Δῶκε δὲ Κυμοπόλειαν ὀπυίειν, θυγατέρα ἣν.
Αὐταὶρ ἐπεὶ Τιτῆνας ἀπ' οὐρανῷ ἐξέλασε Ζεύς,

Pontique infructuosi, et coeli stellati,
Ex ordine omnium fontes et fines sunt,
Molesti, squalidi, quos oderunt etiam Dii ipsi.
Illic splendidaeque portae, et aereum limen
Immotum, radicibus longis compactum,
Sua sponte natum: ante illud vero extra omnes Deos
Titanes habitant, vltra Chaos caligine obductum.
Ceterum valde tonantis Iouis inclyti auxiliarii
Domus incolunt in Oceani fundamentis
Cottus atque Gyges. Briareum quippe, fortis cum esset,
Generum suum fecit grauiter fremens Neptunus.
Dedit autem Cymopoliam, vt duceret vxorem, filiam suam.
Ast vbi Titanes e Coelo expulerat Iupiter,

808. ἔασιν Ald. Iunt. 1. 2. Trinc. 810. λάϊνος οὐδὸς B. 109. Ald. Iunt. 1. 2. Steph. marg. 811. Ἀσειμφὴς Ald. διηνεγκέεσσιν Iunt. 1. 2. 814. κλυτοὶ τ' Ald. Iunt. 1. 816. γε μεν Ald. 818. ὀπύειν Ald. Iunt. 1. 819. ἀπ' abest a Trinc.

post versum enim 736. collocantur. Sed hinc fortasse tollendi. *Guietus.*

Ἔνθα δὲ γῆς δνοφερῆς καὶ τὰ ἑξῆς] Hae sunt τερατολογίαι poeticae, quae nihil ex vero ducunt. *Clericus.*

808. Πάντων πηγαὶ καὶ πείρατ' ἔασι] Πηγαὶ hic videtur *initium* significare, nam solius πόντου posset dici *fons*, non terrae, tartari, aut coeli. *Clericus.*

Ὁπλότατον τέκε παῖδα Τυφωέα Γαῖα πελώρη,
Ταρτάρῳ ἐν φιλότητι, διὰ χρυσῆν Ἀφροδίτην.
Οὗ χεῖρες μὲν ἔασιν ἐπ' ἰσχύϊ ἔργματ' ἔχεσθαι.
Καὶ πόδες ἀκάματοι κρατερῷ θεῷ. ἐκ δὲ οἱ ὤμων
Ἦν ἑκατὸν κεφαλαὶ ὄφιος, δεινοῖο δράκοντος,

Minimum natu peperit filium Typhoëum Terra magna,
Tartari in concubitu, per auream Venerem.
Cuius manus quidem sunt ob robur occupatae,
Et pedes indefessi robusti Dei: ex humeris vero ei
Erant centum capita serpentis, horrendi draconis,

821. χρυσὴν Ald. 822. ἔασιν Ald. Iunt. 1. 2. 823. ἀκάμαντοι Ald. 824. κρατεροῖο δράκοντος R. S. Trinc. Steph. marg.

820. Τυφωέα] De hoc egimus ad v. 307. Describuntur scelerati homines Iordanis accolae, quorum historiam et excidium Graecis olim narrauerant Phoenices; hoc est, mendaces mendacibus augenda atque exornanda tradiderant. *Clericus.*

822. Ἔργματ' ἔχεσθαι] Scribo θαῦμα ἀκέσθαι mirabile auditu. placet. *Guietus.*

Οὗ χεῖρες μὲν ἔασιν ἐπ' ἰσχύϊ ἔργματ' ἔχεσθαι] Vertunt: *cuius manus quidem sunt ob robur occupatae*, aut *operibus aptae*, quasi ἔργμα idem sit hic ac ἔργον. Sed quodnam opus memoratur Typhonis, aut Typhoëi, seu antequam a Ioue vinceretur, seu postquam in Tartara detrusus est? Deinde quid frigidius hac descriptione virium, *cuius manus propter robur habent opera?* Non potuit hoc ferre *Fr. Guietus*, qui suspicatur legendum θαῦμα ἀκέσθαι, *mirabile auditu* Verum tanta mutatione opus non est, cum praesertim non minus frigidum sit, et minus Graecum: *cuius manus sunt in robore.* Cum olim sine notis accentuum et spirituum scriberent Graeci ΟΥ, aeque facile potuit efferri ἀ *non* ac ἄ, cuius, quod si feceris sententia egregia erit: *Nec manus, propter vires, habent quidquam quo impediri queant, et pedes fortis illius Dei sunt indefessi.* Ἔργματα hic deducimus ab εἴργω, *coerceo, prohibeo.* Hoc vnum in hac nostra interpretatione paullo durius videri queat, quod particula negatiua sit paullo remotior a verbo. Sed nec desunt eius rei exempla, et eam omnino postulare videtur sensus. *Clericus.*

824. Ἦν ἑκατὸν κεφαλαὶ] Hoc est, ἦσαν. Dein delenda interpunctio ὄφιος δεινοῖο δράκοντος. ὄφιος δράκοντος, appositio. v. sequ. λελειχμότος scribendum pro λελειχμότες. *Guietus.*

826. Θε-

Γλώσσῃσι δνοφερῇσι λελειχμότες· ἐκ δέ οἱ ὄσσων
Θεσπεσίῃς κεφαλῇσιν ὑπ' ὀφρύσι πῦρ ἀμάρυσσε.
Πασέων δ' ἐκ κεφαλέων πῦρ καίετο δερκομένοιο,
Φωναὶ δ' ἐν πάσῃσιν ἔσαν δεινῇς κεφαλῇσι,
Παντοίην ὄπ' ἰεῖσαι ἀθέσφατον· ἄλλοτε μὲν γὰρ
Φθέγγονθ', ὥς τε θεοῖσι συνιέμεν· ἄλλοτε δ' αὖτε
Ταύρου ἐριβρύχεω μένος ἀσχέτου ὄσσαν ἀγαυρῆς·
Ἄλλοτε δ' αὖτε λέοντος ἀναιδέα θυμὸν ἔχοντος·
Ἄλλοτε δ' αὖ σκυλάκεσσιν ἐοικότα, θαύματ' ἀκοῦσαι·
Ἄλλοτε δ' αὖ ῥοίζασχ', ὑπὸ δ' ἤχεεν ὄρεα μακρά.
Καὶ νύ κεν ἔπλετο ἔργον ἀμήχανον ἤματι κείνῳ,

Linguis nigris lambentia: praeterea ex oculis ei
Admirandis in capitibus ſub ſupercilijs ignis micabat:
Omnibus autem ex capitibus ignis flagrabat cernentis,
Voces quoque in omnibus erant horrendis capitibus,
Omnigenum ſonitum emittentes ineffabilem. interdum enim
Sonabant, vt Diis intelligere liceret: interdum rurſum
Tauri valde mugientis robore indomiti vocem ferocis:
Interdum rurſus leonis ſaeuum animum habentis:
Interdum rurſum catulis ſimilia, mira auditu:
Interdum vero ſtridebat, reſonabantque montes alti.
Et ſane eueniſſet res ineuitabilis die illo,

827. Πασσῶν Ald. Πασσίων Iunt. 1. 2. Trinc. 828. δεινοῖς Trinc. 829. Παντοίαν Trinc. 830. φθέγγον δ' Iunt. 2. 831. ἐριβρόχεω B. 109. Ald. Iunt. 1. 2. ἔσχετον B. 109. Ald. Iunt. 1. 2. Trinc. Steph. Com. ἀγαύρε Ald. 833. σκυλάκεσσιν Ald.

826. Θεσπεσίῃς κεφαλῇσιν] Hoc eſt, θαυμασίοις. *Guietus.*

Πῦρ ἀμάρυσσε] *Ignis* hic vocatur oculorum ſplendor, vti et in ſequente verſu, nequis putet Poetam ignem proprie dictum in oculis huius monſtri collocaſſe. Superant haec omnem τερατολογίαν. *Clericus.*

829. Ἀθέσφατον] Mirabilem. *Guietus.*

830. Φθέγγονθ', ὥς τε θεοῖ συνιέμεν] Hic verſus eſt ſubditicius et delendus. *Guietus.*

831. Ὄσσαν ἀγαύρε] Scribe ὄσσαν ἵεντο vocem emittebant. *Guietus.*

832. Ἀκοῦσαι] Hoc eſt, θρασύν. *Guietus.*

Καί κεν ὅγε θνητοῖσι καὶ ἀθανάτοισιν ἄναξεν,
Εἰ μὴ ἄρ' ὀξὺ νόησε πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε.
Σκληρὸν δ' ἐβρόντησε καὶ ὄβριμον. ἀμφὶ δὲ γαῖα
Σμερδαλέον κονάβησε, καὶ Οὐρανὸς εὐρὺς ὕπερθεν,
Πόντος τ', Ὠκεανῦ τε ῥοαὶ, καὶ τάρταρα γαίης 840
Ποσσὶ δ' ὑπ' ἀθανάτοισι μέγας πελεμίζετ' Ὄλυμπος

Atque ipſe mortalibus et immortalibus imperaſſet,
Niſi ſtatim intellexiſſet pater hominumque et Deorum.
Grauiter autem intonuit atque fortiter. circum vero terra
Horrende edidit fragorem, et coelum latum ſuperne,
Pontusque et Oceani fluctus, et remota loca terrae.
Pedibus vero ſub immortalibus magnus contremuit Olympus,

838. ὄμβριμον B. 109.

836. Θνητοῖσι καὶ ἀθανάτοισιν ἄναξεν] Forte nata eſt haec circumſtantia ex narratione Phoenicum, qui dictitabant inferioris Iordanis accolas *bellum Deo et hominibus indixiſſe*, aut vtrorumque *hoſtes ac ſpretores* fuiſſe. Quae loquutiones perperam intellectae monſtra haec pepererunt, quaſi fuiſſet terrae filius Draco, qui bellum Ioui intuliſſet. Certe *Lucretius* deſcribens *Epicuri* dogmata de Numine, quod verbo poſuit, re ſuſtulit, ita de Epicuro loquitur quaſi ei bellum intuliſſet, Lib. I. initio:

Quare Relligio pedibus ſubiecta vicissim
Obteritur, nos exaequat victoria coelo. Clericus.

838. Σκληρὸν ἐβρόντησε] Non male hiſce verbis deſcribitur ſubuerſio Sodomae, Gomorrae vicinarumque vrbium, de qua vide Diſſert. noſtram. *Clericus.*

840. Τάρταρα γαίης] Hoc eſt, remotiſſimae partes terrae, quae eſt ſignificatio vocis *tartara*. Vide not. ad v. 119. *Clericus.*

841. Ποσσὶ δ' ὑπ' ἀθανάτοισι] Parem in his verſibus reperias ſublimitatem, ac in Homericis illis a Longino celebratis, vtpote quae ἄχραντόν τι καὶ μέγα τὸ δαιμόνιον, καὶ ἄκρατον παρίςησι. — Τρέμε δ' ἔρεα μακρὰ καὶ ὕλη Ποσσὶν ὑπ' ἀθανάτοισι Ποσειδάωνος ἰόντος. Eandem ſublimitatem Miltonus aſſequitur

Vnder his burning wheels
The ſted faſt Empyrean ſhook throughout;
All but the throne itſelf of God — Rob.

843. Ἰοει-

Ὀρνυμένοιο ἄνακτος· ἐπεσμαράγιζε δὲ γαῖα.
Καῦμα δ' ὑπ' ἀμφοτέρων κάτεχεν ἰοειδέα πόντον,
Βροντῆς τε, στεροπῆς τε, πυρὸς ἀπὸ τοῖο πελώρου,
Πρηστήρων ἀνέμων τε, κεραυνοῦ τε φλεγέθοντος. 845
Ἔζεε δὲ χθὼν πᾶσα, καὶ οὐρανὸς, ἠδὲ θάλασσα.
Θῦε δ' ἀρ' ἀμφ' ἀκτὰς, περὶ τ' ἀμφί τε κύματα μακρὰ
Ῥιπῇ ὑπ' ἀθανάτων· ἔνοσις δ' ἄσβεστος ὀρώρει.
Τρέσσ' Ἀΐδης δ' ἐνέροισι καταφθιμένοισιν ἀνάσσων,
Τιτῆνές θ' ὑποταρτάριοι, Κρόνον ἀμφὶς ἐόντες, 850
Ἀσβέστου κελάδοιο καὶ αἰνῆς δηϊοτῆτος.
Ζεὺς δ' ἐπεὶ οὖν κόρθυνεν ἑὸν μένος, εἵλετο δ' ὅπλα,
Βροντήν τε, στεροπήν τε, καὶ αἰθαλόεντα κεραυνὸν,
Πλῆξεν ἀπ' Οὐλύμποιο ἐπάλμενος· ἀμφὶ δὲ πάσας

Insurgente rege: ingemiscebat autem tellus.
Ardor vero ab vtrisque occupabat caeruleum pontum
Tonitruque, et fulguris igne ab illo immani,
Igneorumque turbinum, et fulminis ardentis.
Feruebat autem terra omnis, et coelum, atque mare.
Furebant et circum littora vndique fluctus magni.
Impetu a Deorum: concussioque sedatu difficilis oriebatur.
Expauit autem Pluto inferis mortuis imperans,
Titanesque sub tartarum detrusi, circa Saturnum
Ob inexstinguibilem fremitum, et grauem conflictum.
Iupiter vero postquam incitauit suum robur, sumsitque arma,
Tonitruque fulgurque, et coruscans fulmen,
Percussit ab Olympo insiliens: circum vero omnia

846. πυρὶ χθὼν Trinc. Steph. marg. 847. ἀμφὶ κύματα omissa vecula τε B. 109. Ald. Iunt. 1. 849. Τρέσσε δ' B. 109. Ald. Iunt. 1. 2. Trinc. Steph. Ἄϊδης B. 109. Ald. Iunt. 1. 2. δ' post Ἀΐδης deest in B. 109. Ald. Iunt. 1. 2. Steph. 850. Κρόνε B. 109. Ald. 854. Οὐλύποιο Ald.

843. Ἰοειδέα πόντον] Hic intelligendum *mare mortuum*, seu lacus Asphaltites. *Clericus.*

844. Πυρὸς ὑπὸ τοῖο πελώρου] Scribo et distinguo πυρός τ' ἀπὸ τ. π. *Guietus.*

846. Ἔζεε δὲ χθὼν πᾶσα] Vicina, nempe, infimis partibus Iordanis; qua de re vide memoratam Dissertationem. *Clericus*

851. Ἀσβέστου κελάδοιο] Subintellige ὑπὸ. *Guietus.*

852. Κόρθυνεν ἑὸν μένος] Hoc est, ἐπῆρεν auxit. *Guietus.*

854. Πλῆξεν ἀπ' Οὐλύμποιο]

Ἔπρεσε θεσπεσίας κεφαλὰς δεινοῖο πελώρου
Αὐτὰρ ἐπεὶ δή μιν δάμασε πληγῇσιν ἰμάσσας,
Ἤριπε γυιωθείς, στενάχιζε δὲ γαῖα πελώρη.
Φλὸξ δὲ κεραυνωθέντος ἀπέσσυτο τοῖο ἄνακτος,
Οὔρεος ἐν βήσσῃσιν αἰδνῆς παιπαλοέσσης
Πληγέντος. πολλὴ δὲ πελώρη καίετο γαῖα
Ἀτμῇ θεσπεσίῃ, καὶ ἐτήκετο κασσίτερος ὡς,
Τέχνῃ ὑπ' αἰζηῶν, ὑπό τ' εὐτρήτῳ χοάνοιο
Θαλφθείς, ἠὲ σίδηρος, ὅπερ κρατερώτατός ἐστιν,

Combuſſit ingentia capita ſaeui portenti.
Ceterum vbi illud vicit ictibus percutiens,
Cecidit mutilatum, ingemiſcebat autem terra vaſta.
Flamma vero fulmine icto proſiliebat a rege,
Montis in ſaltibus opacis aſperis
Percuſſo. multaque ac vaſta ardebat terra
Vapore ingenti, et liqueſcebat ſtanni inſtar,
Quod arte iuuenum, et in magnum foramen habente catino
Calefactum, vel vt ferrum, quod ſolidiſſimum eſt,

855. Ἔπρεσε B. 109. Ald. Iunt. 1. 2. Steph. marg. 857. στενάχιζε Trinc. 859. αἰδνῆς παιπαλοέσσης Ald. 861. Ἀτμῇ B. 109. Iunt. 1. 2. Trinc. Steph. marg. Ἀτμῇ Ald. 863. ἠὲ B. 109. Ald. Iunt. 1. 2. Steph. marg.

ποιο] An? βῆσεν. ἐπάλμενος. ſubintellige τὸν Τυφωέα. *Guietus.*

855. Ἔπρεσε θεσπεσίας] Ἀ πράω, πιμπράω, πίμπρημι, πρέω, πρήθω etc. Φάω, βράζω, βράσσω, βράτ/ω, ἀναβράτ/ω. *Guietus.*

858. Τοῖο ἄνακ/ος] Ἄνακξ, nimirum, vt iam diximus, vox eſt honorifica quae Regem quidem ſonat vt plurimum; ſed eximium etiam quidpiam ſignificat, quale erat in ſuo genere hoc monſtrum. *Clericus.*

859. Παιπαλοέσσης] Hoc eſt, τραχείας. alias παιπαλοέσσης pro αἰπαλοέσσης. Hom. ἔσχη δὲ σκοπιὴν εἰς παιπαλόεσσαν ἀνελθών, hoc eſt, αἰπεῖαν, ὑψηλήν. *Guietus.*

Οὔρεος ἐν βήσσῃσιν] Inter montes Moabitidis et Chananaeae ſitus eſt lacus Aſphaltites, in profunda valle. *Clericus.*

862. Εὐτρήτῳ χοάνοιο] Interpres videtur legiſſe εὐπήκ/ις, quod magis placet. verſ. ſequ. ὅπερ, hoc eſt, ὅσπερ. *Guietus.*

Οὔρεος ἐν βήσσῃσι δαμαζόμενος πυρὶ κηλέῳ,
Τήκεται ἐν χθονὶ δίῃ, ὑπ' Ἡφαίστῳ παλάμῃσιν. 865
Ὣς ἄρα τήκετο γαῖα, σέλᾳ πυρὸς αἰθομένοιο.
Ῥίψε δέ μιν θυμῷ ἀκάχων ἐς Τάρταρον εὐρύν.
Ἐκ δὲ Τυφωέος ἔστ' ἀνέμων μένος ὑγρὸν ἀέντων,
Νόσφι Νότου, Βορέω τε, καὶ Ἀργέστεω Ζεφύροιο.

Montis in cauitatibus victum igne vrente,
Liqueſcit in terra diuina, ſub Vulcani manibus.
Sic ſane liqueſcebat terra fulgore ignis ardentis.
Abiecit autem illum animo moeſtus in Tartarum vaſtum.
Ex Typhoëo autem eſt ventorum vis humide flantium,
Excepto Noto, Boreaque, et Argeſte Zephyro.

864. ἔργος Iunt. 2. 866. σελαΐ Trinc. αἰτομένοιο Trinc. 868. Τυφωέως Trinc. Τυφώεος Ald. 869. ἀργέσαω Trinc. ζεφύρου τε Trinc. Steph. marg.

864. Οὔρεος ἐν βήσσῃσι] In fabricis ferrariis, quae in vallibus ſyluoſis aedificari ſolent propter lignorum copiam. *Guietus.*

867. Ῥίψε] Subintell. ζεὺς. tum pro ἀκάχων an ἀκαχὼν ſcribendum? *Guietus.*

869. Νόσφι Νότου, Βορέω τε καὶ Ἀργεστέω Ζεφύροιο] Hic mirum eſt fieri duntaxat mentionem trium ventorum, omiſſo *Euro*, qui tamen μαψυηρὰ non poteſt vocari. Quod cum non concoquerent nonnulli, legerunt καὶ Ἀργέστου, Ζεφύρου τε, quemadmodum habet in Allegoriis *Ioannes Diaconus*; quo etiam reſpicit alter Scholiaſtes, qui memoratis quatuor ventis *cardinalibus*, vt vocantur, ſubiicit: Ἀργέστης ὁ Ἀπηλιώτης, ὃν λέγει ὁ Ὅμηρος Εὖρον: *Subſolanus quem vocat Homerus Eurum.* Recta ſine dubio eſſet lectio, ſi conſtaret ἀργέστην vſpiam dici Eurum, cum contra conſtet eſſe occidentalem ventum, qui et Corus vocatur. *Plinius* Lib. II. H. N. c. 47. *Sunt bini, in quatuor coeli partibus; ab oriente aequinoctiali Subſolanus, ab oriente brumali Vulturnus; illum Apelioten, hunc Eurum Graeci appellant. A meridie Auſter, et ab occaſu brumali Africus; Noton et Lyba nominant. Ab occaſu Aequinoctiali Fauonius; ab occaſu ſolſtitiali Corus; Zephyrum et ARGESTEN vocant.* Praeterea eoſdem ventos tres commemorat v. 379. vbi ἀργέστης eſt etiam epitheton Zephyri, quemadmodum hic ex vulgata lectione. Crediderim hanc omiſſionem eſſe negligentiae tribuendam; nam non ignorabat *Heſiodus* eſſe Orientalem ventum.

Οἵ γε μὲν ἐκ θεόφιν γενεῇ, θνητοῖς μέγ' ὄνειαρ. 870
Αἱ δ' ἄλλαι μαψαῦραι ἐπιπνείουσι θάλασσαν,
Αἱ δή τοι πίπτουσαι ἐς ἠεροειδέα πόντον,
Πῆμα μέγα θνητοῖσι, κακῇ θύελλα·
Ἄλλοτε δ' ἄλλαι ἄεισι, διασκιδνᾶσί τε νῆας,
Ναύτας τε φθείρουσι· κακὸν δ' ὁ γίνεται ἀλκὴ 875
Ἀνδράσιν, οἳ κείνοισι συναντῶσιν κατὰ πόντον.
Αἱ δ' αὖ καὶ κατὰ γαῖαν ἀπείριτον ἀνθεμόεσσαν
Ἔργ' ἐρατὰ φθείρουσι χαμαιγενέων ἀνθρώπων,
Πιμπλεῖσαι κόνιός τε καὶ ἀργαλέης κολοσυρτοῦ.

Qui ſane ex Diis ſunt nati, hominibus magna vtilitas.
Aſt alii ſine vſu venti inſpirant mare,
Qui vtique incidentes in obſcurum pontum,
Clades magna hominibus graui ſaeuiunt turbine,
Alibi autem alii flant, diſſipantque naues,
Nautasque perdunt. mali autem non eſt remedium
Viris qui illis occurrerint in ponto.
Iidem rurſum per terram immenſam floribus ornatam
Opera iucunda corrumpunt humo prognatorum hominum,
Replentes puluereque et moleſto palearum ſtrepitu.

870. μιν Iunt. 1. 2. μὴν Ald. 871. μὰψ αὖραι Steph. Com. 873. θύβσι Iunt. 1. 2. 874. ἄησι B. 109. Ald. Iunt. 1. 2. Trinc. Steph. Com. Heinſ. 875. γίνηται Iunt. 2. 876. συναντῶντες B. 109. συναντῶτες Ald. Iunt. 2. 877. αὖ τε Ald. Iunt. 1. 2. ἀπείρητον Trinc. 879. πιμπλεῖσαι B. 109. Ald. Iunt. 1.

Idem *Plinius* paullo antea: *Veteres quatuor omnino ſeruauere, per totidem mundi partes (ideo nec Homerus plures nominat) beberi vt mox iudicatum eſt ratione.* Vide *Homerum* Od. E. v. 295. *Heſiodus* autem *Homero* in eiuſcemodi rebus nequaquam inferior erat, vt ſatis liquet ex Operibus et Diebus. Obiter notandum *Heſiodi* aeuo vocem ἀργέστης nondum fuiſſe nomen venti, qui a *Zephyro* diſtingueretur; cum coniungatur ea vox cum *Zephyro*, quaſi epitheton, quo ſignificetur eius *celeritas*, aut ſimile quidpiam. *Clericus.*

871. Ἄλλαι μὰψ αὖραι] Μαψαῦραι ſcribo. Heſych μαψαῦραι, μάταιαι αὖραι, ἠχεῖσαι πνοαί. vulgo ſcriptum ἄμμοι pro αὖραι ex ἄψ fit μὰψ retro, incaſſum. Sic ex ὠκὸς, μωκὸς, μωξ mox, εὐθύς. *Guietus.*

874. Ἄλλοτε δ' ἄλλαι ἄεισι] Ἄλλη ſcribendum. *Guietus.*

879. Κολοσυρτοῦ] A πόλω verſo, πόλις ἡ πόλβις, puluis, πόλος,

Αὐτὰρ ἐπεί ῥα πόνον μάκαρες θεοὶ ἐξετέλεσσαν,
Τιτήνεσσι δὲ τιμάων κρίναντο βίηφι,
Δὴ ῥα τότ' ὤτρυνον βασιλευέμεν ἠδὲ ἀνάσσειν,
Γαίης Φραδμοσύνῃσιν, ὀλύμπιον εὐρύοπα Ζῆν',
Ἀθανάτων. ὁ δὲ τοῖσιν ἐὺ διεδάσσατο τιμάς.
Ζεὺς δὲ θεῶν βασιλεὺς πρώτην ἄλοχον θέτο Μῆτιν,
Πλεῖστα θεῶν εἰδυῖαν ἰδὲ θνητῶν ἀνθρώπων.
Ἀλλ' ὅτε δή ῥ' ἤμελλε θεὰν γλαυκῶπιν Ἀθήνην

Sed poſtquam ſane laborem Dii beati perfeciſſent
Cum Titanibus autem pro honore pugnaſſent vi,
Iam tum iubebant regnare atque imperare,
Ex Terrae conſilio, Olympium late cernentem Iouem
Immortalibus. Hic vero inter illos bene diſtribuit honores
Iupiter autem Deorum Rex primam vxorem duxit Metin,
Plurimum ex Diis edoctam, et mortalibus hominibus.
Sed cum iam eſſet Deam caeſiis oculis Mineruam

880. ἐξετέλεσσαν Ald. Iunt. 1. 2. 882. ἠδ' Ald. Iunt. 1. 2. Trinc.
883. αἰὲν ζῆν' Trinc. Steph. marg. 886. καὶ θνητῶν B. 109. Ald. Iunt. 1. 2. Paullo ante pro ἐὺ Ald. εὖ.

πόλος, κόλος, vnde κολοσυρτός. *Guietus.*

881. Τιμάων] Subintellige ἕνεκα. *Guietus.*

883. Εὐρύοπα ζεὺς] Ab εὐρυόπης, ſeu εὐρυόπας, εὐρύοψ. *Guietus.*

884. Εὖ διεδάσσατο] Scribo ἐὺ. *Guietus.*

Διεδάσσατο τιμάς] Hoc eſt, munera illis diuiſit, ſed poſteritas eos honores intellexit de iis, quibus ſingula Numina praeeſſe poſtea credita ſunt. *Clericus.*

885. Ἄλοχον θέτο Μῆτιν] Clarum eſt hic allegoricum eſſe matrimonium, quod Regi coniunctius nihil eſſe debeat quam *prudentia.* Clericus.

Per hanc Allegoriam ſignificat Poeta, coniunctiſſimam eſſe diuinae naturae ſapientiam. Similis figura in libro, qui nuncupatur *Sapientia Salomonis,* pulcherrime vſurpatur. Cap. 8. Ταύτην (ſcil. τὴν σοφίαν) ἐφίλησα καὶ ἐξεζήτησα ἐκ νεότητός μου, καὶ ἐζήτησα νύμφην ἀγαγέσθαι ἐμαυτῷ. *Sapientiam amaui et exquiſiui ab adoleſcentia mea; et eam pro ſponſa expetiui mihi.* Rob.

887. Ἀθήνην] Deam diſciplinarum et fortitudinis merito Prudentiae filiam facit Poeta; cum abſque hac nulla ſit vera fortitudo, nec eruditio. Ceterum Ἀθήνη eſt, Phoeni-

Τέξεσθαι, τότ' ἔπειτα δόλῳ φρένας ἐξαπατήσας
Αἰμυλίοισι λόγοισιν ἐὴν ἐγκάτθετο νηδὺν
Γαίης Φραδμοσύνῃσι, καὶ Οὐρανῷ ἀστερόεντος. 890
Τὼς γάρ οἱ ἐφρασάτην, ἵνα μὴ βασιληίδα τιμὴν
Ἄλλος ἔχῃ, Διος ἀντὶ, θεῶν αἰειγενετάων.
Ἐκ γαρ τῆς εἵμαρτο περίφρονα τέκνα γενέσθαι.
Πρώτην γὰρ κούρην γλαυκώπιδα Τριτογένειαν,

Paritura, tum demum dolis animo decepto
Blandis sermonibus, in suam condidit aluum,
Telluris consiliis, et Coeli stellati.
Sic enim consuluerunt, ne regium honorem
Alius haberet Iouis loco Deorum sempiternorum.
Ex hac enim in fatis erat prudentes liberos nasci.
Primam quidem virginem caesiis oculis apud Tritonem genitam,

888. Τεύξεσθαι Trinc. Τέξεσθαι Ald. Iunt. 1. 2. Steph. δολοφρένας Ald. Iunt. 1. 889 ἐς κάτθετο B. 109. ἐςκάτθετο Ald. Iunt. 1. 2. Trinc. Steph. Com. Heinſ. atque ſic edidit etiam Krebſius. 891. φρόσαντ' B. 109. φρασάτην Ald. Iunt. 1. 2. 892 ἀειγενετάων Trinc. 893. εἵμαρτο Ald. 894. μὲν γὰρ Ald. Iunt. 1. 2. Trinc. γλαυκόπιδα Ald. Iunt. 1. 2.

cia lingua, איתנא *eſbana*, hoc eſt, fortis, vt ab aliis iam animaduerſum. *Clericus.*

888. Δόλῳ φρένας ἐξαπατήσας] Subintellige τῆς μήτιος. *Guietus.*

889. Ἐὴν ἐσκάθετο νηδὺν] An ἐς κάθετο diuiſim ſcribendum? Sic v. 899. pro ἐγκάτθετο νηδὺν ſcribendum vt hic ἐς κάθετο, aut ἐς κάτθετο. *Guietus.*

894. Τριτογένειαν] Sic dicitur Minerua quaſi genita a *capite* Iouis, nam ſi ſcribamus Phoeniciis litteris תריתא *thritho*, intelligemus deducendam vocem a ריח *reth*, quod, pro mutatione ſolenni ת et ש, idem eſſe potuit ac ריש *reſch*, Chaldaice et Syriace *caput*. Eius antiquae vocis ſignificatio remanſerat etiamnum apud Athamanas. *Heſychius*: Τριτώ, Νίκανδρος ὁ Κολοφώνιος φησὶ τὴν κεφαλὴν καλεῖν Ἀθαμάνας. Apud Cretenſes, idem hac voce ſignificatum eſſe auctor eſt *Euſtathius* in Iliad. Δ. Ed. Rom. p. 504. Hanc quidem circumſtantiam Palladis natalium hic non tradit *Heſiodus*, ſed ſummo conſenſu reliqui omnes Mythologi et Poetae habent. Facile eſt intellectu cur ſapientiſſima Dea et Artium Praefecta e cerebro, vel capite Iouis nata putetur, cum caput exiſtimetur eſſe ſedes animi. Aliae vocis Etymologiae

Ἶσον ἔχσαν πατρὶ μένος καὶ ἐπίφρονα βυλήν
Αὐτὰρ ἔπειτ' ἄρα παῖδα θεῶν βασιλῆα καὶ ἀνδρῶν
Ἥμελλεν τέξεσθαι, ὑπέρβιον ἦτορ ἔχοντα·
Ἀλλ' ἄρα μὶν Ζεὺς πρόσθεν ἐὴν ἐγκάτθετο νηδύν,
Ὡς δή οἱ φράσσαιτο θεὰ ἀγαθόν τε κακόν τε.
Δεύτερον ἠγάγετο λιπαρὴν Θέμιν, ἣ τέκεν Ὥρας,

Par habentem patri robur, et prudens consilium:
Ceterum deinde sane filium Deorum regem et virorum
Erat paritura, magnum animum habentem:
Sed illam sane Iupiter ante in suum condidit ventrem;
Vt, nempe, ei indicaret Dea bonumque malumque.
Postea duxit splendidam Themin, quae peperit Horas,

895. Ἴσσον Trinc. 896. παῖδα abest ab ed. Rob. 897. Τεύξεσθαι Trinc. 898. ξεὺς Ald. νηδὴν Ald.

mologiae non sunt flocci faciendae, si cum hac conferantur. Τριτογένειαν verterant Romani veteres *Capitam*. *Ouidius* sub finem Lib. III. Fastorum?

Parua licet videas Capitae delubra Mineruae,
Quae Dea natali coepit habere suo.
Nominis in dubio causa est, capitale vocamus
Ingenium sollers; ingeniosa Dea est.
An quia de capitis fertur, sine matre, paterni
Vertice, cum clypeo prosiluisse suo? Clericus.

Τριτογένειαν] Audacem, terribilem. *Guietus.*

898. Ἐὴν ἐγκάτθετο νηδύν] Hoc est, prudentiam perpetuo sibi adesse consiliariam voluit, nec vnquam eam dimisit. *Clericus.*

899. Ὡς δή οἱ φράσσαιτο θεὰ ἀγαθόν τε κακόν τε] *Bonum et malum* omnia significant, apud *Homerum*, et in Hebraico etiam sermone. Vide not. ad Genes. III, 5. *Clericus.*

900. Θέμιν] Dea haec est Praeses Iustitiae, quae non minus ac Prudentia Regibus necessaria est. Si scripseris Phoeniciis litteris תמי, illico liquebit esse vocem Phoeniciam, a תם *integer, probus*, ita vt nomen Themidis *integritatem* sonet. *Clericus.*

Ἣ τέκεν Ὥρας] *Hora* est ab Hebraica voce אור, *or*, quae *lucem* sonat proprie, et tralatitio significatu *cognitionem*, quae in Rege vna cum integritate coniuncta esse debet. Posset huc forte trahi coniunctio *Vrim* et *Thummim*, in Pont. Maximo Hebraeorum. Affini-

tas

Εὐνομίην τε, Δίκην τε, καὶ Εἰρήνην τεθαλυῖαν,
Αἵ τ' ἔργ' ὡραίοισι καταθνητοῖσι βροτοῖσι,
Μοίρας θ', ἧς πλείστην τιμὴν πόρε μητίετα Ζεύς,
Κλωθώ τε, Λάχεσίν τε, καὶ Ἄτροπον, αἵ τε δίδωσι
Θνητοῖς ἀνθρώποισιν ἔχειν ἀγαθόν τε κακόν τε. 905
Τρεῖς δέ οἱ Εὐρυνόμη Χάριτας τέκε καλλιπαρήους,
Ὠκεανοῦ κούρη, πολυήρατον εἶδος ἔχουσα,
Ἀγλαΐην καὶ Εὐφροσύνην, Θαλίην τ' ἐρατεινήν.

Eunomiamque, Dicenque, et Irenen florentem,
Quae operibus venustatem conciliant mortalium hominum,
Parcisque, quibus maximum honorem dedit prudens Iupiter,
Clothoque, Lacheſinque, et Atropo, quae dant
Mortalibus hominibus habere bonumque malumque.
Tres vero ei Eurynome Gratias peperit pulcras genas habentes,
Oceani filia, peroptabilem formam habens,
Aglaiam et Euphroſynen, Thaliamque amabilem:

902. ὡραίοισι Ald. κατὰ θνητοῖσι Ald. Iunt. 1. 2. 903. ἧς ſine iota ſubſcr. habet ed. Robinſ.

tas *Horarum* harumce cum Dea Iuſtitiae ſignificatur earum nominibus Εὐνομίη, Δίκη et Εἰρήνη, quae ſunt Iuſtitiae conſectaria, et verae eruditionis comites. *Clericus.*

902. Αἵ τ' ἔργ' ὡραίοισι] Forte ὡραίῃσι ab ὡραιόω. *Guietus.*

903. Μοίρας θ' ἧς πλείστην τιμὴν πόρε μητίετα Ζεύς.] Quamuis affinitas ſit inter Iuſtitiam et munus harum Dearum; non eſt credibile hos verſus eſſe *Heſiodi*, cum alios parentes Parcis tribuerit antea v. 215. Homo ineptus, qui ſupplere conatus eſt quod non deerat *Heſiodo*, ſed deeſſe putabat, hos de Parcis verſus adſuit, et fortaſſe plures. *Clericus.*

Μοίρας θ'] Eadem, quae Clerico, fuit ſententia doctiſſ. Thomae Gale in notis ad Apollod. p. 6. Sed vtriſque, vt opinor, fraudem fecit praua Heſiodi interpretatio. Non enim in h. l. aſſerit poeta Themin peperiſſe *Parcas*, quae ſupra *Noctis* eſſe filiae dicuntur, ſed Themin peperiſſe *Horas*, quae venuſtatem operibus hominum, *Parciſque* conciliant. Accuſativus caſus Μοίρας, vt Grammatici loquuntur, proximum verbum τὸ ὡραίοισι, non τὸ τέκεν ſequitur; et ſententia ſic expoſita ſenſum exhibet veriſſimum, *Bonae leges, iuſtitia et pax humanam ſortem pulchram, et felicem reddunt.* Rob.

908. Ἀγλαΐην καὶ Εὐφροσυνην]

Τῶν καὶ ἀπὸ βλεφάρων ἔρος εἵβετο δερκομενάων
Λυσιμελής· καλὸν δὲ ὑπ' ὀφρύσι δερκιόωνται.
Αὐτὰρ ὁ Δήμητρος πολυφόρβης ἐς λέχος ἦλθεν,
Ἣ τέκε Περσεφόνην λευκώλενον, ἣν Ἀϊδωνεύς
Ἥρπασεν ἧς παρὰ μητρὸς, ἔδωκε δὲ μητίετα Ζεύς.
Μνημοσύνης δ' ἐξαῦτις ἐράσσατο καλλικόμοιο,
Ἐξ ἧς αἱ Μοῦσαι χρυσάμπυκες ἐξεγένοντο
Ἐννέα, τῆσιν ἄδον θαλίαι, καὶ τέρψις ἀοιδῆς.
Λητὼ δ' Ἀπόλλωνα, καὶ Ἄρτεμιν ἰοχέαιραν,

Quarum e palpebris amor deſtillat contuentium
Soluens membra: iucundum vero ſub ſuperciliis adſpiciunt.
Porro hic Cereris multa nutrientis ad lectum venit,
Quae peperit Proſerpinam formoſam, quam Pluto
Rapuit ſua a matre, dedit autem ſapiens Iupiter.
Mnemoſynen vero deinceps amauit pulcricomam,
Ex qua Muſae aureis reticulis reuinctae natae ſunt
Nouem, quibus placent conuiuia, et oblectatio cantus.
Latona autem Apollinem, et Dianam ſagittis gaudentem,

909. εἵβετας Ald. Iunt. 1. εἵβε τε Iunt. 2. 910. δὲδ' Iunt. 2. Trinc. Steph. Heinſ. δὲθ' Ald. Iunt. 1. Com. ὑποφρύσι Trinc. 912. λευκώλενον Ald. Iunt. 1. 2. Trinc. 914. ἐξ αὖτις Ald. Trinc. ἐράσατο B. 109. 916. ἄδον Ald. ἀοιδῆς Ald. 917. ἰοχέαιραν Ald. ἰοχέαιαν B. 109.

σύνην] Scrib. Ἀγλαίην τε καὶ Εὐφροσύνην. τε hic deeſſe videtur. *Guietus.*

911 Δήμητρος] De Cerere et Proſerpina, egimus antea ad verſus 450. et 774. *Clericus.*

913. Ἔδωκε δὲ μητίετα ζεὺς] Conceſſit vt caperet. *Guietus.*

914. Μνημοσύνης] Vide not. ad. v. 52. *Clericus.*

917. Λητὼ δ' Ἀπόλλωνα] De nomine Latonae, egimus ad v. 406. Nunc dicendum quare eius filius vocaretur Φοῖβος Ἀπόλλων, nam paſſim ita appellatur ab *Homero*, quaſi *Apollo* ſit cognomen. Si autem ſcribas Hebraice: פהרבו הפלון *phe-bo hapollon*, Linguae Hebraicae peritus ſtatim interpretabitur *os in eo mirum*, quod apprime conuenit Deo fatidico. Vide dicta de *Phoebe*, ad v. 404. *Clericus.*

Καὶ Ἄρτεμιν ἰοχέαιραν] Phoenicio charactere הרחמי *harthemi*, ſignificat, *mons admiratio mea*, ab הר har, *mons* et חמה thamah, *admiratus eſt.* Diana, nimirum, venatrix montibus maxime delectabatur. Antiquiſſimus hymnus in Dianam, qui

Ἱμερόεντα γόνον περὶ πάντων ἐρανιώνων,
Γείνατ' ἄρ', αἰγιόχοιο Διὸς φιλότητι μιγεῖσα.
Λοισθοτάτην δ' Ἥρην θαλερὴν ποιήσατ' ἄκοιτιν. 920

Suauiſſimos liberos prae omnibus coelicolis,
Peperit ſane, Aegiocho Ioui concubitu miſta.
Poſtremam vero Iunonem floridam duxit vxorem.

920. θαλλερὴν Ald.

qui *Homero* tribuitur, ſic eam deſcribit:

Ἣ κατ' ὄρη σκιόεντα, καὶ ἄκριας ἠνεμοέσσας
Ἄγρῃ τερπομένη παγχρύσεα τόξα τιτύνει.

Quae per montes vmbroſos et promuntoria ventoſa, venatione oblectata totum aureum arcum tendit. Sic ipſa, apud *Callimachum* in Hymno, qui ipſi inſcriptus eſt, loquitur, v. 19.

— σπάνιον γὰρ ὅτ' Ἄρτεμις ἄστυ κάτεισιν,
Οὔρεσιν εἰκήσω.

Raro Diana in vrbem ibit, in montibus habitabo. Vide eiusdem Hymni vſſ. 3 et 18. Apud *Lucianum*, in Dialogis Deorum, p. 212. T. I. dicitur ὄρειος, *montana*; et p. 217. T. I. Amor negat ſe poſſe vulnerare Dianam φεύγουσαν ἀεὶ διὰ τῶν ὀρῶν, *fugientem ſemper per montes.* Talia innumera poſſent proferri.

Obſeruandum hic et alibi clare diſtingui Apollinem et Dianam a Sole et Luna, qui v. 371. dicuntur Hyperione et Thia nati. Attamen conſtat poſtea Apollinem quidem et Solem vnum Numen creditum fuiſſe, Lunam vero ac Dianam alterum; quod ideo factum puto, quia Apollinis quidem animum, poſt mortem, in Solem iuiſſe, vt aeternae illi flammae praeeſſet, dicebant antiquiſſimi Poetae; Dianae vero mentem Lunam inſediſſe. Genus hoc fuit adulationis, quo vetuſtiſſimi Graeci proſequuti ſunt liberos Iouis. Sic et Aegyptii Iſidi adulati erant, cum columnae, ſepulcro Iſidis impoſitae, cum alia, tum etiam haec inſcripſiſſent: * Ἐγώ εἰμι ἡ ἐν τῷ ἄστρῳ τῷ Κυνὶ ἐπιτέλλουσα: *Ego ſum, quae in Canis ſidere exorior.* Indidem factum vt ſtellis omnibus impoſuerint nomina illuſtrium virorum et foeminarum; qua de re agit *Hyginus*, in Lib. II. Poetici Aſtronomici, *de ſignorum coeleſtium Hiſtoriis.* Clericus.

919. Γείνατ' ἄρ' αἰγιόχοιο] Scrib. γείνατ' ἐν αἰγιόχοιο. placet. *Guietus.*

920. Λοισθοτάτην δ' Ἥρην θαλερὴν ποιήσατ' ἄκοιτιν] Attamen haec ſola legitima vxor habita, ceterae omnes pellices. Dicitur, apud *Lucianum*, Iouis ἡ νόμῳ γαμετὴ *legitima coniux*,

* *Diodor. Siculus* Biblioth. Lib. I. p. 24.

Ἡ δ' Ἥβην, καὶ Ἄρηα, καὶ Εἰλείθυιαν ἔτικτε,

Haec autem Heben, Martem, et Lucinam peperit,

921. τ' Ἄρηα B. 109. Ἥβην Ἄρηα Ald.

iux, in Dialogis Deorum p. 192. Tom. I. et Ioui συμβασιλεύειν, p. 213. *Clericus.*

921. Ἥβην] Haec Dea fuit iuuentutis praeſes, quam nomen traxiſſe liquet ex Hebraica voce אב *eb*, viror, qui iuventutis eſt Symbolum; quod plantae tum vigeant maxime, cum maxime virent. Hinc apud Poetas, paſſim *viridis iuuentus* dicitur, imo et ſenectus cum contingit eam iuuentuti eſſe ſimilem. *Virgilius* Aeneid. V. 295.

Euryalus forma inſignis VIRIDIQVE *iuuenta.*

Idem Lib. VI, 304. de Charonte:

Iam ſenior, ſed cruda Deo VIRIDISQVE *ſenectus.*

Clericus.

Ἄρηα] Notiſſimum eſt Martis ſedes haberi montes Thraciae, quos aut filius Iouis, Theſſaliae Regis, aut ex eius poſteris quiſpiam inſedit, vnde dictus eſt הרי *hari*, hoc eſt, *homo montanus*, nam, vt diximus, הר eſt *mons*, ὄρος. Cum autem ex bello et latrociniis viueret, creditus eſt poſt mortem praeeſſe bello, cui tam ſaepe viuus interfuerat. Elegans eſt deſcriptio palatii Martis, apud *Statium* Lib. VII. Thebaidos, vbi de Mercurio ad illum miſſo, cuius deſcriptionis hoc eſt initium:

Hic ſteriles delubra notat Mauortia ſyluas,
Horreſcitque tuens, vbi mille furoribus illi
Cingitur aduerſo domus immanſueta ſub Aemo.

qui, vt notum, mons eſt Thraciae. Hinc a Thracibus Mars impenſe cultus. *Herodotus* Lib. V. c. 7. Θεὸς δὲ σέβονται μάνας τάσδε, Ἄρεα, καὶ Διόνυσον, καὶ Ἄρτεμιν; *Deos hos ſolos colunt, Martem, Liberum, Dianam.* Ac ſane mores eorum cum eiuſmodi Religione conſentiebant. Idem Scriptor paullo ante de moribus Thracum: ἀργὸν εἶναι κάλλιστον, γῆς δὲ ἐργάτην ἀτιμότατον· τὸ ζῆν ἀπὸ πολέμου καὶ λῃστύος κάλλιστον: *otioſum eſſe honeſtiſſimum, agricolam vero contemtiſſimum. E bello atque rapto viuere pulcerrimum.* Clericus.

Εἰλείθυιαν] Vox הילידיא *heilidia* aliunde non poteſt deduci quam ab הילד *helid*, hoc eſt, *fecit parere*; ſic enim formari poteſt *Hiphil* in verbo ילד *jalad* peperit, aeque ac in aliis verbis eiusdem formae. Quam hoc autem nomen bene conueniat Deae partui praeſidi nemo non videt. Obſeruatu dignum eſt diſtingui hoc Numen

men a Diana, cum ab *Heſiodo*, tum a Scriptore antiquiſſimo Hymni in Apollinem, qui *Homero* tribui ſolet, narrat enim primum *Eileithyiam* neſciuiſſe Latonam parturire, deinde ait aduocatam e coelo fuiſſe, et partum Latonae venientem acceleraſſe. Sic habet v. 97.

Μάνη δ' ἀκ ἐπέπυςο μογοςόκος Εἰλείθυια
Sola neſcierat partus laborem leuans Eileithyia

Poſtea v. 15.

Εὖτ' ἐπὶ Δήλῳ ἔβαινε μογοςόκος Εἰλείθυια
Τὴν τότε δὴ τόκος εἷλε, μενοίνησεν δὲ τεκέσθαι.
Vbi in Delo inceſſit partus dolores levans Eileithyia, tunc illam partus cepit, et parata erat parere. Qui ergo factum vt Diana cum hoc Numine miſceretur et partibus etiam praeficeretur? Qui potuit credi τὰς τεκώσας μιμεῖν παρθένος ἔσα, vt vtar verbis Iunonis apud * *Lucianum*? Nimirum, credebant Lunae Numen praeeſſe partui, quod praeſit menſibus, intra quorum certum numerum foetus in lucem eduntur: cumque eo Numine miſcebant Dianam, quae, eo facto, quamquam virgo, obſtetricis munere fungi ſtatuebatur. Aliam rationem comminiſcitur *Callimachus*, Hymno in Dianam v. 20. et ſeqq. vbi ſic Dea loquitur:

— Πόλεσιν δ' ἐπιμίξομαι ἀνδρῶν
Μῦνον ὅτ' ὀξείαισιν ὑπ' ὠδίνεσσι γυναῖκες
Τειρόμεναι καλέσωσι βοηθόον ἦσι με μοῖραι
Τεινομένην τοπρῶτον ἐπεκλήρωσαν ἀρήγειν·
Ὅττι με καὶ τίκτουσα, καὶ ἐκ ἤλγησε φέρουσα
Μήτηρ.
Vrbibus vero admiſcebor hominum, tantum cum acutis pariendi doloribus mulieres oppreſſae vocarint me opitulatricem; quibus me Parcae, vt primum nata ſum, ſortem adſignarunt opem ferendi; quoniam et cum me pareret, et cum me ferret non doluit mater. Sed commentum hoc eſt *Callimachi*, qui credidit indignum Dea eſſe dolere, inſtar mulierum; non ſententia antiquiſſimorum Graecorum, qui Diis incommoda, imo et vitia humanae naturae tribuere ſolent. Philoſophi poſtea, cum non poſſent haec concoquere, ad allegorias conuerſi ſunt; et Poetis recentioribus corrumpendae veteris Hiſtoriae, dum θεοπρεπεςέρως volunt loqui, occaſionem praebuerunt. At qui me audiet is antiquiſſimam Graeciae famam eſſe credet, qua humana Diis tribuuntur, quod eiusmodi rerum fingendarum nulla ratio fuerit, ſi aliter ſenſiſſent Graeci. Imo vero periculoſiſſimum fuiſſet θεοπρεπῆ de Deo ſentientibus talia obtrudere. Contra vero et Philoſophi et recentiores Poetae graues rationes habuerunt, cur humana incommoda et vitia Diis detraherent; nec ſine Religionis ſpecie, adproba-

* *Tom. I. p. 213. in Dial. Iunonis et Latonae.*

Μιχθεῖσ' ἐν φιλότητι θεῶν βασιλῆϊ καὶ ἀνδρῶν.
Αὐτὸς δ' ἐκ κεφαλῆς γλαυκώπιδα Τριτογένειαν,
Δεινὴν, ἐγερεκύδοιμον, ἀγέστρατον, ἀτρυτώνην,
Πότνιαν, ἣ κέλαδοί τε ἄδον, πόλεμοί τε, μάχαι τε. 925
Ἥρη δ' Ἥφαιστον κλυτὸν ἀ φιλότητι μιγεῖσα

Miſta concubitu Deorum regi et hominum.
Ipſe vero ex capite, caeſiis oculis praeditam Tritogeniam,
Acrem, tumultum excitantem, ducem exercitus, indomitam,
Venerandam, cui clamoreſque placuerunt, bellaque, pugnaeque,
Iuno autem Vulcanum inclytum, concubitu non miſta,

923. γλαυκώπιδα Trinc. 924. ἐγερεκύδοιμον Ald. Iunt. 1. 2. 926. Hanc Cuperi emendationem recepit Rob. pro vulg. ἐν φιλότ.

bationeque audientium turpes de Diis hiſtorias mutare aggrediebantur, quod non ſemel facit in hiſce Hymnis *Callimachus*, et praeſertim quidem Hymno in Iouem. Sed ne coniecturis agere videamur, en locum ex Hymno Homerico in Apollinem, in quo contraria affirmantur v. 91.

Λητὼ δ' ἐννῆμάρ τε καὶ ἐννέα νύκτας ἀέλπτος,
Ὠδίνεσσι πέπαρτο.

Latona nouem diebus et nouem noctibus incredibilibus doloribus torquebatur. Dabimus etiam auctorem grauiſſimum ſententiae de Luna partuum praeſide. Is eſt *Cicero* de Nat. Deorum Lib. II. c. 27. *Dianam*, inquit, *et Lunam eandem eſſe putant; cum — Luna a lucendo nominata ſit, eadem eſt enim Lucina. Itaque vt apud Graecos Dianam eamque Luciferam: ſic apud noſtros, Iunonem Lucinam in pariendo inuocant. — Adhibetur autem ad partus, quod ii matureſcunt aut ſeptem nonnunquam, aut plerumque nouem Lunae curſibus; qui quia menſis ſpatia conficiunt, menſes nominantur.* Clericus.

923. Αὐτὸς δ' ἐκ κεφαλῆς] Hoc eſt, ſolus. Adoptauit forte ſibi filiam, quam ipſe educare atque erudire voluit. *Clericus.*

925. Κέλαδοί τε ἄδον] Bellici clamores. *Guietus.*

926. Ἐν φιλότητι μιγεῖσα] Legendum ἀ φιλότητι μιγεῖσα, nam quemadmodum Iupiter ſolus genuiſſe dicitur Mineruam: ſic et Iuno ζαμένησε καὶ ἤρισεν ᾧ παρακοίτῃ, *intendit vires et contendit cum ſuo marito*, genuitque ſola et peperit Vulcanum. Sic quoque legit Scholiaſtes, qui habet: ἕτος τὸν Ἥφαιστον ἐν μόνῃ Ἥρᾳ εἰσάγει, *hic* (Heſiodus) *ex ſola Iunone Vulcanum inducit*; ὁ δὲ Ὅμηρος ἐκ Διὸς καὶ Ἥρας, *Homerus vero ex Ioue et Iunone.* Ex *Heſiodi* ſententia, adoptauit Iuno celeberri-

Γείνατο, (καὶ ζαμένησε, καὶ ἤρισεν ᾧ παρακοίτῃ)
Ἐκ πάντων τέχνῃσι κεκασμένον ἀθανιώνων.
Ἐκ δ' Ἀμφιτρίτης καὶ ἐρικτύπῳ Ἐννοσιγαίῳ
Τρίτων εὐρυβίης γένετο μέγας· ὅστε θαλάσσης
Πυθμέν' ἔχων, παρὰ μητρὶ φίλῃ καὶ πατρὶ ἄνακτι
Ναίει χρυσέα δῶ, δεινὸς θεός· αὐτὰρ Ἄρηϊ
Ῥινοτόρῳ Κυθέρεια Φόβον καὶ Δεῖμον ἔτικτεν
Δεινώς, οἵ τ' ἀνδρῶν πυκινὰς κλονέουσι φάλαγγας
Ἐν πολέμῳ κρυόεντι σὺν Ἄρηϊ πτολιπόρθῳ,

Peperit, (ac vires intendit, et contendit cum ſuo marito)
Prae omnibus artibus ornatum coelicolis.
Ex Amphitrite autem et valde reſonante Neptuno
Triton late potens natus eſt magnus: qui maris
Fundum tenens apud matrem caram et patrem regem
Incolit aureas aedes, magnus Deus: ſed Marti
Clypeos diſſecanti Venus Terrorem et Metum peperit
Graues, quique virorum denſas turbant phalanges
In bello horrido, vna cum Marte vrbes deuaſtante,

934. φάλανγγας Ald.

berrimum fabrum, qui vocabatur Ἥφαιστος, Phoeniciis litteris אפאשתא *epheſchto*, hoc eſt, qui *coquit in igne*, nimirum, metalla; nam אפה eſt *coxit*, et אשתא *ignis*, vnde Graece ἑσία, *focus*. Sic legit hunc locum *Heſiodi Lil. Gyraldus*, oſtenditque olim ita lectum. *Clericus.*

927. Καὶ ζαμένησε] A ζαμενές, ζαμενέω, ὀργίζομαι. *Guietus.*

930. Τρίτων εὐρυβίης γένετο μεγας] Nomen תריטון deduxerim a רטט *retet*, timor, aut a רטט *retat*, Chaldaice *tremuit*, et Arabice, *tumultum excitauit, clamorem edidit.* Nomen non male conuenit Deo cui tribuitur

Buccina, quae, medio concepit
vt aera ponto,
Littora voce replet ſub vtroque
iacentia Phoebo.

Quae verba ſunt *Ouidii*, Metam. I. *Clericus.*

933. Φόβον καὶ Δεῖμον ἔτικτεν] Hae ſunt manifeſto poeticae perſonae, quibus nihil ſubeſt hiſtoricum. Sed comites belli ſunt Terror et Metus, ſiue inferantur aliis, ſiue iis agitemur. *Clericus.*

936. Ἀρμο-

Ἁρμονίην θ', ἣν Κάδμος ὑπέρθυμος θέτ' ἄκοιτιν.
Ζηνὶ δ' ἄρ' Ἀτλαντὶς Μαίη τέκε κύδιμον Ἑρμῆν,
Κήρυκ' ἀθανάτων, ἱερὸν λέχος εἰσαναβᾶσα,
Καδμείη δ' ἄρα οἱ Σεμέλη τέκε φαίδιμον υἱόν,

Et Harmoniam, quam Cadmus magnanimus duxit vxorem.
Ioui vero Atlantis filia Maia peperit glorioſum Mercurium,
Praeconem Deorum, ſacrum lectum conſcendens.
Cadmi filia vero ei Semele peperit clarum filium,

937. φαίδιμον Trinc. Steph. marg.

936. Ἁρμονίην θ' ἣν Κάδμος ὑπέρθυμος θέτ' ἄκοιτιν] Ingenioſe *Sam. Bochartus* Chanaanis Lib. I. c. 19. nomen *Cadmi* coniicit ſignificare eius patriam; erat, nimirum קדמוני *Kadmoni*, ex iis *Cadmonaeis* de quibus Moſes Gen. XV, 19. *Harmoniam* vero dictam ex monte *Hermone*, quae pars fuit Antilibani, ad ortum fontium Iordanis. *Clericus.*

937. Ἀτλαντὶς Μαίη τέκε κύδιμον Ἑρμῆν] Primum, hic animaduertendum *Maiam*, quae fuit vna Pleiadum, dici filiam Atlantis altiſſimi montis, qui coelum ipſum ferre dicebatur; ob nexum, ſcilicet, et viciniam. Deinde Pleias haec dicitur Maia, hoc eſt, מיא ſiue *aquoſa*, nam מים *majim* aquae dicuntur, a veteri ſingulari מי *mai* aqua. *Aquoſae* autem nomen optime conuenit nobiliſſimae Pleiadum, quandoquidem Pleiades paſſim *imbriferae*, *madidae* et *aquoſae* dicuntur a Poetis; quod iis, initio veris, orientibus, pluuium ſoleat eſſe coelum. Vide collecta hanc in rem a *Nicol. Loydio* in Lex. Hiſtorico. Filius huius Pleiadis dictus eſt Ἑρμῆς, hoc eſt, ערמא *herma*, quod a Radice ערם, *haram*, *calliditate vſus fuit.* Quo nomine egregie deſcribitur indoles Dei furum, et fraudium. Quam in rem legendus Hymnus in *Mercurium*, ex quo pauculos duntaxat verſus, quibus deſcribitur eius ingenium, proferemus; vbi ita de Maia, v. 13. *et ſeqq.*

Καὶ τότ' ἐγείνατο παῖδα πολύτροπον, αἰμυλομήτην,
Λῃϊσῆρ', ἐλατῆρα βοῶν ἠγήτορ' ὀνείρων,
Νυκτὸς ὀπωπητῆρα, καὶ τὰ ἑξῆς.

Tunc peperit filium vafrum et blandiloquum, praedonem, abactorem boum, ducem ſomniorum, noctis ſpectatorem etc.

Haec epitheta Mercurii, hiſtoria eius fraudium, quam multis proſequitur, in ſequentibus confirmat Poeta. *Clericus.*

939. Καδμείη δ' ἄρα οἱ Σεμέλη τέκε Φαίδιμον υἱὸν] Quoniam hic eſt primus, qui ab Heſiodo ex Deo et mortali

muliere genitus dicitur, inquirendum eſt hoc in loco in rationes, ob quas ab antiquiſſimis Graecis nonnulli filii Deorum crediti et dicti ſint, quos non diffitebantur ex mulieribus natos; quales fuere Bacchus et Hercules Thebani, aliique innumeri. Sed antea animaduertendum eſt horum generationem narrari, poſt Deorum omnium natales ex Deabus; vnde intelligere eſt mulierum hoſce liberos eſſe natos iis temporibus, quibus iam primi Graeciae coloni Dii habebantur, et colebantur, nec tamen plane memoria obſoleuerat, qua et ipſos homines fuiſſe conſtabat. Memorantur enim hi noui Dii, ex aliis coelo iam receptis, nati, quorum tamen parentes nunquam cum mortalibus cōcubuiſſe dicti eſſent, niſi crediti fuiſſent et ipſi mortales fuiſſe.

Quod cum ita ſit, triplici de cauſa homines potuere Deorum filii dici et credi. Prima eſt petita ex antiquiſſimorum Graecorum dialecto, in qua a *Diis nati* atque *educati* dicebantur quicumque aliqua in re Diis ſimiles eſſe iudicabantur. Reges, qui imperare videbantur hominibus, vt Iupiter Diis et Regibus, propterea vulgo dici ſolebant Διογενεῖς et Διοτρεφεῖς, *a Ioue geniti et educati*, vt ex innumeris *Homeri* locis liquet. Sic loquitur Poeta Iliad. B. v. 196.

Θυμὸς δὲ μέγας ἐϛὶ διοτρεφέος βασιλῆος
Τιμὴ δ' ἐκ Διός ἐϛι· φιλεῖ δὲ ἑ μητίετα Ζεύς.

Ira eſt magna a Ioue nutriti Regis. Honor autem a Ioue eſt, et Illum (Regem) *amat conſiliarius Iupiter.* Ad quem locum, ſic habet *Euſtathius*: Ἑρμηνεύει διά τι διογενεῖς καὶ διοτρεφεῖς τὰς βασιλεῖς λέγει. οὐχ ὅτι ἐκ Διὸς τὸ γένος ἕλκουσι, ἀλλ' ὅτι ἐξ ἐκείνου αὐτοῖς ἡ τιμή: *oſtendit cur Reges dicat a Ioue natos et educatos, non quia ex Ioue genus ducunt, ſed quia ex illo eſt iis honor. Callimachus* Hymno in Iouem v. 76. *et ſeqq.*

Αὐτίκα χαλκῆας μὲν ὑδείομεν Ἡφαίϛοιο,
Τευχηϛὰς δ' Ἄρηος, ἑπαϊκτῆρας τε Χιτώνης
Ἀρτέμιδος, Φοίβου δὲ λύρης εὖ εἰδότας οἵμους.
Ἐκ δὲ Διὸς βασιλῆες· ἐπεὶ Διὸς οὐδὲν ἀνάκτων
Θειότερον.

Primo quidem fabros canimus eſſe Vulcani, Milites deinde Martis, Venatores vero Chitones Dianae, et Phoebi qui lyrae probe ſciunt modos. At ex Ioue ſunt Reges, quandoquidem Regibus nihil diuinius eſt quam Iupiter.

Quae verba nos admonent ſecundae rationis, ob quam mortales immortalium filii dici potuerunt. Nimirum, in Lingua Phoenicia, *pater artificum* dicitur is qui eorum artificium primus inuenit, et magiſter diſcipulorum. Vide Geneſ. IV, 21. vbi *pater* artificum dicitur qui primus eos artem docuit. Sic et Propheta dicitur *pater* diſcipulorum ſuorum, 1 Sam. X, 12. et diſcipuli *eius filii*,

2 Reg.

a Reg. II, 3. IV, 38. Sic Aesculapius et Orpheus dicti sunt Apollinis filii, quod ab eo Medicinam didicerint. Hinc etiam *Dei filii* dicti, qui Dei virtutes imitabantur, vt liquet ex Gen. VI, 2.

Tertio filios Deorum dixerunt eos qui ex Sacerdotibus vel aliis fraudulentis hominibus, nati erant; vt honori puellarum, quae ab iis ludificatae fuerant, consuleretur. Cum, nempe, in lucis Diis illis sacris grauidae factae essent, aut compressae a Sacerdotibus indutis eo ornatu, quo statuae Deorum indui solebant; non sine quadam specie veri, apud rudes populos, poterant dicere, se ex Diis grauidas esse; rumoremque eiusmodi occulte adiuuantibus Sacerdotibus, res tandem credulis pro comperta habebatur, praesertim si nati ex furtiuo concubitu postea rebus gestis aut inuentis famam sibi parerent. Apud *Ouidium* Metam. III. Iuno sub persona Beroës nutricis Semeles, ita hanc alloquens inducitur

— *Optem*
Iupiter vt sit, ait: metuo tamen omnia, multi
NOMINE Diuorum thalamos iniere pudicos.

Hinc videmus, ex fabula Penthei, non facile creditum Bachum illum Thebanum esse filium Iouis. Sed est insignis hanc in rem Historia, apud *Dionysium* Halicarnasseum, summi iudicii historicum, Lib. I. Ant. Rom. p. 62. quam integram proferemus. Cum ergo narrasset artibus Amulii *Iliam*, vel *Rheam*, Numitoris filiam, factam esse Sacerdotem Vestae: τετάρτῳ, inquit, ὕςερον ἔτει τὴν Ἰλίαν ἐλθοῦσαν εἰς ἱερὸν ἄλσος Ἄρεος, ὕδατος ἁγνοῦ κομιδῆς ἕνεκα, ᾧ πρὸς τὰς θυσίας ἔμελλε χρῆσθαι βιάζεταί τις ἐν τῷ τεμένει. τοῦτον δέ τινες μὲν ἀποφαίνουσι τῶν μνηςήρων ἕνα γενέσθαι τῆς κόρης, ἐρῶντα τῆς παιδίσκης· οἱ δὲ, αὐτὸν τὸν Ἀμύλιον, ἐκ ἐπιθυμίας μᾶλλον, ἢ ἐπιβολῆς ἕνεκα, φραξάμενόν τε ὅπλοις οἷς ἐκπληκτικώτατος ὀφθήσεσθαι ἔμελλεν, καὶ τὸ τῆς ὄψεως γνώριμον εἰς ἀσαφὲς ὡς μάλιςα ἠδύνατο καθιςάντα· οἱ δὲ πλεῖςοι μυθολογοῦσι τὸ δαίμονος εἴδωλον, ὃ τὸ χωρίον ἦν, πολλὰ καὶ ἄλλα τῷ πάθει δαιμόνια ἔργα, ἡλίκε τε ἀφανισμὸν, καὶ ζόφον ἐν ἠρανῷ κατασχόντος· ὄψιν δὲ ἦν καὶ τὸ εἴδωλον εἶχε, θαυμασιωτέραν μακρῷ ἢ κατὰ μέγεθος καὶ κάλλος ἀνθρώπων. Φασί τε εἰπεῖν τῇ κόρῃ παρηγοροῦντα τὴν λύπην τὸν βιασάμενον ἐξ ὃ γενέσθαι δῆλον ὅτι Θεὸς ἦν μηδὲν ἄχθεσθαι τῷ πάθει, τὸ γὰρ κοινώνημα τῶν γάμων αὐτῇ γεγονέναι πρὸς τὸν ἐμβατεύσαντα τῷ χωρίῳ δαίμονα· τέξεσθαι δ' αὐτὴν ἐκ τοῦ βιασμοῦ δύο παῖδας, ἀνθρώπων μακρῷ κρατίςους ἀρετὴν κατὰ τὰ πολέμια. ταῦτα δὲ εἰπόντα νέφει περικαλυφθῆναι καὶ ἀπὸ γῆς ἀρθέντα φέρεσθαι δι' ἀέρος ἄνω: *Quarto post anno Iliam, quae inierat in lucum Martis, vt af-*

ferret aquam puram qua in ſacris vſura erat, aliquis in luco vi comprimit. Hunc nonnulli dicunt fuiſſe vnum e procis eius, amore puellae captum; alii vero ipſum Amulium, non libidinis magis quam inſidiarum cauſa, cinctum armis quibus maximum ſui terrorem inuſſurus erat, et faciem notam, quantum poterat, in ignotam mutantem. Plerique vero fabulantur ſpeciem ipſius numinis, cuius is locus erat, et quae cum multa alia diuina opera, tum Solis eclipſin, et tenebras in coelo praebuiſſet. Species vero, quae fuit illi ſpectro, auguſtiorem multo magnitudine et pulcritudine, quam homines fuiſſe. Quin et eum qui Iliam vi compreſſerat, aiunt eam eſſe ſolatum (vnde liquebat Deum eſſe) et vetuiſſe ne doleret propter id quod paſſa erat; communionem enim nuptiarum illi interceſſiſſe cum Genio eum locum inſidente. Parituram autem ex violento concubitu duos pueros, hominum longe praeſtantiſſimos virtute bellica. Quae cum dixiſſet, nube circumtectum fuiſſe, et a terra ſublatum, ſuperiora verſus auectum fuiſſe Satis liquet haec μυθολογόμενα ficta eſſe a puella, eiusque conſanguineis et amicis, vt honori vitiatae Veſtalis conſulerent, et poenas, quas commerita erat, vitaret Vide ſequentia, apud *Dionyſium*. Praedictionem vero geminorum filiorum, qui naſcituri erant ex illo concubitu, fictam eſſe a poſteris, rem, vt fit, exornantibus in honorem Romuli non difficile eſt intellectu. Quin et potuerunt credulae mulieres re vera falli, vt liquet ex Hiſtoria Paulinae, quae exſtat apud *Ioſephum* Ant. Iud. Lib. XVIII. c. 4. Cum Decius Mundus Paulinam Saturnini vxorem nec precibus nec pretio corrumpere potuiſſet, Ide quaedam hominis liberta, aggreſſa eſt eam ſuperſtitione fallere. Cumque Paulina Iſidis cultui ſummopere eſſet dedita, pecunia Deae Sacerdotes corrupit; quorum natu maximus Paulinam adiit, impetratoque ſine arbitris colloquio, venire ſe dixit ab Anubide, capto mulieris forma, et iubente vt ad ſe veniat. Τῇ δὲ, ſubdit Hiſtoricus, εὐκτὸς ὁ λόγος ἦν, καὶ ταῖς δὲ Φίλαις ἐνεκαλλωπίζετο τῇ ἐπὶ τούτοις ἀξιώσει τοῦ Ἀνούβιδος, καὶ Φράζει πρὸς τὸν ἄνδρα δεῖπνόν τε αὐτῇ, καὶ εὐνὴν τοῦ Ἀνούβιδος εἰσηγγέλθαι· συνεχώρει δὲ ἐκεῖνος τὴν σωφροσύνην τῆς γυναικὸς ἐξεπιζάμενος. χωρεῖ ἔν εἰς τὸ τέμενος, καὶ δειπνήσασα, ὡς ὕπνος καιρὸς ἦν, κλεισθεισῶν τῶν θυρῶν ὑπὸ τοῦ Ἱερέως, ἔνδον ἐν τῷ νεῷ, καὶ τὰ λύχνα ἐκποδὼν ἦν, καὶ ὁ Μῆνδος, προεκρύπτετο γὰρ τῆδε, ἐχ ἡμάρτανεν ὁμιλιῶν τῶν πρὸς αὐτὴν· παννύχιόν τε αὐτῷ διηκονήσατο ὑπειληφυῖα Θεὸν εἶναι· καὶ ἀπελθόντος πρωτέρου ἢ κίνησιν ἄρξασθαι τῶν ἱερέων, οἱ τὴν ἐπιβελὴν ἤδεσαν. Παυλῖνα πρωῒ ὡς τὸν ἄνδρα ἐλθοῦσα, τὴν ἐπιφάνειαν ἐνδιηγεῖται τοῦ Ἀνούβιδος, καὶ πρὸς τὰς Φίλας ἐνελαμπρύ-

λαμπρύνετο λόγοις τοῖς ἐπ' αὐτῷ. οἱ δὲ τὰ μὲν ἠπίστεν εἰς τὴν φύσιν τὲ πράγματος ὁρῶντες, τὰδ' ἐν θαύματι καθίστανο, ἐκ ἔχοντες ὡς χρὴ ἄπιστα αὐτὰ κρίνειν, ὁπότε τὴν σωφροσύνην καὶ τὸ ἀξίωμα ἀπεδοκίμαζεν αὐτῆς: *Oratio vero mulieri placuit, iactabatque se apud amicas, ob honorem, quo eam dignabatur Anubis. Marito quoque indicat condicta sibi coenam, et cubile Anubidis. Concessit vero ille, qui probe norat pudicitiam vxoris. Itaque it mulier in templum, et cum coenauisset, quo tempore somni hora erat, clausis ianuis a Sacerdote; intus in Sacrario ablatae iam erant lucernae, nec Mundus, nam illic antea abditus fuerat, ab eius consortio aberrauit. Totam ergo noctem illi inseruiit, Deum esse rata. At illo digresso, priusquam mouerentur Sacerdotes, qui insidias nesciebant* (in Graecis addenda negatio ἐκ ante ἤδεσαν) *Paulina mane cum venisset ad virum, apparitionem Anubidis ei narrat, et propterea etiam apud amicas gloriatur. Illi vero partim fidem negabant, rei naturam respicientes; partim mirabantur, cum non possent fide indigna iudicare, quando eius pudicitiam et nobilitatem reputabant.* Si rei conscii in perpetuum tacuissent, arcanumque secum sepeliri voluissent; Paulina numquam mutasset sententiam, et spectatae ceteroqui pudicitiae mulier multis fidem fecisset, de concubitu suo cum Anubide. Quod si ex eo grauida facta fuisset, nec ipsa, nec alii quibus persuasisset, dubitassent quin filius, aut filia esset Anubidis proles. Sed Mundus ipse rem aperuit Paulinae, vt docet Historicus, eaque consequuta sunt, quae fraudem non patiebantur in dubium reuocari. Si Tiberio rerum potiente, cum Roma plena esset viris eruditis et callidis; si in vrbe in qua, vt ille ait, pueri *nasum rhinocerotis habebant*, eiusmodi dolus ad finem vsque perductus est; quid non potuit fieri antiquioribus et simplicioribus saeculis, atque in locis in quibus fraus accuratissime tecta est? Certe non vno in loco insana illa opinio inualuit Numina capi amore mulierum, et cum iis congredi; qua de causa in eorum Templis iubebantur mulieres cubare, quasi diuinum amasium exspecturae; hoc est, Sacerdotum libidinem expleturae. *Herodotus* Lib. I. c. 181. de summo tabulato Templi Iouis Beli, quod erat Babylone: Ἄγαλμα δὲ ἐκ ἔνι ἐδὲν αὐτόθι ἐνιδρυμένον, ἐδὲ νύκτα ἐδεὶς ἐναυλίζεται ἀνθρώπων, ὅτι μὴ γυνὴ μούνη τῶν ἐπιχωρίων, τὴν ἂν θεὸς ἕληται ἐκ πασέων, ὡς λέγεσιν οἱ Χαλδαῖοι, ἐόντες ἱρέες τέτε τὲ θεέ. Φασὶ δὲ οἱ αὐτοὶ ἕτοι (ἐμοὶ μὲν ἐ πιστὰ λέγοντες) τὸν θεὸν αὐτὸν Φοιτᾶν τε ἐς τὸν νηὸν, καὶ ἀμπαύεσθαι ἐπὶ τῆς κλίνης, κατάπερ ἐν Θήβῃσι τῇσι Αἰγυπτίῃσι, κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον, ὡς λέγεσιν οἱ Αἰγύπτιοι. καὶ γὰρ δὴ ἐκεῖθι κοι-

Μιχθεῖσ' ἐν φιλότητι, Διώνυσον πολυγηθέα, 940

Rem cum eo habens, Bacchum hilarem,

940. διόνυσον Trinc. διόνυσσον Ald. Iunt. 1. 2. Eadem varietas in his edd. v. 946.

μᾶται ἐν τῷ τὸ Διὸς τὸ Θηβαίως γυνὴ ἀμφοτέραι δὲ αὗται λέγονται ἀνδρῶν ἀδαμῶν ἐς ὁμιλίην φοιτᾶν. καὶ καταπερ ἐν τοῖς Παταρεῦσι τῆς Λυκίης, ἡ πρόμαντις τὸ Θεὸ ἐπεὰν γένηται: *Statua in hoc ſacello nulla eſt, neque hic noctu cubat hominum quiſquam, praeter mulierem vnam ex indigenis, quam ex omnibus Deus delegerit, vti narrant Chaldaei huius Dei Sacerdotes. Narrant enim illi (tametſi parum credibilia mihi dicere videntur) Deum ipſum ingredi templum et in hoc cubili conquieſcere; perinde atque Thebis Aegyptiacis, vt ferunt Aegyptii. Ibi enim in Thebani Iouis fano mulier quoque cubat. Quarum mulierum viraque cum viris non putatur habere conſuetudinem; ſicuti etiam nec Dei antiſtita Pataris Lyciae vrbe, quando mulier eo munere ornatur.* Si haec ſaepius, et alibi facta ſunt, vt credibile eſt, praeſertim rudiori aeuo, non eſt cur miremur tot Deorum filios in antiquiſſima Graeciae Hiſtoria occurrere. *Clericus.*

Σεμέλη] Phoenicium nomen forte fuit צמלא *tſmelah*, quod virginem viro maturam apud Thalmudicos ſonat. Solent Phoenices ortum cuiuspiam ab alio hiſce verbis exprimere: יצא מירכו jatſa mijerecho, *egreſſus eſt ex eius femore*, vt liquet ex Geneſ. XLVI, 26. Hinc nata fabula de Baccho Thebano e femore Iouis nato. Ceterae circumſtantiae confictae ſunt a Graeculis, vt rationem redderent loquutionis quam non intelligebant. *Clericus.*

940. Διώνυσον πολυγηθέα] Bacchum multo antiquiorem fuiſſe Cadmo, nec alia de cauſa Thebanum creditum, quam quia conditores Thebarum eius cultum ex Oriente attulerant, multis oſtendit *Sam. Bochartus* Chanaan. Lib. I. c. 18. Exiſtimat ille Nimrodum fuiſſe qui Chaldaïce dicebatur בר־כוש *bar-chouſch*, hoc eſt, *filius Chuſi*, filii Chanaanis, qui nepos fuit Noachi ex Chamo. Quae felix eſt coniectura; at coacta eſt, nec vllo modo toleranda ea, qua vult Διώνυσον dictum, ex inſcriptione altaris a Moſe, quod dictum fuit ירוה נסי *jehova niſſi*. Quaſi Tyrii, Aegyptii aut alii populi, ex eiuſmodi re nomen fecerint antiquiori multo Moſe Numini! Debuit vir ſummus ſcribere Chaldaïcis litteris hoc nomen די אוניס, dein quaerere quid *Dionis*, Lingua Chaldaica

Ἀθάνατον θνητή· νῦν δ' ἀμφότεροι θεοί εἰσιν.
Ἀλκμήνη δ' ἄρ' ἔτικτε βίην Ἡρακληείην,
Μιχθεῖσ' ἐν φιλότητι Διὸς νεφεληγερέταο.
Ἀγλαΐην δ' Ἥφαιστος ἀγακλυτὸς ἀμφιγυήεις,
Ὁπλοτάτην Χαρίτων, θαλερὴν ποιήσατ' ἄκοιτιν. 945
Χρυσοκόμης δὲ Διώνυσος ξανθὴν Ἀριάδνην,
Κούρην Μίνωος, θαλερὴν ποιήσατ' ἄκοιτιν.
Τὴν δὲ οἱ ἀθάνατον καὶ ἄγηρω θῆκε Κρονίων.
Ἥβην δ' Ἀλκμήνης καλλισφύρου ἄλκιμος υἱὸς,

Immortalem mortalis: nunc vero ambo Dii sunt.
Alcmene vero peperit fortem Herculem,
Mista in concubitu Ioui nubes cogenti,
Aglaiam vero Vulcanus percelebris vtroque pede claudicans
Minimam natu e Gratiis floridam duxit vxorem.
Sed aureo crine conspicuus Bacchus flauam Ariadnen,
Filiam Minois, floridam fecit coniugem.
Hanc vero ei immortalem expertèmque senii fecit Saturnius.
Heben autem Alcmenae pulcros talos habentis fortis filius

945. θαλερὴ Ald.

daïca, significare queat; et inueniſſet hanc vocem significare eum *qui vi imperat*, nam רי est *qui* et אוכים *ones, vi imperans*, ab Radice אכס *anas*, coegit. Quod egregie conuenit Nimrodo, qui primus Tyrannus fuisse censetur. Postea Graeci perperam crediderunt Διώνυσον dictum ex Genitiuo Διὸς *Iouis*, et Νύσα vrbe Arabiae, in qua fuerit educatus. *Clericus.*

942. Ἀλκμήνη δ' ἄρ' ἔτικτε βίην Ἡρακληείην] Hoc est, Herculem, de quo in singulari Diſſ. in qua ostendemus Herculem Thebanum, nec vnum, nec antiquissimum fuisse eorum qui *Hercules* dicti sunt. *Clericus.*

944. Ἀγλαΐην δ' Ἥφαιστος etc.] Dignum est notatu Vulcano dari vxorem primogenitam Gratiarum non Venerem; nam ceteri omnes Poetae Vulcani Venerem vxorem tribuunt. *Clericus.*

946. Διώνυσος ξανθὴν Ἀριάδνην] Forte vxor fuit Bacchi, eo modo quo Paulina Mundi; hoc est, Sacerdotis cuiuspiam Bacchi. *Clericus.*

949. Ἥβην δ' etc.] Forte fingunt Deam iuuentutis collocatam Herculi, quod, cum vnum hominem fuisse crederent, nec intelligerent qui vita

Ἷς Ἡρακλῆος, τελέσας πονόεντας ἀέθλους,
Παῖδα Διὸς μεγάλοιο καὶ Ἥρης χρυσοπεδίλου,
Αἰδοίην θέτ' ἄκοιτιν ἐν Οὐλύμπῳ νιφόεντι·
Ὄλβιος, ὃς μέγα ἔργον ἐν ἀθανάτοισιν ἀνύσσας,
Ναίει ἀπήμαντος καὶ ἀγήραος ἤματα πάντα.
Ἠελίῳ δ' ἀκάμαντι τέκε κλυτὴ Ὠκεανίνη
Περσηὶς Κίρκην τε, καὶ Αἰήτην βασιλῆα.
Αἰήτης δ' υἱὸς φαεσιμβρότου Ἠελίοιο,
Κούρην Ὠκεανοῖο τελήεντος ποταμοῖο
Γῆμε, θεῶν βουλῇσιν, Ἰδυῖαν καλλιπάρῃον.
Ἣ δέ οἱ Μήδειαν ἐϋσφυρον ἐν φιλότητι
Τέκνα θ' ὑποδμηθεῖσα διὰ χρυσῆν Ἀφροδίτην.
Ὑμεῖς μὲν νῦν χαίρετ', ὀλύμπια δώματ' ἔχοντες,

Hercules, peractis luctuosis certaminibus,
Filiam Iouis magni et Iunonis aureis calceamentis vtentis,
Pudicam duxit vxorem in Olympo niuoso:
Felix, qui magno facinore inter Deos confecto,
Habitat illaesus et expers senii omnibus diebus.
Soli autem indefesso peperit inclyta Oceanis
Perseis Circenque, et Aeëtem regem.
Aeëtes autem filius lucem hominibus dantis Solis
Filiam Oceani vltimi fluuii
Dūxit, Deorum ex consiliis, Idyiam pulcris genis praeditam.
Haec autem ei Medeam pulcros talos habentem in concubitu
Peperit subacta per auream Venerem.
Vos quidem nunc valete, coelestes domos tenentes,

950. ἀέτλους Trinc. 951. χρυσοπεδήλου Iunt. 2. 952. ὀλύμπῳ Ald. 953. ἀνύσας Ald. Iunt. 1. 2. τελέσας Trinc. ἀθανάτοισι τελέσσας Steph. marg. 955. κλυτὸς Trinc. 959. εἰδυῖαν B. 109. Ald. Iunt. 1. 2. 960. δέ νυ οἱ Trinc.

vnius hominis sufficere posset, ad eas res gerendas, quas gessit, aeternam iuuentutem ei datam a Diis putarent. Cuius rei vestigium cernere est in v. 955. quamuis dicatur de Hercule in Deorum numerum iam relato. Nam erant et alii Dii semper iuuenes, vt Apollo, Bacchus, Mercurius etc. *Clericus.*

960. Ἣ δέ οἱ Μήδειαν] Ἣ δὴ scribe. *Guietus.*

961. Διὰ χρυσῆν Ἀφροδίτην] Hoc est; κατὰ per. *Guietus.*

966. Ὅσ-

Νῆσοί τ', ἠπειροί τε, καὶ ἁλμυρὸς ἔνδοθι πόντος.
Νῦν δὲ θεάων φῦλον ἀείσατε, ἡδυέπειαι
Μοῦσαι Ὀλυμπιάδες, κοῦραι Διὸς Αἰγιόχοιο,
Ὅσσαι δὴ θνητοῖσι παρ' ἀνδράσιν εὐνηθεῖσαι
Ἀθάναται, γείναντο θεοῖς ἐπιείκελα τέκνα.
Δημήτηρ μὲν Πλοῦτον ἐγείνατο, δῖα θεάων,
Ἰασίῳ ἥρωϊ μιγεῖσ' ἐρατῇ φιλότητι
Νειῷ ἐνὶ τριπόλῳ, Κρήτης ἐν πίονι δήμῳ,
Ἐσθλόν· ὃς εἶσ' ἐπὶ γῆν τε, καὶ εὐρέα νῶτα θαλάσσης,
Πᾶσαν· τῷ δὲ τυχόντι, καὶ ὅ κ' ἐς χεῖρας ἵκηται,

Insulaeque et continentes terrae, et salsus intus Pontus.
Nunc autem Dearum genus cantate blandiloquae
Musae Olympiades, filiae Iouis Aegiochi,
Quaecumque mortales apud viros cubantes
Immortales pepererunt Diis similem prolem.
Ceres quidem Plutum peperit, praestantissima Dearum,
Iasio heroï mista iucundo amore
Nouali in ter proscisso, Cretae in pingui tractu,
Bonum: qui vadit super terram, et lata dorsa maris,
Omnem: cui vero obuiam fuerit, et cuius ad manus venerit,

963. ἁλμηρὸς Trinc. ἁλμυροὶ Ald. Iunt. 1. 2. 967. γείνοντο B. 109. Ald. Iunt. 1. 2. 968. ἐγείνοντο Trinc. 971. τε abest a B. 109. Ald. Iunt. 1. 972. ὅκ Ald. Iunt. 1. 2.

966. Ὅσσαι δὴ θνητοῖσι παρ' ἀνδράσιν εὐνηθεῖσαι Ἀθάναται γείναντο θεοῖς ἐπιείκελα τέκνα] Vidimus quare nonnulli dicti sint Deorum filii, sed omnes rationes, quas attulimus, huc pertinere non possunt; attamen Dearum filii potuere dici, qui similes videbantur Deabus. Sic formosi vocati forte sunt *filii Veneris*, vt Aeneas, aliique quorum mater ignorabatur, et forma eximia erat. Sed et forte Deorum Antistitae, aliaeque quae clanculum pariebant, liberos suos tribuebant Deabus, quae praesidebant lucis, in quibus infantes expositi inueniebantur; nec amasii, vt consulerent earum honori, contradicebant; praeter quam quod honorificum videbatur concubuisse cum Dea; qua de causa infantes tollebant, quos se ex Deabus suscepisse iactabant. *Clericus.*

968. Δημήτηρ μὲν Πλοῦτον ἐγείνατο.] Partus hic est metaphoricus, quo significatur ex copiosis segetibus nasci diuitias. *Plutus* persona est Poetica, de qua vide *Lucianum* in Timone. *Clericus.*

974. Ἀς-

Τὸν δ' ἄφνειὸν ἔθηκε, πολὺν τέ οἱ ὤπασεν ὄλβον.
Κάδμῳ δ' Ἁρμονίη, θυγάτηρ χρυσῆς Ἀφροδίτης,
Ἰνὼ καὶ Σεμέλην, καὶ Ἀγαυὴν καλλιπάρῃον,
Αὐτονόην θ', ἣν γῆμεν Ἀρισταῖος βαθυχαίτης,
Τέκνατο καὶ Πολύδωρον ἐϋσσφάνῳ ἐνὶ Θήβῃ.
Κέρη δ' Ὠκεανῷ Χρυσάορι καρτερόθυμῳ
Μιχθεῖσ' ἐν φιλότητι πολυχρύσῳ Ἀφροδίτης,
Καλλιρόη τέκε παῖδα βροτῶν κάρτιστον ἁπάντων,
Γηρυονέα, τὸν κτεῖνε βίη Ἡρακληείη,
Βοῶν ἕνεκ' εἰλιπόδων ἀμφιῤῥύτῳ εἰν Ἐρυθείῃ.

Illum locupletem fecit, multamque ei praebuit felicitatem.
Cadmo praeterea Harmonia, filia aureae Veneris,
Ino et Semelen, et Agauen pulcras genas habentem,
Autonoënque, quam duxit Aristaeus denſa caeſarie praeditus,
Peperit et Polydorum in moenia pulcra habentibus Thebis.
Filia vero Oceani Chryſaori magnanimo
Mista in concubitu aureae Veneris
Calliroë peperit filium mortalium robuſtiſſimum omnium
Geryonem, quem interfecit Hercules
Boues propter flexipedes circumflua in Erythea.

973. ὤπασε λαὸν R. S. 978. Ὠκεανοῖο B. 109. R. S. Ald. Iunt. 1. Trinc. Steph. Com. Ὠκεανῖο Iunt. 2. 979. πολυχρύσῳ Ald. Iunt. 1. 2. ἀφροδίτῃ Ald. ἀφροδίτη Iunt. 1. 980 κάλλιστον B. 109. Ald. Iunt. 1. 2. Steph. marg. 981. Γηρυονῆα Ald. Iunt. 1. 2. Com. κτείνῃ Iunt. 2. Ἡρακλείῃ Ald. Iunt. 1. 2. 982. εἰλιπόδων Ald. Trinc. εἰν abeſt a B. 109. Ald. Iunt. 1. 2. Ἐρυθείῃ B. 109. Ald.

974. Ἁρμονίη] De hac diximus, ad v. 935. Cum eſſet formoſa et ſtrenua, et ignorarentur eius parentes, Marti et Veneri tributa eſt. *Clericus.*

975. Σεμέλην] Vide notata ad verſum 941. *Clericus.*

978. Ὠκεανοῖο Χρυσάορι] Scribe Ὠκεανῷ. *Guietus.*

Κέρη δ' Ὠκεανῷ, καὶ τὰ ἑξῆς] Haec omnino addita videntur ab imperita manu, quia res iam dicta eſt ſupra vſ. 287. et ſeqq. hoc vero in loco eſt plane aliena. Nam hic ſermo eſt de iis quos viri mortales ſuſceperunt ex Deabus, oporteretque Chryſaorem virum mortalem haberi, quod contrarium eſt iis quae antea, loco memorato, dixit *Heſiodus. Clericus.*

981. Γυρυονῆα τὸν κτεῖνε] Γηρυόνην. *Guietus.*

982. Βοῶν ἕνεκ' εἰλιπόδων] Βῶν. *Guietus.*

983. Τιθώ-

Τιθωνῷ δ' Ἠὼς τέκε Μέμνονα χαλκοκορυστὴν,
Αἰθιόπων βασιλῆα, καὶ Ἡμαθίωνα ἄνακτα.
Αὐτάρ τοι Κεφάλῳ φυτήσατο φαίδιμον υἱὸν,
Ἴφθιμον Φαέθοντα, θεοῖς ἐπιείκελον ἄνδρα.
Τόν ῥα νέον, τέρεν ἄνθος ἔχοντ' ἐριηυδέος ἥβης,
Παῖδ' ἀπαλὰ φρονέοντα φιλομμειδὴς Ἀφροδίτη
Ὦρτ' ἀνερειψαμένη, καί μιν ζαθέοις ἐνὶ νηοῖς
Νηοπόλον νύχιον ποιήσατο, δαίμονα δῖον.

Tithono vero Aurora peperit Memnona aerea galea instructum,
Aethiopum regem, et Hemathionem regem.
Verum Cephalo peperit inclytum filium,
Fortem Phaëthontem, Diis similem virum,
Quem sane iuuenem, tenerum florem habentem glorioſae puber-[tatis,
Puerum iuuenilia sapientem amans genitalia Venus
Celeriter abripuit, et ipsum in templis
Aedituum nocturnum fecit, daemonem diuinum.

988. φιλομειδὴς Ald. Iunt. 1. 2. Trinc. 989. ἀναβρειψαμένη Ald. Iunt. 1. 2.

983. Τιθωνῷ δ' Ἠὼς τέκε Μέμνονα etc.] Crediderim *Memnonem* et *Hemathionem* ab antiquissimis Graecis dictos fuisse, Phoenicismo noto, *Aurorae filios*, quod essent *Orientalium* regionum incolae collati cum Graecis. Certe superior Aegyptus, aut Aethiopia, cuius Rex fuisse dicitur Memnon, collata Graeciae ad orientem solem spectat. *Hemathionis* nomen alludit ad appellationem Syriacam חמת *hhemath*, quomodo vocabatur Syriae vrbs, ad quam pertingebant Septentrionales fines Terrae Promissae. *Clericus.*

985. Φυτήσατο] Quidam legunt Φυτεύσατο, quod metro repugnat, cum prima in Φυτεύσατο sit breuis; Etsi enim apud Tragicos interdum producatur, quod exemplis aliquot ostendemus in lectionibus nostris Sophocleis, tamen nescio an apud alios occurrat. *Krebsius.*

986. Ἴφθιμον Φαέθοντα] Alius fuit Solis et Clymenes filius, cuius fatum descripsit *Ouidius* Metamorph. Lib. II. *Clericus.*

988. Παῖδ' ἀπαλὰ φρονέοντα] Puerum puerilia sapientem. Scribendum videtur ἀταλὰ, ab ἀταλὸς, ἀταλόφρων. *Guietus.*

989. Ἀνερειψαμένη] Hesych. ἀνερήψαντο, ἀφήρπασαν. Idem ἀνερεψάμενοι, ἀφαρπάσαντες. *Guietus.*

990. Νύχιον] Alias μύχιον. *Guietus.*

992. Αἰ-

Κούρην δ' Αἰήταο διοτρεφέος βασιλῆος
Αἰσονίδης, βουλῇσι θεῶν αἰειγενετάων,
Ἦγε παρ' Αἰήτεω, τελέσας ζυνόεντας ἀέθλους,
Τοὺς πολλὰς ἐπέτελλε μέγας βασιλεὺς ὑπερήνωρ,
Ὕβριστὴς Πελίης, καὶ ἀτάσθαλος, ὀβριμοεργός. 995
Τοὺς τελέσας ἐς Ἰωλκὸν ἀφίκετο, πολλὰ μογήσας,
Ὠκείῃς ἐπὶ νηὸς ἄγων ἑλικώπιδα κούρην,
Αἰσονίδης, καί μιν θαλερὴν ποιήσατ' ἄκοιτιν.
Καί ῥ' ἤγε δμηθεῖσ' ὑπ' Ἰήσονι ποιμένι λαῶν,
Μήδειον τέκε παῖδα, τὸν ὄρεσσιν ἔτρεφε Χείρων 1000
Φιλλυρίδης· μεγάλου δὲ Διὸς νόος ἐξετελεῖτο.
Αὐτὰρ Νηρῆος κούρας ἁλίοιο γέροντος,
Ἤτοι μὲν Φῶκον Ψαμάθη τέκε, δῖα θεάων,
Αἰακῷ ἐν φιλότητι, διὰ χρυσῆν Ἀφροδίτην.

Filiam vero Aeëtae a Ioue nutriti regis
Aesonides, voluntate Deorum aeternorum,
Abduxit ab Aeëta, peractis grauibus certaminibus,
Quae multa imperabat magnus rex superbus,
Iniurius Pelias, et impius, fortium facinorum patrator.
Quibus peractis, ad Iolcum rediit multa perpessus,
Veloci in naue vehens blandis oculis praeditam puellam,
Aesonides, et ipsam floridam fecit vxorem.
Et sane haec subacta ab Iasone pastore populorum
Medeum peperit filium, quem in montibus educabat Chiron
Phillyrides: magni vero Iouis voluntas perficiebatur.
Ceterum Nerei filiae marini senis,
Phocum quidem Psamathe peperit, praestantissima Dearum,
Aeaci in amore, per auream Venerem.

991. αἰήτε Steph. 996. ἐς abest a Iunt. 1. 2. 1002. νηρηΐδες Ald. Iunt. 1. 2. Steph. marg.

992. Αἰσονίδης] Iason. Multa possent proferri, ex quibus colligere licet, Argonautas fuisse Mercatores Thessalos, qui in Colchidem nauigarunt; sed cum *Hesiodus* eam historiam non narret, ab ea explicanda, hoc quidem in loco, supersedebimus *Clericus.*

1003. Φῶκον Ψαμάθη τέκε δῖα θεάων] Forte hunc puerum ex se et ignota vulgo matre natum sustulit Aeacus, aut e fano Neptuni vel Nereidum, aut ex ipso littore maris. Idem dixerim de Achille. *Clericus.*

1012.

Πηλεῖ δὲ δμηθεῖσα θεὰ Θέτις ἀργυρόπεζα
Γείνατ' Ἀχιλλῆα ῥηξήνορα, θυμολέοντα.
Αἰνείαν δ' ἄρ' ἔτικτεν ἐϋστέφανος Κυθέρεια,
Ἀγχίσῃ ἥρωϊ μιγεῖσ' ἐρατῇ φιλότητι,
Ἴδης ἐν κορυφῇσι πολυπτύχου, ὑληέσσης.
Κίρκη δ', Ἠελίου θυγάτηρ Ὑπεριονίδαο,
Γείνατ' Ὀδυσσῆος ταλασίφρονος ἐν φιλότητι
Ἄγριον, ἠδὲ Λατῖνον ἀμύμονά τε, κρατερόν τε,

A Peleo autem ſubacta Dea Thetis argenteos pedes habens
Peperit Achillem proſternentem viros, leonis animo praeditum.
Aeneam porro peperit pulcre coronata Cytherea
Anchiſae heroi miſta iucundo concubitu,
Idae in verticibus habentis multa iuga, ſyluoſae.
Circe vero, Solis filia, filii Hyperionis,
Peperit Vlyſſis aerumnoſi in amore
Agrium, atque Latinum inculpatumque, fortemque.

1010. ὑπεριονίδαο Trinc.

1012. Ἄγριον ἠδὲ Λατῖνον] Latinum *Hyginus* Fab. CXXVII. Circes et Telemachi filium prodidit. *Dionyſius* vero Halicarnaſſeus, ex veteri Italorum fama, narrat Lib. I. p. 34. Herculem ſuſcepiſſe Λατῖνον ἔκ τινος ὑπερβορίδος κόρης, *Latinum ex quadam ſeptentrionali puella*, eamque poſtea nuptum dediſſe Fauno Aboriginum Regi, quo factum vt plerique Latinum huius putarint filium, non Herculis. Hinc *Virgilius* Lib. VII. Aeneïd. v. 45.

— *Rex arua Latinus et vrbes*
Iam ſenior longa placidas in pace regebat,
Hunc Fauno et Nympha genitum Laurente Marica
Accipimus. Fauno Picus pater, iſque parentem
Te, Saturne, refert, tu ſanguinis vltimus auctor.

Sed veluti ſui oblitus Lib. XII, v. 164. *Solem auum* eius vocat, quaſi fuiſſet filius Circes Solis filiae; ad quem locum ita *Seruius*: *Latinus ſecundum Heſiodum in ἀσπιδοποιΐᾳ* (imo Θεογονίᾳ) *Vlyſſis et Circes filius fuit, quam multi Maricam dicunt; ſecundum quem, nunc dicit*, Solis aui ſpecimen, *Nam Circe Solis eſt filia. Sane ſciendum Virgilium in varietate Hiſtoriae ſua dicta variare.*

Pro Ἄγριον libenter legerim Ἄδριον, propter Adriaticum pelagus. Mos enim eſt Veterum a priſcis heroïbus deducere nomina regionum, vt vel ex Latini

Οἳ δή τοι μάλα τῆλε μυχῶν νησῶν ἱεράων,
Πᾶσιν Τυρσηνοῖσιν ἀγακλυτοῖσιν ἄνασσον.
Ναυσίθοον δ' Ὀδυσῆϊ Καλυψὼ, δῖα θεάων,
Τέκνατο, Ναυσίνοόν τε, μιγεῖσ' ἐρατῇ φιλότητι.
Αὗται μὲν θνητοῖσι παρ' ἀνδράσιν εὐνηθεῖσαι
Ἀθάναται γείναντο θεοῖς ἐπιείκελα τέκνα.
Νῦν δὲ γυναικῶν φῦλον ἀείσατε, ἡδυέπειαι
Μοῦσαι Ὀλυμπιάδες, κοῦραι Διὸς αἰγιόχοιο.

Τέλος τῆς Ἡσιόδου Θεογονίας.

Qui sane valde procul in recessu insularum sacrarum
Omnibus Tyrrhenis valde inclytis imperabant.
Nausithoum vero Vlyssi Calypso excellentissima Dearum
Peperit, Nausinoumque, missa amabili concubitu.
Hae quidem, mortales apud viros cubantes
Immortales pepererunt Diis pares filios.
Nunc vero foeminarum genus cantate suauiloquae
Musae Olympiades, filiae Iouis Aegiochi.

1013. ἡ Trinc. νήσων Ald. Iunt. 1. Steph. 1018. γείναντο Ald. Iunt. 1. 2. Trinc. 1019. et 1020. desunt in cod. R. S. 1020. Ὀλυμπιάδες Trinc.


Latini nomine liquet, a quo volunt dictum Latium. Certe in MSS. Codd. exiguum est discrimen inter Γ et Δ, si basis τῷ Δ deleta sit, aut fugiat oculos. Ceterum dicit *Hesiodus Agrium* et *Latinum* procul a recessibus sacrarum Insularum imperare Tyrrhenis; quia in continenti imperabant accolis vtriusque Maris, non in Insula *Aea*, quae sedes fuit matris Circes, eique sacra. *Clericus.*

1013. Τῆλε μυχῶν νησῶν ἱεράων] Μυχῷ scribendum. *Guietus.*

1015. Ναυσίθοον et Ναυσίνοον vocat filios Vlyssis ex Calypsone Nympha, quia Vlysses *animum* habebat in *naui celere*, cum esset apud Calypsonem, hoc est, vehementer optabat habere nauem qua rediret. Vide Odyss. E. v. 219. et seqq. *Clericus.*

ΗΣΙΟΔΟΥ
ΤΟΥ ΑΣΚΡΑΙΟΥ
ΑΣΠΙΣ ΗΡΑΚΛΕΟΥΣ

HESIODI
ASCRAEI
SCVTVM HERCVLIS



Aspidi Herculis in edit. Aldina haec praemittuntur: Τάφιοι στρατεύσαντες ἐπὶ τὰς Ἠλεκτρύωνος βοῦς ἀνεῖλον τοὺς τῆς Ἀλκμήνης ἀδελφούς, τῶν θρεμμάτων ὑπεραγωνιζομένους. τοῦ δὲ Ἀμφιτρύωνος βουλομένου αὐτῇ συνελθεῖν, ὃ πρότερον αὐτῷ ὑπέσχετο, πρινὴ παρὰ τῶν ἀδελφοκτόνων εἰσπράξηται τιμωρίαν. ὁ δὲ ἐπιστρατεύσας, ἀνεῖλεν αὐτούς. κατὰ δὲ τὴν αὐτὴν νύκτα συνέρχονται αὐτῇ ἀμφότεροι, ὅ τε Ζεὺς καὶ ὁ Ἀμφιτρύων, ὁ μὲν ἐκ τοῦ πολέμου ὑποστρέψας, Ζεὺς δὲ βουληθεὶς τοῖς ἀνθρώποις βοηθὸν γενήσαι. ἡ δὲ κύει ἐκ μὲν Ἀμφιτρύωνος Ἰφικλέα, ἐκ δὲ Διὸς, Ἡρακλέα. ὃς καὶ ἐπὶ Κύκνον Ἄρεος υἱὸν, ἡνίοχον ἔχων Ἰόλαον, στρατεύεται, ὃς τοὺς τὰς δεκάδας ἀγόντας εἰς Πυθὼ, περιεσύλα. σκεπασθεὶς ὧν Ἡφαιστοτεύκτῳ ἀσπίδι, προσεισὶν εἰς Τραχῖνα πρὸς Κήϋκα. συμβαλὼν δὲ τῷ Κύκνῳ, αὐτὸν μὲν ἀναιρεῖ, τὸν δὲ Ἄρην, ὑπερασπίζοντα τοῦ υἱοῦ, κατὰ μηρὸν τιτρώσκει, καὶ ἔτως ἔρχεται πρὸς Κήϋκα. ἦν δὲ ὁ Κύκνος γαμβρὸς Κήϋκος, ἐπὶ θυγατρὶ Θεμιστονόμῃ. In calce Poematii huius in eadem edit. leguntur ista: Τῆς ἀσπίδος ἡ ἀρχὴ ἐν τῷ δ΄ καταλόγῳ Φέρεται μέχρι στίχων ν΄ καὶ σ΄. ὑπόπτευκε δὲ Ἀριστοφάνης, οὐχ ὁ Κωμικὸς, ἀλλά τις ἕτερος Γραμματικὸς, ὡς οὐκ ἔσαν αὐτὴν Ἡσιόδου, ἀλλ' ἑτέρου τινὸς τὴν Ὁμηρικὴν ἀσπίδα μιμήσασθαι προαιρεμένου. Μεγακλῆς δὲ ὁ Ἀθηναῖος γνήσιον μὲν οἶδε τὸ ποίημα, ἄλλων δὲ ἐπιτιμᾷ τῷ Ἡσιόδῳ. ἄλογον γάρ φησι ποιεῖν Ἡφαιστον τοῖς τῆς μητέρος ἐχθροῖς ὅπλα παρέχοντα. Ἀπολλώνιος δὲ ὁ Ῥόδιος ἐν τῷ γ΄ φησὶν αὐτοῦ εἶναι, ἐκ τε τοῦ χαρακτῆρος καὶ ἐκ τοῦ τὸν Ἰόλαον ἐν τῷ καταλόγῳ εὑρίσκειν ἡνιοχοῦντα τῷ Ἡρακλεῖ. ὡσαύτως δὲ καὶ Στησίχορός φησιν Ἡσιόδου εἶναι τὸ ποίημα.

NOTVLAE IN SCVTVM HERCVLIS.

Conſtat quidem hoc Poema eſſe ἀκέφαλον, quomodocumque primam voculam legamus; ſed quaenam deſint, et quam multa minime conſtat. Docet nos *Heſiodus* ipſe, duobus vltimis *Theogoniae* verſibus, ſe ſcripſiſſe de altero illo Heroum genere, qui a Diis ex mulieribus geniti credebantur, eiusque Operis non raro meminerunt Veteres, vt vel ex fragmentis liquet. Horum autem Heroum cum longe praeſtantiſſimus eſſet Hercules, non abſurde forte quis coniecerit hoc Poema, cuius maxima parte deſcribitur clypeus Herculis, eſſe maioris illius ἀποσπασμάτιον; quod tamen fragmentum cum ſolum ſuperſit, ſingulari inſcriptione ornatum, quaſi opuſculum diſtinctum ab eo quod dixi, ad nos peruenit. Certe tria potiſſima Poemata *Heſiodi* ſolent memorari, inter quae Heroogonia recenſetur, non Scutum. *Maximus Tyrius* Diſſertatione XVI. Ὁ Ἡσίοδος χωρὶς μὲν τῶν Ἡρώων ἀπὸ γυναικῶν ἀρξάμενος, καταλέγων τὰ γένη, ὅσις ἐξ ἧς ἔφυ· χωρὶς δὲ αὐτῷ πεποίηνται οἱ θεῖοι λόγοι, ἅμα τοῖς λόγοις θεογονία· χωρὶς δ' αὖ ὠφελεῖ τὰ εἰς τὸν βίον, ἔργα τε ἃ δρασέον, καὶ ἡμέραι ἐν αἷς δρασέον. *Heſiodus ſeorſim quidem Heroum, a mulieribus initio facto, recenſuit genera, et ex quanam quisque natus fuerit. Seorſim vero poemate deſcripta ab illo eſt Theologia, vna cum Theogonia. Seorſim denique vitam iuuant opera quae facienda, et dies quibus facienda.* Nos cum Theogoniam, et ob argumenti praeſtantiam, et quod Poeta ipſe videatur initio Poematis indicare primum hoc fuiſſe ſuum Opus, omnibus praemittendam cenſuiſſemus; ei ſubiecimus fragmentum Heroogoniae, propter vltimos Theogoniae verſus, quibus hoc Opus veluti pollicetur. Vltimum tandem locum Opera et Dies obtinebunt. *Clericus.*

ΗΣΙΟΔΟΥ ΤΟΥ ΑΣΚΡΑΙΟΥ
ΑΣΠΙΣ ΗΡΑΚΛΕΟΥΣ*.

Ἠοίη προλιποῦσα δόμους καὶ πατρίδα γαῖαν
Ἦλυθεν ἐς Θήβας, μετ' ἀρήϊον Ἀμφιτρύωνα

HESIODI ASCRAEI
SCVTVM HERCVLIS.

Aut qualis, relicta domo ac patria tellure,
Venit Thebas, secuta martium Amphitryonem

* In Ald. inscribitur Ἡσιόδου πόνημα περὶ τῆς ἀσπίδος τοῦ Ἡρακλέους. 1. ἢ deest in Iunt. 1. τοίη Iunt. 2. 2. Θύβας Trinc.

1. Ἠ οἵη] Scribendum omnino videtur ἠοίη. Matutina Alcmena. *Guietus.*

Ἠ οἵη] Haec est, vt quidem videtur, ἀπόδοσις comparationis, cuius πρότασις, cum initio Poematis, periit. Cum ergo antecessisset τοίη μὲν, *qualis quidem* etc. crediderim sequutum Τοιήδε, *talis* etc. vt in hoc Homerico versu Iliad. Z, 146.

Οἵηπερ φύλλων γενεὴ τοιήδε καὶ ἀνδρῶν.

Qualis foliorum soboles, talis et hominum. Vide et v. 9. Fortasse cum Dea quapiam conferebatur Alcmena, vt apud *Homerum* Odyss. Z, 102. Nausicaa; vbi comparatio incipit a vocibus, οἵη μὲν. Quam hisce expressit *Virgilius*, Aeneid. I, 502. et seqq.

QVALIS *in Eurotae ripis, aut per iuga Cynthi*
Exercet Diana choros etc.
TALIS *erat Dido, talem se laeta ferebat*
Per medios etc. *Clericus.*

Ἠ οἵη] Quin poema hoc, quod Ἀσπὶς Ἡρακλέης nuncupatur, maioris poematis fragmentum sit, nulli dubitant. Aliquibus videtur pars esse istius poematis, quod μεγάλαι Ἠοῖαι, siue Γυναικῶν Κατάλογος inscribitur, cui a crebra repetitione vocum ἢ οἵη, cuiusque feminae Encomio praefixarum, istum titulum adnexum credunt; cumque eaedem voces in hoc etiam poemate sint primae, illud existimant Μεγάλων Ἠοιῶν istam esse partem, in qua Alcmenae laudes celebrantur. Coniectura sane probabilis cui tamen obiici potest, quod absurdum videatur in poemate feminarum laudibus dedicato Alcmenae

Ἀλκμήνη, θυγάτηρ λαοσσόου Ἠλεκτρύωνος.
Ἣ ῥα γυναικῶν φῦλον ἐκαίνυτο θηλυτεράων
Εἴδεϊ τε μεγεθεί τε. νόον γε μὲν ἄτις ἀρίζοι

Alcmena, filia bellicosi Electryonis.
Quae mulierum genus superabat mollium [tabat
Formaque et proceritate: prudentia vtique nulla cum ea cer-

3 Ἀλκμήνη Harlei. 5. Ἀρίζοι Trinc.

Encomium pauciſſimis verſibus concludere, deinde vero Herculis res geſtas, eiusque clypei ſtructuram quadringentis carminibus celebrare; praeterea quod abſonum eſſet et inelegans poſt tam longam digreſſionem poematis ſubiectum ex improuiſo reſumere, et alterius feminae Encomium vocibus ἢ οἵη inchoare. His rationibus inductus crediderim Ἀσπίδα fragmentum eſſe poematis Γενεαλογίας Ἡρωϊκαὶ ſiue Ἡρωγονία nuncupati, quod inter Heſiodi poemata ab antiquis ſcriptoribus recenſetur, in quo cum Herculem Alcmena natum poeta indicaſſet, ſic forſan progreſſus eſt,

Ἣ οἵη προλιποῦσα δόμους καὶ πατρίδα γαῖαν.

Non ἢ οἵη, *aut qualis*, vt vulgo, ſed ἡ οἵη, *illa ſola*. Hanc tamen opinionem meam nolui obtrudere, ideoque antiquum textum lectori exhibui. *Rob.*

De initio huius opuſculi agit quoque vir quidam doctus in Obſeruatt. Miſcell. T. I. V. III. p. 81. Mihi non diſplicet ſententia Clerici, qui exiſtimat, verba ἢ οἵη continere ἀπόδοσιν comparationis, cuius πρόθεσις cum poematis initio perierit. *Krebſius.*

3 Λαοσσόου] Τὸς λαὸς παροῤμῶντος ἐς πόλεμον. *Guierus.*

5. Εἴδεϊ τε μεγέθει τε] Haud aliter Xenophon in Κυρ. II. lib. 5. a corporis proceritate laudat Pantheam, feminam elegantiſſimam, Διήνεγκε δὲ ἐνταῦθα πρῶτον μὲν τῷ μεγέθει, ἔπειτα δὲ τῇ ῥώμῃ etc. Ad quem locum vide quae adnotauit Cl. Hutchinſ. Quibus adiicias et illud Theocriti de Helena, Idyll. 18.

Ὧδε καὶ ἁ χρυσέα Ἑλένα διεφαίνετ' ἐν ἡμῖν,
Πίειρα, μεγάλα, ἅ τ' ἀνέδραμεν ὄγμος ἀρέρα,
Ἢ κάπῳ κυπαρισσος, ἢ ἅρματι Θεσσαλὸς ἵππος.

Et Virgilianum illud de Diana Aen. l. I.

Qualis in Eurotae ripis, aut per iuga Cynthi
Exercet Diana choros, quam mille ſecutae
Hinc atque hinc glomerantur Oreades: illa pharetram
Fert humero, gradienſque deas ſupereminet omnes. *Rob.*

6. Τῆς

Τάων, ἃς θνηταὶ θνητοῖς τέκον εὐνηθεῖσαι.
Τῆς καὶ ἀπὸ κρῆθεν, βλεφάρων τ' ἀπὸ κυανεάων
Τοῖον ἄηθ', οἷον τε πολυχρύσου Ἀφροδίτης.
Ἣ δὲ καὶ ὡς κατὰ θυμὸν ἑὸν τίσκεν ἀκοίτην,
Ὡς ὅπῳ τίς ἔτισε γυναικῶν θυλυτεράων. 10
Ἦ μήν οἱ πατέρ' ἐσθλὸν ἀπέκτανεν, ἶφι δαμάσσας,

Illarum, quas mortales mortalibus peperere concumbentes.
Eius et a vertice, et a palpebris nigricantibus
Tale quiddam spirabat, quale et ab aurea Venere.
Atque haec talis cum esset, sic animo suum colebat coniugem,
Perinde vt nulla vmquam coluit mulierum mollium.
Ille tamen eius patrem praestantem occiderat, vi domitum,

7. κυανέων Ald. Iunt. 1. Com. Iunt. 1. 2. 9. ἄκοιτιν Trinc. 10. ὅπωτι Ald. 11. οἱ deest in Iunt. 1. ἀπέκτειν' Trinc.

6. Τῆς γὰρ ἀπὸ κρῆθεν] Ab his versibus, vt opinor, pulcherrimam illam Veneris descriptionem mutuatus est Virgilius Aen. I.

— *Auertens rosea ceruice refulsit,*
Ambrosiaeque comae diuinum vertice odorem
Spirauere. — Rob.

7. Βλεφάρων τ' ἀπὸ κυανεάων] Κυανεάων ex Eustathio scribendum. An βλεφαρῶν a βλεφάρα ἡ τὸ βλέφαρον. Vnde Latinum palpebra? βλεπάρα, βλαπέρα, παλπέρα palpebra. Celer celeris celebris, funeris funebris, etc. *Guietus.*

9. Ἣ δὲ καὶ ὡς] Quamuis pulcherrima esset, maritum suum deamabat. Sarcasmus in feminas formosas, quas suae formae conscias, crebrisque blanditiis insolentes, maritos suos spernere solere, innuit poeta. *Rob.*

11. Ἦ μήν] Hoc est, ἀλλ' ἓν, ἀλλ' ὅμως. Hesych. ἶφι δαμάσσας] Hoc est, vi, violente. *Guietus.*

Ἦ μήν οἱ πατέρ' ἐσθλὸν ἀπέκτανεν] Fallitur Scholiastes Apollonii, qui ad l. I. v. 747. haec habet verba: Ἡ Τάφος νῆσός ἐστι μία τῶν Ἐχινάδων, ἣν ᾤκησαν Τηλεβόαι οἱ πρότεροι τὴν Ἀκαρνίαν οἰκοῦντες ἄνδρες ληστρικώτατοι τὸν τρόπον· καὶ ἐς Ἄργος ἐπελθόντες τὰς τοῦ Ἠλεκτρύωνος βόας ἀπήλασαν τοῦ πατρὸς Ἀλκμήνης. γενομένης δὲ μάχης, καὶ ὁ Ἠλεκτρύων, καὶ οἱ τούτου παῖδες ἀνῃρέθησαν. διὸ Ἀλκμήνη μετέσχη, καὶ ἀνεκήρυξεν τὸν ἑαυτῆς γάμον τῷ τιμωρησομένῳ τὸν πατρῷον φόνον. τιμωρησάμενος δὲ Ἀμφιτρύων ἐγήμεν. ἡ ἱστορία σαφῶς παρ' Ἡσιόδῳ. Alia certe est apud Hesiodum historia. Dicit vero

Χωσάμενος περὶ βουσί. λιπὼν δ' ὅγε πατρίδα γαῖαν
Ἐς Θήβας ἱκέτευσε Φερεσσακέας Καδμείους·
Ἔνθ' ὅγε δώματ' ἔναιε σὺν αἰδοίῃ παρακοίτι,
Νόσφιν ἄτερ φιλότητος ἐφιμερός· οὐ γὰρ οἱ ἦεν
Πρὶν λεχέων ἐπιβῆναι εὐσφύρου Ἠλεκτρυώνης,
Πρίν γε φόνον τίσαιτο χασιγνήτων μεγαθύμων
Ἧς ἀλόχου, μαλερῷ δὲ καταφλέξαι πυρὶ κώμας
Ἀνδρῶν ἡρώων Ταφίων ἰδὲ Τηλεβοάων.
Ὡς γάρ οἱ διέκειτο, θεοὶ δ' ἐπιμάρτυροι ἦσαν.
Τῶν ὅγ' ὀπίζετο μῆνιν, ἐπείγετο δ' ὅττι τάχιστα
Ἐκτελέσαι μέγα ἔργον, ὅ οἱ διόθεν θεμις ἦεν,

Ira commotus propter boues: relicta autem ille patria tellure
Thebas venit supplicans scutatis Cadmeis.
Ibi idem habitabat cum veneranda coniuge,
Seorsim absque concubitu desiderabili. non enim licebat illi
Ante lectum conscendere formosae Electryonidis,
Quam caedem vltus esset fratrum magnanimorum
Suae conjugis flagrantique combussisset igne vicos
Virorum heroum Taphiorum atque Teleboarum.
Ira enim constitutum ipsi erat, diique testes facti fuerant.
Eorum ille verebatur iram, festinabatque celerrime
Exsequi magnum opus, quod sibi diuinitus incumbebat.

12. ὅ τε Ald. Iunt. 1. 13. Ald. Iunt. 1. Trinc. φερεσσακέες Trinc. 14. παρακοίτι 20. ἐπὶ μάρτυροι Trinc.

Apollodorus Electryonem filiam suam Amphitryoni despondisse, posteaque ab *eo forsuito* interfectum; itaque narratur historia in Scholiis Ioannis Diaconi. *Rob.*

12. Χωσάμενος περὶ βουσί.] Ergo volens occidit, contra quam Scholiastae dicunt. *Guietus.*

14. Παρακοίτι] Παρακοίτι. *Guietus.*

15. Οὐ γάρ οἱ ἦεν] Per religionem, nempe, iurisiuran-

di; de qua vide *Apollodorum.* Clericus.

20. Θεοὶ δ' ἐπιμάρτυροι ἦσαν] Musaeus, ἐπιμάρτυρα λύχνον ἐρώτων. An scribendum: Θεοὶ δ' ἐπὶ μάρτυροι ἦσαν. κατὰ τμῆσιν, pro θεοὶ δ' ἔπησαν μάρτυροι. Sic Ioannes Diaconus legit. placet postremum. *Guietus.*

22. Ὅ οἱ διόθεν θεμις ἦεν] Subintellige ἐκτελέσαι. θεμις ἦεν fas erat, hoc est, ἀναγκαῖον. Sic Horatio nefas est

ἀδύνα-

Τῶ δ' ἅμα, ἱέμενοι πολέμοιό τε φυλόπιδός τε,
Βοιωτοὶ πλήξιπποι, ὑπὲρ σακέων πνείοντες,
Λοκροὶ τ' ἀγχέμαχοι, καὶ Φωκῆες μεγάθυμοι,
Ἕσποντ'· ἦρχε δὲ τοῖσιν ἐὺς πάϊς Ἀλκαίοιο,
Κυδιόων λαοῖσι. πατὴρ δ' ἀνδρῶν τε θεῶν τε
Ἄλλην μῆτιν ὕφαινε μετὰ φρεσὶν, ὄφρα θεοῖσιν
Ἀνδράσι τ' ἀλφησῆσιν ἀρῆς ἀλκτῆρα φυτεύσῃ.
Ὦρτο δ' ἀπ' Οὐλύμποιο δόλον φρεσὶ βυσσοδομεύων,
Ἱμείρων φιλότητος ἐϋζώνοιο γυναικὸς
Ἐννύχιος· τάχα δ' ἷξε Τυφαόνιον, τόθεν αὖθις

Hunc autem vna, cupidi bellique praeliique,
Boeotii equitando insignes, sub clypeis spirantes (sc. robur,)
Locrique cominus pugnantes, et Phocenses magnanimi
Sequebantur: ducebat autem eos egregius filius Alcaei,
Glorians populis. At pater hominumque Deorumque
Aliud consilium texebat in animo, vt Diis pariter [raret.
Et hominibus rerum indagatoribus damnorum depulsorem gene-
Profectus autem ab Olympo est dolum alta mente voluens
Desiderans concubitum elegantis mulieris
Per noctem: celeriterque venit in Typhaonium, inde rursum

23. φιλόπιδος Ald. Iunt. 1. 2. Trinc. 25. ἐγχίμαχοι Trinc. Φυκῆες Harlei. 28. ὡς ῥα θεοῖσιν cod. Harlei. 29. Ἀνδράσιν ἀλφιστῆσιν Ald. Iunt. 1. φυτεῦσαι Harl. Iunt. 1. Steph. marg. φυτεύσαι Ald. 32. τότε δ' αὖτις Harl. τοτε etiam Ald. et Iunt. 1. αὖτις Trinc.

ἀδύνατον, *quicquid corrigere est nefas.* Guietus.

24. Ὑπὲρ σακέων πνείοντες] Hoc est, sub scutis caput non occultantes, intrepidi, audaces. *Guietus.*

Recte Guietus, *super clypeis*, non *sub* vt in plerisque editionibus. Ὑπὲρ σακέων πνείοντες] Πολεμικοὶ· ὡς μένεα πνείοντες Ἀχαιοί. ἢ κρύπτοντες τὴν ὄψιν, ἀλλ' ἄντικρυς μαχόμενοι. Tzetz. *Rob.*

26. Πάϊς Ἀλκαίοιο] Ἀμφιτρύων, scilicet. *Guietus.*

29. Ἀρῆς ἀλκτῆρα] Hoc est, βλάβης, mali, damni. *Guietus.*

32. Ἷξε] Scribe ἵξε. *Guietus.*

Τυφαόνιον] Cum Typhaonii montis in Boeotia nusquam alibi occurrat mentio, contra vero celebris fuerit Τιλφώσιον ὄρος, *mons Tilphosius*, sub quo erat fons *Tilphosius*, fortasse pro Τυφαόνιον legendum hic Τιλφώσιον. Vide *Strabonem* Lib. IX, in descriptione Boeotiae. *Phicii*, in quo fue-

Φίκιον ἀκρότατον προσεβήσατο μητίετα Ζεύς.
Ἔνθα καθεζόμενος, φρεσὶ μήδετο θέσκελα ἔργα.
Αὐτῇ μὲν γὰρ νυκτὶ τανυσφύρῳ Ἠλεκτρυώνης
Εὐνῇ καὶ φιλότητι μίγη, τέλεσεν δ' ἄρ' ἐέλδωρ·
Αὐτῇ δ' Ἀμφιτρύων λαοσσόος, ἀγλαὸς ἥρως,
Ἐκτελέσας μέγα ἔργον, ἀφίκετο ὅνδε δόμονδε.
Οὐδ' ὅγ' ἐπὶ δμῶας καὶ ποιμένας ἀγροιώτας
Ὧρτ' ἰέναι, πρίν γ' ἧς ἀλόχῳ ἐπιβήμεναι εὐνῆς.
Τοῖος γὰρ κραδίην πόθος αἴνυτο ποιμένα λαῶν.
Ὡς δ' ὅτ' ἀνὴρ ἀσπασὸν ὑπεκπροφύγῃ κακότητα

Ad Phicium ſummum acceſſit prudens Iupiter.
Vbi reſidens mente verſabat diuina opera.
Nam eadem quidem nocte cum pulcra Electryonide
Lecto et concubitu miſtus eſt, perfecitque deſiderium:
Eadem autem et Amphitryo bellicoſus, illuſtris heros,
Perfecto magno opere, rediit domum ſuam.
Neque ille ad famulos et paſtores agreſtes
Iit, antea quam ſuae coniugis conſcendiſſet lectum.
Tale ſiquidem corde deſiderium ceperat paſtorem populorum.
Sicut quando quiſpiam magna cum voluptate effugit malum

33. Φύκιον Harl. 35. τανυσφύρῃ Ἠλεκτρυώνῃ Harl. 36. εὐνῇ ἐν φιλότητι Trinc. Steph. marg. πέλεσεν Heinſ. et Cler. ceterae omnes τέλεσεν. 42. ὑπεκπροφύγῃ Trinc. ὑπεκπροφύγοι Ald. Iunt. I. 2.

rat *Phix* vt loquebantur Boeotii, ſeu *Sphinx*, non rara mentio apud Poetas et Mythographos. *Clericus.*

Vide quid pro vulgata (Τυφαένιον) afferenda attulerit vir quidam doctus in Obſeruatt. Miſc. T. I. V. I. p. 350. *Krebſius.*

33. Φίκιον ἀκρότατον] Ἀπὸ τῆς Φικὸς, ἥγεν σφιγγὸς, Φίκιος ſeu Φίκιον. Sic mons dictus. *Guietus.*

Prius namque in terra viuebant homines
Et ſine malis, et ſine difficili labore,
Morbiſque moleſtis, qui hominibus ſenectam afferunt.

87. παὰ] παρὰ. Ζηνὸς] Διὸς. Ὀλυμπίου] ἐρανίου. 88. ἔξοπίσω] ὄπιθεν. μήπως] ἵνα. θνητοῖσι] φθαρτοῖς. 89. αὐτὰρ] δὲ. ὁ (sic)] ὅτος. 90. πρὶν] πρότερον. ζώεσκον] ἔζων. χθονὶ] γῇ. φῦλ'] φῦλα γένη. 91. νόσφιν] χωρὶς. ἄτερ] χωρὶς. 92. νούσων] ἀῤῥωστιῶν. ἀργαλέων] λυπηρῶν. κῆρας (sic)] θανάτους.

89. ὁ Auguſt., Ald. εἶχε νόησε Trinc. 91. ἄτερ τε κακῶν Senat. Acad. Steph. Com. Heinſ. atque ita edidit Rob., vulgo ἄτερ κακῶν, vt etiam in cod. Auguſt. legitur. 92. Κῆρας B. 60. 731. Coiſl. Auguſt. Acad. ἔδωκαν lunt. 2.

91. Νόσφιν ἄτερ κακῶν] Haec quidem falſa ſunt, ſed minime ἐτύμοισιν ὁμοῖα, quod tamen a Poëta obſeruatum oportuiſſet. Nam ne dicam fingi non debuiſſe humanum genus antiquius mulieribus, qui homines deſcribi poterant malis carentes, iis temporibus quibus Dii ipſi tot aerumnas perpeſſi ſunt? Notum eſt facinus Saturni erga Coelum, notum item bellum Iouis cum Saturno, de quibus in Theogonia. *Clericus.*

92. Αἱ τ' ἀνδράσι κῆρας ἔδωκαν] Codices Bodlei. 7. et 60., codex Coiſlinianus et Scholiaſtae veteres legunt κῆρας, quam tamen veram eſſe lectionem non exiſtimo, quoniam verſus qui infra ſequitur Αἶψα γὰρ — — καταγηράσκεσκε, ad ipſum hoc κῆρας ἔδωκαν manifeſtiſſime reſpicit. Praeterea per τὸ γῆρας longe elegantior ſenſus efficitur. Morbi afferunt *mortem* tritiſſima eſt obſeruatio. Figurata magis et arguta eſt ſententia, quae dicit, *Morbi afferunt ſenectutem*, imbecillitatem nempe et incommoda ſenectutis. Idem infra dicit Heſiodus de mala vxore, quod hic de morbis;

Οὐ μὲν γάρ τι γυναικὸς ἀνὴρ
λῇΐζετ' ἄμεινον

Αἶψα γὰρ ἐν κακότητι βροτοὶ καταγηράσκουσι.
Ἀλλὰ γυνὴ χείρεσσι πίθου μέγα πῶμ' ἀφελοῦσα

Statim enim in afflictione mortales conſeneſcunt.
Sed mulier manibus vaſis magnum operculum cum dimouiſſet,

93. αἶψα] ταχέως. βροτοὶ] οἱ ἄνθρωποι. καταγηράσκουσιν] γηραιοὶ γίνονται.
94. χείρεσσι] χερσὶ. πῶμ'] σκέπην. ἀφελοῦσα] ἐκβαλοῦσα.

93. βροτοὶ Iunt. 1. 2. καταγηράσκουσιν Senat.

Τῆς ἀγαθῆς· τῆς δ' αὖτε κακῆς ἀ ῥίγιον ἄλλο
Δειπνολόχης· ἣτ' ἄνδρα καὶ ἴφθιμον περ ἐόντα
Εὖει ἄτερ δαλοῦ, καὶ ὠμῷ γήραϊ θῆκεν.

Porro, per τὸ γῆρας diſtinguuntur infelices poſteriorum ſaeculorum homines ab iis, qui in aurea illa aetate vixerunt. De illis enim dicitur infra 112. ſs.

Ὡς τε θεοὶ δ' ἔζωον, ἀκηδέα θυμὸν ἔχοντες,
Νόσφιν ἄτερ τε πόνων, καὶ ὀιζύος· οὐδέ τι δειλὸν
Γῆρας ἐπῆν. Rob.

Vir quidam doctus, in Obſeru. Miſc. T. I. V. II. p. 316. pro γῆρας ex Origene κῆρας legendum, ſequentemque verſum delendum cenſet. In quo aſſentientem ſibi habet alium virum doctum, qui l. c. tradit, in antiquo codice κῆρας legi, ſequentemque verſum deſiderari. Sed ad haec regeritur T. I. V. III. p. 77. eorundem Obſeruu. facilius creditu eſſe oſcitantes librarios χ pro γ poſuiſſe, quam vt ſcriberent γ pro κ, et poſtea integrum verſum de ſuo addidiſſe. *Krebs.*

93. Plutarchus de Aud. Poëtis obſeruat vocem κακότητος interdum ſignificare κακίαν καὶ μοχθηρίαν ψυχῆς, *maliciam pranitatemque animi*, quod confirmat illo Heſiodeo Ἐργ. 287, interdum autem κάκωσιν ἢ δυσυχίαν, *calamitatem et miſeriam*, in quam rem adducit hunc ipſum Heſiodi verſum, ita tamen, vt Homero transſcribat. Et legitur ſane apud Homer. Odyſſ. T, 360. *Krebs.*

94. Ἀλλὰ γυνὴ χείρεσσι πίθου μέγα πῶμ' ἀφελοῦσα
Ἐσκέδασ'· ἀνθρώποισι δ' ἐμήσατο κήδεα λυγρά] Id eſt, λύπας, πάθη. Ὕστερον πρότερον. Ordo ἐμήσατο κήδεα λυγρὰ, ἐσκέδασε δὲ ἀφελοῦσα μέγα πῶμα πίθου. ἐσκέδασε an *excuſſit?* ſubintellige operculum. *Guietus.*

Ἀλλὰ γυνὴ χείρεσσι] Falluntur, qui, vt hinc interpretationem ſuam allegoricam confirment, τὸ γυνὴ, συλληπτικῶς accipere videntur, et ad vniuerſum mulierum genus referunt: cum ſimplici-

et

Ἐσκέδασ'· ἀνθρώποισι δ' ἐμήσατο κήδεα λυγρά. 95
Μούνη δ' αὐτόθι Ἐλπὶς ἐν ἀῤῥήκτοισι δόμοισι

Diſperſit; hominibus autem immiſit curas graues.
Sola vero illic ſpes in non fracta pyxide

95. ἐσκέδασ'] ἐσκόρπισεν. ἐμίρισε. ἐμήσατο] ἐβούλεύσατο. μήδεα (ſic)] βουλεύματα. λυγρὰ] χαλεπὰ. 96. μούνη] μόνη. ἀῤῥήκτοισι] σεβαστῆς (ſic) ἀσφαλέσι. δόμοισιν] οἴκοις.

95. μήδεα Auguſt. 96. δόμοισιν Acad. Senat.

ter ἀντονομαζικῶς ponatur: nihil enim hic plus eſt, quam Πανδώρα in praecedentibus. *Heinſius.*

96. Ἐν ἀῤῥήκτοισι δόμοισι] Fruſtra fuerunt viri docti, qui huius loquutionis rationem alibi quaeſiuerunt, quam in Lingua Phoenicia. Hoc voluit *Heſiodus*, in interiore parte pyxidis, quae aperta quidem, ſed fracta non erat; ita vt, operculo iterum impoſito, nihil ex ea poſſet per rimam elabi; in interiore, inquam, parte pyxidis, remanſiſſe ſpem. Vocauit autem interiorem eam partem δόμας, vt Phoenices vocabant בית *beth*, ſeu *domum*, interiora cuiuſuis vaſis, vnde מבית *mibbeth* ſignificat *intrinſecus*. Antiquiſſimi Graeci, et Boeoti praeſertim, multa habebant Phoeniciis ſimilia, vt paſſim ad Theogoniam oſtendimus; quod dudum doctiſſimi viri animaduerterunt. *Clericus.*

Ἐν ἀῤῥήκτοισι δόμοισιν] Non potuit concoquere Seleucus antiquus magiſter, qui a Proclo citatur, πίθον ab Heſiodo δόμον vocari: reſcripſit igitur ἐν ἀῤῥήκτοισι πίθοισι. Sed loquendi rationem non intellexit. Locum, in quo ante nuptiarum tempus puellae ſolent παρθενεύεσθαι, δόμον et οἶκον Heſiodus vocavit, quod et infra oſtendimus. Homerus μυχὸν δόμοιο et μυχὸν θαλάμοιο poſuit, pro δέμω et θαλάμω, idem enim illis eſt δόμος et θάλαμος: quia pars intima erat. Euſtathius ad Odyſſ. Γ. Ὅτι αἴθουσαν ὡς ἐν Ἰλιάδι, ἄτω καὶ ὧδε λέγει τὴν ἐξωτάτω ἐν μεγάροις οἴκησιν, τὴν εὐθὺς μετὰ τὴν αὐλὴν ὥσπερ τὸν ἐνδοτάτω θάλαμον, καὶ μυχὸν παρὰ δόμοιο. Heſi. infra: Ἥ τε δόμων ἔντοσθεν φίλη παρὰ μητέρι μίμνη Οὔπω ἔργ' εἰδυῖα πολυχρύσου Ἀφροδίτης, de virgine. Omnes autem virtutes et affectiones τὰς μάλιστα καθαρευούσας Poëtae virgines faciunt. Atque haec cauſa eſt cur Heſiodus, reliquis omnibus malis e vaſe volantibus, ſolam Spem dicat tamquam καθαρευούσαν, μίμνειν ἐν δόμοισι. Elegantiſſima loquendi ratio: quae ab eo quod ſequitur ſatis confirmatur, οὐδὲ θύραζε ἐξέπτη. *Heinſius.*

Αἶψα γὰρ ἐν κακότητι βροτοὶ καταγηράσκουσι.
Ἀλλὰ γυνὴ χείρεσσι πίθῳ μέγα πῶμ' ἀφελοῦσα

Statim enim in afflictione mortales conſeneſcunt.
Sed mulier manibus vaſis magnum operculum cum dimouiſſet,

93. αἶψα] ταχέως. βροτοὶ] οἱ ἄνθρωποι. καταγηράσκουσιν] ὑπέρμαχοι γίνονται.
94. χείρεσσι] χερσὶ. πῶμ'] σκέπην. ἀφελοῦσα] ἐκβαλοῦσα.

93. βροτοὶ Iunt. 1. 2. καταγηράσκουσιν Senat.

Τῆς ἀγαθῆς· τῆς δ' αὖτε κα-
κῆς ἐ ῥίγιον ἄλλο
Δειπνολόχης· ἣτ' ἄνδρα καὶ
ἴφθιμόν περ ἐόντα
Ἔῦει ἄτερ δαλοῦ, καὶ ὠμῷ
γήραϊ θῆκεν.

Porro, per τὸ γῆρας diſtinguuntur infelices poſteriorum ſaeculorum homines ab iis, qui in aurea illa aetate vixerunt. De illis enim dicitur infra 112. ſs.

Ὡς τε θεοὶ δ' ἔζωον, ἀκηδέα
θυμὸν ἔχοντες,
Νόσφιν ἄτερ τε πόνων, καὶ
οἰζύος· οὐδέ τι δειλὸν
Γῆρας ἐπῆν.

Rob. Vir quidam doctus, in Obſeru. Miſc. T. I. V. II. p. 316. pro γῆρας ex Origene κῆρας legendum, ſequentemque verſum delendum cenſet. In quo aſſentientem ſibi habet alium virum doctum, qui l. c. tradit, in antiquo codice κῆρας legi, ſequentemque verſum deſiderari. Sed ad haec regeritur T. I. V. III. p. 77. eorundem Obſeruu. facilius creditu eſſe oſcitantes librarios κ pro γ poſuiſſe, quam vt ſcriberent γ pro κ, et poſtea integrum verſum de ſuo addidiſſe. *Krebs.*

93. Plutarchus de Aud. Poëtis obſeruat vocem κακότητος interdum ſignificare κακίαν καὶ μοχθηρίαν ψυχῆς, *malitiam prauitatemque animi*, quod confirmat illo Heſiodeo Ἐργ. 287, interdum autem κάκωσιν ἢ δυσχίαν, *calamitatem et miſeriam*, in quam rem adducit hunc ipſum Heſiodi verſum, ita tamen, vt Homero transſcribat. Et legitur ſane apud Homer. Odyſſ. T, 360. *Krebs.*

94. Ἀλλὰ γυνὴ χείρεσσι πίθῳ μέγα πῶμ' ἀφελοῦσα
Ἐσκέδασ'· ἀνθρώποισι δ' ἐμήσατο κήδεα λυγρά] Id eſt, λύπας, πάθη. Ὕστερον πρότερον. Ordo ἐμήσατο κήδεα λυγρὰ, ἐσκέδασε δὲ ἀφελοῦσα μέγα πῶμα πίθου. ἐσκέδασε an *excuſſit?* ſubintellige operculum. *Guietus.*

Ἀλλὰ γυνὴ χείρεσσι] Falluntur, qui, vt hinc interpretationem ſuam allegoricam confirment, τὸ γυνὴ, συλληπτικῶς accipere videntur, et ad vniuerſum mulierum genus referunt: cum ſimplici-

et

Ἐσκέδασ'· ἀνθρώποισι δ' ἐμήσατο κήδεα λυγρά. 95
Μούνη δ' αὐτόθι Ἐλπὶς ἐν ἀῤῥήκτοισι δόμοισι

Disperſit; hominibus autem immiſit curas graues.
Sola vero illic ſpes in non fracta pyxide

95. ἐσκέδασ'] ἐσκόρπισεν. ἐμήσατο] ἐβούλευσατο. κήδεα (ſic)] βουλεύματα. λυγρὰ] χαλεπὰ. 96. μούνη] μόνη. ἀῤῥήκτοισι] σεβαστῆς (ſic) ἀσφαλέσι. δόμοισιν] οἴκοις.

95. κήδεα Auguſt. 96. δόμοισιν Acad. Senat.

ter ἀντονομαστικῶς ponatur: nihil enim hic plus eſt, quam Πανδώρα in praecedentibus. *Heinſius.*

96. Ἐν ἀῤῥήκτοισι δόμοισι] Fruſtra fuerunt viri docti, qui huius loquutionis rationem alibi quaeſiuerunt, quam in Lingua Phoenicia. Hoc voluit *Heſiodus*, in interiore parte pyxidis, quae aperta quidem, ſed fracta non erat; ita vt, operculo iterum impoſito, nihil ex ea poſſet per rimam elabi; in interiore, inquam, parte pyxidis, remanſiſſe ſpem. Vocauit autem interiorem eam partem δόμους, vt Phoenices vocabant בית *beth*, ſeu *domum*, interiora cuiuſuis vaſis, vnde מבית *mibbeth* ſignificat *intrinſecus*. Antiquiſſimi Graeci, et Boeoti praeſertim, multa habebant Phoeniciis ſimilia, vt paſſim ad Theogoniam oſtendimus; quod dudum doctiſſimi viri animaduerterunt. *Clericus.*

Ἐν ἀῤῥήκτοισι δόμοισιν] Non potuit concoquere Seleucus antiquus magiſter, qui a Proclo citatur, πίθον ab Heſiodo δόμον vocari: reſcripſit igitur ἐν ἀῤῥήκτοισι πίθοισι. Sed loquendi rationem non intellexit. Locum, in quo ante nuptiarum tempus puellae ſolent παρθενεύεσθαι, δόμον et οἶκον Heſiodus vocavit, quod et infra oſtendimus. Homerus μυχὸν δόμοιο et μυχὸν θαλάμοιο poſuit, pro δόμῳ et θαλάμῳ, idem enim illis eſt δόμος et θάλαμος: quia pars intima erat. Euſtathius ad Odyſſ. Γ. Ὅτι αἴθουσαν ὡς ἐν Ἰλιάδι, ἔτω καὶ ὧδε λέγει τὴν ἐξωτάτω ἐν μεγάροις οἴκησιν, τὴν εὐθὺς μετὰ τὴν αὐλὴν ὥσπερ τὸν ἐνδοτάτω θάλαμον, καὶ μυχὸν παρὰ δόμοιο. Heſi. infra: Ἥ τε δόμων ἔντοσθεν Φίλῃ παρὰ μητέρι μίμνῃ Οὕπω ἔργ' εἰδυῖα πολυχρύσου Ἀφροδίτης, de virgine. Omnes autem virtutes et affectiones τὰς μάλιστα καθαρευούσας Poëtae virgines faciunt. Atque haec cauſa eſt cur Heſiodus, reliquis omnibus malis e vaſe volantibus, ſolam Spem dicat tamquam καθαρεύουσαν, μίμνειν ἐν δόμοισι. Elegantiſſima loquendi ratio: quae ab eo quod ſequitur ſatis confirmatur, οὐδὲ θύραζε ἔπτη. *Heinſius.*

Ἔνδον ἔμιμνε πίθῳ ὑπὸ χείλεσιν, οὐδὲ θύραζε
Ἐξέπτη· πρόσθεν γὰρ ἐπέμβαλε πῶμα πίθοιο,
† Αἰγιόχῳ βουλῇσι Διὸς νεφεληγερέταο.
Ἄλλα δὲ μυρία λυγρὰ κατ' ἀνθρώπους ἀλάληται. 100
Πλείη μὲν γὰρ γαῖα κακῶν, πλείη δὲ θάλασσα.
Νοῦσοι δ' ἀνθρώποισιν ἐφ' ἡμέρῃ ἠδ' ἐπὶ νυκτὶ

Intus manſit, dolii ſub labris, neque foras
Euolauit: prius enim iniecit operculum dolii,
† Aegiochi conſilio Iouis nubes cogentis.
Alia vero innumera mala inter homines errant.
Plena enim terra eſt malis, plenumque mare.
Morbi autem hominibus tam interdiu quam noctu,

97. θύραζε] ἔξω τῆς θύρας. 98. ἐξέπτη] ἐξέβη· ἐξεπέτασε. πρόσθεν] πρότερον. ἐπέβαλε (ſic)] ἐπέθηκε. πῶμα] σκέπασμα. 99. Αἰγιόχῳ] τῷ τὴν αἰγίδα φοροῦντος. βουλῇσι] βουλαῖς. νεφεληγερέταο] τοῦ τὰς νεφέλας ἐγείροντος. 100. μυρία] ἀναρίθμητα (ſic). λυγρὰ] κακὰ. ἀλάληται] πλανᾶται. 101. πλείη] πλήρης. bis. χαῖα] γῆ. 102. νοῦσοι] νόσοι. ἐφ' ἡμέρῃ] ἐπὶ τῇ ἡμέρᾳ. ἠδ'] καὶ.

97. ἔμεινε B. 60. 699. 731. Auguſt. Acad. χείλεσι Ald. 98. ἐπέβαλε Auguſt. 100. Ἄλλὰ lunt. 2. 102. ἐφ' ἡμέρῃ. αἱ δ' B. 731. αἱ ἐπὶ Acad.

97 Πίθῳ ὑπὸ χείλεσιν] Πίθῳ ὑπὸ χείλεσιν, et ἔνδον, idem eſt: nam ὑποχειλὲς minus eſt quam ἐπιχειλές, quod tamen τῷ πεπληρωμένῳ opponitur, cum ad ipſum vas refertur. Et ἐπιχειλὲς menſura quaedam erat non plena: quo alluſit Comicus Ἱππ. Ὃς ἐποίησε τὴν πόλιν ἡμῶν μεσὴν, εὑρὼν ἐπιχειλῆ. Heſychius ἐπιχειλές, τὸ ἐλλιπές. Sicut autem illa quae ἐν θαλάμῳ ſunt, longiſſime a foribus abſunt; ſic τὰ ὑπὸ χείλεσιν ὄντα, longiſſime a vaſis orificio. *Heinſius.*

98. Ἐπέμβαλε] Πανδώρη ſcilicet. *Guietus.*

99. Αἰγιόχῳ βουλῇσι] Hic verſus Heinſio inducendus videtur. vide eius notas. *Guietus.*

Αἰγιόχῳ βουλῇσι] Mirum eſt quod hic nobis accidit. Libere κατὰ τὸν Ἀρίσαρχον verſum hunc inducendum iudicaueramus. Hanc ſententiam noſtram Plutarchi calculo confirmari deprehendimus; qui in conſolatione ad Apollonium, vbi totum hunc locum adducit, ſolum hunc verſum praetermittit, vel vt νοθευόντων, vel vt ignotum omnino tum temporis. *Heinſius.*

102. Graeuius corrigit ἐφήμεροι, ſine idonea cauſa — Satis enim conſtat, veteres ſaepiſſime aliorum locos laudaſſe ita, vt memoria ſuggeſſerit,

Αὐτόματοι φοιτῶσι, κακὰ θνητοῖσι φέρουσαι
Σιγῇ· ἐπεὶ φωνὴν ἐξείλετο μητίετα Ζεύς.
Οὕτως ὅτι πῃ ἐστὶ Διὸς νόον ἐξαλέασθαι.
Εἰ δ' ἐθέλεις, ἕτερόν τοι ἐγὼ λόγον ἐκκορυφώσω
Εὖ καὶ ἐπισταμένως· σὺ δ' ἐνὶ φρεσὶ βάλλεο σῇσιν.
Ὡς ὁμόθεν γεγάασι θεοὶ θνητοί τ' ἄνθρωποι,
Χρύσεον μὲν πρώτιστα γένος μερόπων ἀνθρώπων
Ἀθάνατοι ποίησαν ὀλύμπια δώματ' ἔχοντες.
Οἱ μὲν ἐπὶ Κρόνου ἦσαν, ὅτ' οὐρανῷ ἐμβασίλευεν·
Ὡς τε θεοὶ δ' ἔζωον, ἀκηδέα θυμὸν ἔχοντες,

Vltro oberrant, mala mortalibus ferentes
Tacite: nam vocem exemit prudens Iupiter.
Sic nequaquam licet Iouis decretum euitare.
Ceterum si voles, alium tibi sermonem paucis expediam
Belle ac scienter: tu vero praecordiis infige tuis.
Vt simul nati sunt Dii mortalesque homines,
Aureum primo genus variis linguis loquentium hominum
Dii fecerunt coelestium domorum incolae.
Et li quidem sub Saturno erant, cum in coelo regnaret:
Et vt Dii viuebant, securo animo praediti,

103. αὐτόματοι] αὐτοκίνητοι. φοιτῶσι] ἔρχονται συνεχῶς. 104. σιγῇ] σὺν σιωπῇ. ἐξείλετο] ἀφείλετο· ἐστέρησε. μητίετα] βουλευτικὸς. 105. ὅτως] πάσαν. ὅτι πῃ] ὁπωσοῦν. νόον] νοῦν. ἐξαλέασθαι] ἐκφυγεῖν. 106. φρεσὶ] νοΐ. ἐκκορυφώσω] ἐξ ἀρχῆς λέξω. 107. εὖ] καλῶς. ἐπισταμένως] φρονίμως. ἐπιστατικῶς. βάλλεο] βάλλε. σῇσιν] σαῖς. 108. ὡς] ὡσὰι, ὅτι. ὁμόθεν] ἐκ τοῦ αὐτοῦ γένους. γεγάασι] ἐγένοντο. 109. χρύσεον] χρυσοῦν. πρώτιστα] πρῶτον. 110. ποίησαν] ἐποίησαν. 111. ἐπὶ Κρόνου] ἐπὶ τοῦ καιροῦ (sic). 112. ὥστε (sic)] καθὰ. ἔζωον] ἔζων. ἀκηδέα] ἄλυπον· ἀφρόντιστον.

103. φυτῶσι Iunt. 2. 106. δὲ θέλεις Iunt. 1. 2. τι Iunt. 1. 2. 112. Ὥστε Auguſt. θεοὶ ζώεσκον Steph. marg.

ſerit, ſenſum potius quam ipſa verba referre contentos. *Krebſius.*

105. Διὸς νόον] Id eſt, βουλήν. *Guietus.*

106. Ἐκκορυφώσω] Ἐκτελέσω. ἀπὸ συντόμως ἐρῶ, λέξω; *Guietus.*

109. Χρύσεον μὲν] Vide quae de hiſce aetatibus diximus ad Theogoniae v. 211. *Clericus.*

Μερόπων ἀνθρώπων] Mortalium hominum, non diuerſiloquentium. *Guietus.*

113. Νόσφιν

Νόσφιν ἄτερ τε πόνων καὶ ὀϊζύος· ἠδέ τι δειλὴν
Γῆρας ἐπῆν· αἰεὶ δὲ πόδας καὶ χεῖρας ὁμοῖοι
Τέρποντ' ἐν θαλίῃσι κακῶν ἔκτοσθεν ἁπάντων, 115

Plane absque et laboribus et aerumna: neque molesta
Senecta aderat: semper vero pedibus ac manibus sibi similes
Suauiter viuebant in conuiuiis extra mala omnia,

113. νόσφιν] χωρὶς. ὀϊζύος] παλαιπωρίας. δειλὴν] κακὴν. 114. ἐπῆν] ἦν. 115. τέρποντ'] εὐφραίνοντο. θαλίῃσιν] εὐωχίαις. ἔκτοσθεν] ἐκτὸς.

113. ἄτερ τε πόνων Ald. Iunt. 1. 2. Trinc. Steph. Com. Heinſ. atque ſic reſtituit Rob. pro vulg. ἄτερ πόνων. 114. ὅμοιοι Ald.

113. Νόσφιν ἄτερ τε πόνων καὶ ὀϊζύος] In quibuſdam Siculi Diodori exemplaribus vno verſu auctior hic locus legitur, hoc modo:

Νόσφιν ἄτερ τε πόνων, καὶ ἄτερ χαλεποῖο πόνοιο,
Νέσων τ' ἀργαλέων, καὶ ἀπημονες. ἠδὲ μέλεσσι
Γῆρας ἐπῆν —

Supra,

Περὶν μὲν γὰρ ζωέσκον ἐπὶ χθονὶ φῦλ' ἀνθρώπων,
Νόσφιν, ἄτερ τε κακῶν, καὶ ἄτερ χαλεποῖο πόνοιο,
Νέσων τ' ἀργαλέων. αἶψ' ἀνδράσι γῆρας ἔδωκαν.

Heinſius.

Vir quidam doctus Obſeru. Miſcell. T. I. V. II. p. 317. pro ἄτερ τε legendum contendit ἄτερθε, quod idem ſit ac χωρίς. Niſi quis cum Guieto malit ἄτεργε. Nulla ratione, ſi quid video, graui permotus. *Krebſius.*

114. Αἰεὶ δὲ πόδας καὶ χεῖρας ὁμοῖοι] Hoc eſt, ſemper integris membris, non ſeneſcentibus. ἀ ποδαγρῶντες, ἀδὲ χειραγρῶντες. *Guietus.*

115. Τέρποντ' ἐν θαλίῃσι] Graeci ſaepenumero totam τὴν ἀθανασίαν voce θαλίαι deſignant, quod Latini *Diuum epulas* dicunt. Theocritus, Ἔνθα σὺν ἄλλοισιν θαλίας ἄγει ἀρανίδησι. Quod cum exprimit Maro, *epulis diuum accumbere*, dicit, ſicut Theocritus θαλίας ἄγειν. *Tu das epulis accumbere Diuum.* Haec cauſa eſt, non quam reddunt interpretes. *Heinſius.*

Quod Heinſius hic de ἀθανασίᾳ, per vocem θαλίας indicata, tradit, id more ipſius argute magis, quam vere dictum. Θαλίαι h. l. ſunt *epulae, inſtructae ex rebus iis, quas terra non culta, ex iuſſa, ſed ſua ſponte proferebat.* Priſcis Graecis θαλίαι dicebantur conuiuia laute inſtructa, quia ad ea conueniebant in honorem deorum: quod me docuit Athenaeus l. 2. c. 3. θαλίας ὠνόμαζον, ὅτι θεῶν χάριν ἠλίζοντο

ζοντο

† Ἀφνειοὶ μήλοισι, φίλοι μακάρεσσι θεοῖσι.
Θνῆσκον δ' ὡς ὕπνῳ δεδμημένοι· ἐσθλὰ δὲ πάντα
Τοῖσιν ἔην· καρπὸν δ' ἔφερε ζείδωρος ἄρουρα
Αὐτομάτη πολλόν τε καὶ ἄφθονον· οἱ δ' ἐθελημοὶ
Ἥσυχοι ἔργα νέμοντο σὺν ἐσθλοῖσιν πολέεσσιν. 120
Αὐτὰρ ἐπεί νεν τοῦτο γένος κατὰ γαῖα κάλυψεν,
Τοὶ μὲν δαίμονές εἰσι, Διὸς μεγάλου διὰ βουλὰς,
Ἐσθλοὶ, ἐπιχθόνιοι, φύλακες θνητῶν ἀνθρώπων·

† Abundantes pomis cari beatis Diis.
Moriebantur autem ceu ſomno obruti: bona vero omnia
Illis erant: fructum autem ferebat fertile aruum
Sponte ſua multumque et copioſum; ipſique pro lubitu
Quieti res ſuas curabant cum bonis multis.
Verum poſtquam hoc genus terra abſcondit,
Hi quidem daemones facti ſunt, Iouis magni conſilio,
Boni, in terris verſantes, cuſtodes mortalium hominum:

117. θνῆσκον] Ἔθνησκον. δεδμημένοι] κεκρατημένοι· δαμασθέντες. ἐσθλὰ] ἀγαθὰ. 118. ἦεν] ἦν. ζείδωρος] ἡ δωρουμένη τὸ ζῆν. ἄρουρα] γῆ. 119. αὐτομάτη] αὐτοκίνητος. ἄφθονον] πλούσιον. 120. ἥσυχοι (sic)] ἡσύχως. νέμοντο] ἐνέμοντο· ἐκαρπῶντο. ἐσθλοῖσι (sic)] ἀγαθοῖς. πολέεσσιν] πολλοῖς. 121. αὐτὰρ] δὲ. κεν] ἂν. τοῦτο γένος] ταύτην τὴν γενεὰν. γαῖα] ἡ γῆ. κατὰ - κάλυψεν] κατέκρυψε. 122. τοὶ] ὅτοι. 123. ἐσθλοὶ] ἀγαθοὶ. φύλακες] ἔφοροι· ἐπίτροποι.

116. deeſt in cod. B. 60. 699. 731. Coiſl. Auguſt. et ed. Ald. 119. πολλὸν Acad. 120. Ἡσυχῇ ſed in marg. γρ. ἥσυχοι, Auguſt. ἔργ' ἐνέμοντο Tzetzes. ἐσθλοῖσι Auguſt. 121. κάλυψε Iunt. 2. 122. βουλὰς Iunt. 1. 2.

ζοντο καὶ συνήεσαν. τοῦτο γάρ ἐστι τὸ δαῖτα θαλείαν. Inde pro quibuſcumque epulis lautioribus. cf. Plutarch. Sympoſ. l. 9. προβλ. 15. et Biſetum ad Ariſtoph. Nub. 308. *Krebſius.*

119. Ἥσυχοι ἔργα νέμοντο] Τὴν συλλογὴν τῶν αὐτομάτων καρπῶν. Ibid. σὺν ἐσθλοῖσι, hoc eſt, ἀγαθοῖς, κτήμασι. *Guietus.*

122. Τοὶ μὲν δαίμονές εἰσι] Vide quae ſcripſimus ad Theogoniae v. 215. *Clericus.*

Τοὶ μὲν δαίμονες] Apud Platonem, omnes hi verſus aliter in Cratylo concipiuntur. hoc, nimirum, modo:

Αὐτὰρ ἐπειδὴ τοῦτο γένος κατὰ μοῖρ' ἐκάλυψεν,
Οἱ μὲν δαίμονες ἀγνοὶ ἐπιχθόνιοι καλέονται,
Ἐσθλοὶ ἀλεξίκακοι, φύλακες θνητῶν ἀνθρώπων.

Ariſtides apud Photium, Platonem ſequitur: qui conſulendus. *Heinſius.*

124. Σχέτλια

Οἵ ῥα Φυλάσσουσίν τε δίκας καὶ σχέτλια ἔργα,
Ἠέρα ἐσσάμενοι, πάντη φοιτῶντες ἐπ' αἶαν, 125

Qui quidem obſeruant et iuſta et praua opera,
Aëre induti, paſſim obeirantes per terram,

124. ῥα] δὴ. φυλάσσουσι (ſic)] ἐφορῶσι. δίκας] δίκαια. σχέτλια] χαλεπὰ. 125. ἠέρα] ἀορασίαν. ἐσσάμενοι] ἐνδυσάμενοι. πάντη] πανταχῆ. φοιτῶντες] παραγενόμενοι. αἶαν] χθόνα.

124. φυλάσσουσι Auguſt. Ald. Iunt. 1. 2. Trinc. Com. Heinſ. 125. ἐσσάμενος Iunt. 1.

124. Σχέτλια ἔργα] Ἄδικα. *Guietus.*

125. Ἠέρα ἐσσάμενοι] Neſcio quid impulerit veteres Grammaticos, cur hunc locum omnes περὶ Ἡρώων adducerent, qui ab Heſiodo περὶ Δαιμόνων vſurpatur, et tanta quidem confidentia, vt ex eo etymologiam eius vocis deducant. Interpres Homeri: Ἥρωας δέ φασι κληθῆναι, ἀπὸ τῆς ἀρετῆς· ἢ ἀπὸ τοῦ ἀέρος, ὡς φησιν Ἡσίοδος ἐν τοῖς Ἔργοις καὶ ταῖς Ἡμέραις. Ἠέρα ἐσσάμενοι, πάντη φοιτῶσιν ἐπ' αἶαν. Eodem modo Etymologus. Et Euſtathius, poſtquam probauit ἀπὸ τῆς ἀρετῆς Heroas dici, addit et, ἀπὸ τοῦ Ἠέρος. Quod probat partim ex Porphyrio, partim ex Heſiodo. Verba eius ſunt, Iliad. A. Οἱ δὲ ἀπὸ τοῦ ἀέρος. ὡς δηλοῦται καὶ ἔν τινι τῶν παρὰ Πορφυρίῳ ἐπιγραμμάτων (erant autem epigrammata ea, quae ex Ariſtotelis Peplo deſumpſerat ille) ἐν ᾧ κεῖται τὸ, Σῶμα μὲν ἐν πόντῳ κεῖται. πνεῦμα δ' ἀὴρ ὃδ' ἔχει. (Fortaſſe Σῶμα μὲν ἐν πόντῳ κεῖται τόδε, πνεῦμ' ἔχει ἀήρ.) Φησὶ δὲ καὶ Ἡσίοδος, Ἠέρα ἐσσάμενοι, πάντη φοιτῶντες ἐπ' αἶαν. Neceſſe eſſet igitur eoſdem eſſe Heroas et Δαίμονας, quod falſiſſimum eſt in Heſiodo. Qui καθαρῶς καὶ διωρισμένως, vt notant veteres, omnium primus τῶν λογικῶν τέσσαρα γένη ἐξέθηκε, niſi grammaticos lapſos eſſe, quod non inſolentes faciunt, hac quidem in re malimus: cum alter ex altero falſum adducere, quam Heſiodum conſulere maluerit. *Heinſius.*

— πάντη φοιτῶντες ἐπ' αἶαν Πλουτοδόται] Poſtquam Iupiter reliquique Dii deſierunt eſſe ἐάων δωτῆρες, et πλουτοδόται, vicem eorum ſubierunt οἱ Δαίμονες. Poſtquam Iupiter in terris ταῖς δίκαις ἐπισατεῖν deſiit, id munus ad eius vicarios rediit τοὺς Δαίμονας, qui res forenſes inſpicere coeperunt, quod βασιλήϊον ab Heſiodo dicitur. Commode autem duo haec munera

Πλουτοδόται. καὶ τοῦτο γέρας βασιλήϊον ἔσχον.
Δεύτερον αὖτε γένος πολὺ χειρότερον μετόπισθεν
Ἀργύρεον ποίησαν ὀλύμπια δώματ' ἔχοντες,
Χρυσέῳ οὔτε φυὴν ἐναλίγκιον, οὔτε νόημα.
Ἀλλ' ἑκατὸν μὲν παῖς ἔτεα παρὰ μητέρι κεδνῇ 130

Opum datores. atque hanc regiam dignitatem conſecuti ſunt.
Secundum inde genus multo deterius poſtea
Argenteum fecerunt coeleſtium domorum incolae,
Aureo neque corporis habitu ſimile, neque ingenio.
Sed centum annis puer apud matrem ſedulam

126. πλουτοδόται] πλουτίζοντες τοὺς ἀνθρώπους. τοῦτο γέρας βασιλήϊον] ταύτην τὴν τιμὴν ἁρμόζουσαν βασιλεῦσι, βασιλικήν. ἔσχον] ἔλαβον. 127. αὖτε] πάλιν. μετόπισθεν] μετὰ ταῦτα. 128. ἀργύρεον] ἀργυροῦν. ποίησαν] ἐποίησαν. ὀλύμπια δώματ'] οὐρανίους οἴκους. ἔχοντες] οἰκοῦντες. 129. χρυσέῳ] χρυσῷ. φυὴν] κατὰ φύσιν, ἀνάδρομὴν τοῦ σώματος. ἐναλίγκιον] ὅμοιον. νόημα] κατὰ νοῦν. 130. ἑκατὸν] πολλὰ. ἔτεα] ἔτη· χρόνους. κεδνῇ] ἀγαθῇ.

munera adſcribit τοῖς Δαίμοσιν. Quia circa duo haec totius fere operis ſubiectum vertitur. Ceterum πλουτοδόται dicuntur οἱ τῆς γεωργίας ἐπισάται. Apparent in Heſiodo paſſim veteris ſimplicitatis veſtigia, in verbis non minus quam in rebus. Eſt enim proprie πλοῦτος ἡ ἐπικαρπία, ſeminum in terra abſconditorum felix vbertas. Heſychius: Πλοῦτος, ἡ ἐκ τῶν σπερμάτων ἐπικαρπία, καὶ ἡ πανσπερμία, ſicut apud Latinos Opes. Ops enim terra mater eſt. Inopes ſunt οἱ ἄθαπτοι, et οἱ ἄποροι. Hinc πλουτοδόται dicti ſunt Dii, qui τὴν ἐπικαρπίαν promouerent, et quocumque modo terrae praeeſſent. In ſacris non aliter accipiebatur. Sic ἐν τοῖς Ληναϊκοῖς, vbi ὁ δαδοῦχος geſtans facem clamabat ΚΑΛΕΙΤΕ ΘΕΟΝ: id qui audiebant, reſpondebant ΣΕΜΕΛΗΙ ΙΑΚΧΕ ΠΛΟΥΤΟΔΟΤΑ. Πλοῦτον enim id dicebant quod in cornu copiae continebatur, et τὸ κανοῦν, id eſt, caniſtrum in quo ſacra hordea erant, εὔπλοτον vocabant. Heſych. εὔπλοτον κανοῦν, εὖ ἔχον πλοῦτον. Ipſa autem hordea, vtpote terrae fructum, ita dicebant, διὰ τὰς, inquit, ἐπ' αὐτῷ ἐλάς. πλοῦτον γὰρ ἔλεγον τὴν ἐκ τῶν κριθῶν καὶ τῶν πυρῶν περιουσίαν. *Heinſius.*

130. Ἀλλ' ἑκατὸν μὲν παῖς] Ἀλλὰ eleganter hoc loco pro ἀλλ' ὅμως ponitur. Inferior quidem haec aetas, inquit, et deterior ſuperiore erat, ἀλλ' ὅμως οἱ παῖδες, id eſt, quamvis multa erant, quam in ſuperiori deteriora, hoc bonum tamen

Ἐτρέφετ' ἀτάλλων μέγα νήπιος ὧ ἔνι οἴκῳ.
Nutriebatur creſcens valde rudis domi ſuae:

131. ἀτάλλων (ſic)] νηπιάζων. μέγα] μεγάλως. νήπιος] ἀμαθὴς. ᾧ] ἴδιῳ. ἐνὶ (ſic)] ἐν.

131. Στρέφετ' Ald. ἀττάλλων B. 60. R. S. Acad. ἀττάλων Auguſt. ἐνὶ Auguſt. Iunt. 1. 2. Com.

tamen erat, quod pueri aliquamdiu ſimpliciter et ſine malo, et vt Philoſophi verbo vtar, qui in Rhetoricis de hac aetate ita loquitur, εὐήθως educabantur, apud matres ſuas. Iam quomodo intelligendus ſit hic locus dicendum, quia a Graecis interpretibus id praetermiſſum. Sicut puellae ad nuptias vſque, ita filioli, vt ab improbitate abſtinerent omni, εἰς τὴν γυναικωνίτιδα cum matribus ſuis et ſororibus ablegabantur. Quo id diutius fiebat, eo ſimpliciores magiſque malorum ignari, et aeui corruptelarum expertes credebantur. Quamquam etiam interdum, qui prouectiores aetate erant, quoties locus in coenaculo deeſſet, pranſum coenatumque mittebantur. Sic in Gallo Luciani Eucrates filium ſuum εἰς γυναικωνίτιδα ablegat. Πάρι-θι, ἔφη, καὶ σὺ, ὦ Μίκυλλε, καὶ συνδείπνει μεθ' ἡμῶν, ἐν τῇ γυναικωνίτιδι. τὸν υἱὸν γὰρ ἐγὼ κελεύσω μετὰ τῆς μητρὸς ἐσιαθῆναι, ὡς σὺ χωρὰν ἔχῃς. Quo igitur diutius ibi verſabantur, eo ſimpliciores erant. Heſiodus, vt aeui illius εὐήθειαν notet et ἀκακίαν, centum annos in Gynaeceo eos egiſſe dicit. Ἐνὶ οἴκῳ autem eſt ἐν τῷ θαλάμῳ. ita enim locum illum vocant Poëtae, qui Homerum ſequuntur. Vnde Theocritus, virginem innuptam, παρθένον ἐκ θαλάμου dicit, quam τῇ νύμφῃ opponit, vt ad illum notamus. Οἶκον dixit Poëta, vt Vitruuius, cum de eodem, nimirum, de Gynaeceo, loquitur, lib. VI. c. XX. *In his locis introrſus conſtituuntur oeci magni, in quibus matres familiarum cum lanificiis habent ſeſſiones.* Hic mos poſt Heſiodi tempora corruptus fuit, cum ſceleſtiſſimi Eunuchi matronarum oecos inuaſerunt. Hoc eſt, de quo tertio de legibus conqueritur Plato: Περιεῖδεν ὑπὸ γυναικῶν τε καὶ εὐνούχων παιδευθέντας αὐτὸς τοὺς υἱεῖς. Heſiodus: τρέφεσθαι παρὰ μητέρι dixit, vt Lucianus μετὰ τῆς μητρὸς ἐσιαθῆναι. *Heinſius.*

Ἀλλ' ἑκατὸν] Omnino fallitur vir doctiſſimus. Increpat enim Heſiodus mollem iſtam et effoeminatam educationem, quae, vt ait Quintilianus, *nervos omnes et mentis et corporis frangit.* Sed ignoſcendum literatis viris, ſi remotos ſenſus exquirentes a ſcopo interdum aberrant. *Rob.*

131. Ἀτάλλων] Αὐξόμενος. *Guietus.*

136. Ἰε-

Ἀλλ' ὅταν ἡβήσειε, καὶ ἥβης μέτρον ἵκοιτο,
Παυρίδιον ζώεσκον ἐπὶ χρόνον, ἄλγε' ἔχοντες
Ἀφραδίῃσι. Ὕβριν γὰρ ἀτάσθαλον οὐκ ἐδύναντο
Ἀλλήλων ἀπέχειν, οὐδ' ἀθανάτους θεραπεύειν
Ἤθελον, οὐδ' ἕρδειν μακάρων ἱεροῖς ἐπὶ βωμοῖς,
Ἧ θέμις ἀνθρώποισι κατ' ἤθεα. τοὺς μὲν ἔπειτα
Ζεὺς Κρονίδης ἔκρυψε, χολώμενος ὅττι τιμὰς
Οὐκ ἐδίδυν μακάρεσσι θεοῖς οἳ Ὄλυμπον ἔχουσιν.
Αὐτὰρ ἐπεὶ καὶ τοῦτο γένος κατὰ γαῖα κάλυψε,

Cum vero adoleuiſſet, et ad pubertatem veniſſet,
Pauxillum viuebant ad tempus, dolores habentes
Ob ſtultitiàs. iniuriam enim prauam non poterant
A ſe mutuo abſtinere, neque Deos colere
Volebant, neque ſacrificare beatorum ſacris in aris,
Vt iuſtum eſt hominibus oppidatim. Hos quidem deinde
Iupiter Saturnius abſcondit iratus: quia honores
Non dabant beatis Diis, qui Olympum habitant.
At poſtquam et hoc genus terra occultauit,

132. ἡβήσειε] ἀκμάσειε. ἥβης] ἡλικίας. ἵκοιτο] ἔλθοι. 133. παυρίδιον] ὀλίγον. ζώεσκον] ἔζων. ἄλγε'] ἄλγεα· λύπας. 134. ἀφραδίῃσι] μωρίαις ἰδίαις. ἀτάσθαλον] ἀδίκητον. 135. ἀθανάτους] θεούς. θεραπεύειν] τιμᾶν. 136. ἕρδειν] θύειν. 137. ἧ] καθὰ. θέμις] δίκαιον. ἤθεα] ἤθη. τοὺς] αὐτούς. 138. χολώμενος] ὀργιζόμενος. ὅττι] ὅτι. 139. μακάρεσσι] μακαρίοις. Ὄλυμπον] οὐρανὸν. ἔχουσιν] κατοικοῦσι. 140. αὐτὰρ] δὲ.

140. κάλυψεν Acad.

136. Ἱεροῖς ἐπὶ βωμοῖς] An ſcribendum ἱερ' οἷς ἐπὶ βωμοῖς, hoc eſt, ἱερὰ. Homerus tamen ἄλλος δ' ἄλλῳ ἔρεξε θεῶν, hoc eſt, fecit, ſacrificauit. ἕρδειν facere. Virg. *Cum faciam vitula. Idem.*

137. Κατ' ἤθεα] An? per colonias, oppidatim, pagatim, ſupple ſacra facere. placet non *ex more*, vt vulgo exponitur. *Idem.*

Omnino κατ' ἤθεα, *oppidatim*, vt Guietus, non *de more*, vt habent Interpretes. Homerus Il. Z, 511. Ῥίμφα δέ γ' ἅρμα φέρει μετὰ τ' ἤθεα καὶ νομὸν ἵππων. Et noſter infra v. 167. Τοῖς δὲ δίχ' ἀνθρώπων βίοτον καὶ ἤθε' ὀπάσσας. *Rob.*

138. Κρονίδης ἔκρυψε] Subintellige τῇ γῇ. Infra: αὐτὰρ ἐπεὶ καὶ τοῦτο γένος κατὰ γαῖα κάλυψε. *Guietus.*

Τοὶ μὲν ἐπιχθόνιοι μάκαρες θνητοὶ καλέονται
Δεύτεροι, ἀλλ' ἔμπης τιμὴ καὶ τοῖσιν ὀπηδεῖ.
Ζεὺς δὲ πατὴρ τρίτον ἄλλο γένος μερόπων ἀνθρώπων
Χάλκειον ποίησ', οὐκ ἀργυρῷ οὐδὲν ὁμοῖον,
Ἐκ μελιάων, δεινόν τε καὶ ὄμβριμον· οἷσιν Ἄρηος 145

Hi quidem terreſtres beati mortales vocantur
Secundi; ſed tamen honor etiam hos ſequitur.
Iupiter vero pater tertium aliud genus varie loquentium hominum
Aeneum fecit, omnino argenteo diſſimile,
E fraxinis, vehemens et robuſtum: quibus Martis

141. τοὶ] ὅτοι. μάκαρες] μακάριοι. 142. ἔμπης] ἔμως. τοῖσιν] τούτοις. ὀπηδεῖ] ἀκολουθεῖ. 143. μερόπων] μεμερισμένην ἐχόντων τὴν φωνήν. 144. χάλκειον (sic)] χαλκοῦν. ποίησ'] ἐποίησε. 145. μελιάων] μελιῶν, δένδρων. ὄμβριμον] ἰσχυρόν. Ἄρηος] πολέμου.

141. ἐπιχθόνιοι R. S. Coiſl. Auguſt. Acad. Moſchop. Ald. Iunt. 1. 2. Trinc. Steph. Com. Heinſ. 143. ἄλλον Acad. μερόπων Trinc. 144. χάλκειον Auguſt. 145. μελιῶν Trinc. ὄβριμον Coiſl. Acad. ἧσιν Trinc.

141. Τοὶ μὲν ὑποχθόνιοι] Tzetzes legit ἐπιχθόνιοι. Idem.

145. Ἐκ μελιάων] Scribendum ἐκ τε μελέων δεινόν τε, pro ἐκμελέες τε δεινόν τε. Heſych. ἐκμελὴς, ἀνάρμοστος, ἄτακτος, ἄῤῥυθμος. ἐκμελὴς ἀπὸ τοῦ ἐκ καὶ μέλος, ſonus quaſi diſſonus, abſonus. Alio ſpectant quae cecinit Virgilius Aen. VIII.

Haec nemora indigenae Fauni Nymphaeque tenebant,
Gensque virum truncis et duro robore nata. Idem.

Ἐκ μελιάων] Has voces interpretes omnes reddunt, *de fraxinis*, quaſi innuiſſet poëta hoc genus hominum durae firmaeque texturae fuiſſe. Ademne autem generatio et aenea fuit et fraxinea? Lignea potius aetas vocaretur, ſi Iupiter ex arboribus homines formaſſet. Praeterea cum nunquam ſignificauerit Heſiodus, ex qua materia aureae et argenteae aetatis homines formati ſunt, vnde, quaeſo, in deſcribenda aenea aetate, accuratior euaſit? Punctis paullulum mutatis verus loci ſenſus eruti poteſt.

Ζεὺς δὲ πατὴρ τρίτον ἄλλο
γένος μερόπων ἀνθρώπων
Χάλκειον ποίησ' ἐκ ἀργύρῳ
οὐδὲν ὁμοῖον,
Ἐκ μελιάων δεινόν τε, καὶ ὄμ-
βριμον, οἷσιν Ἄρηος
Ἔργ' ἐμελε ζοφόεντα.

Ἐκ μελιάων δεινόν τε, καὶ ὄμβριμον vertο, *Haſtis terribile et validum.* Τὸ μελιάων eſt Genitiuus

Ἔργ' ἔμελε στονόεντα, καὶ ὕβρεις. οὐδέ τι σῖτον
Ἤσθιον, ἀλλ' ἀδάμαντος ἔχον κραταιφρονα θυμὸν
Ἄπλαστοι· μεγάλη δὲ βίη καὶ χεῖρες ἄαπτοι
Ἐξ ὤμων ἐπέφυκον ἐπὶ σιβαροῖς μελέεσσιν,

Opera curae erant luctuoſa, ac iniuriae: neque vllum cibum
Edebant, ſed ex adamante habebant durum animum,
Inacceſſi: magna autem vis et manus inuictae
Ex humeris naſcebantur in validis membris.

146. Ἔμελλε (ſic)] διὰ φροντίδος ἦν. στονόεντα] αἴτια στεναγμῶν. Ὕβρεις] ὕβρεις. σῖτον] τροφὴν. 147. ἤσθιον] ἔτρωγον. ἔχον] εἶχον. κραταιφρονα (ſic)] σκληρογνώμονα. θυμὸν] ψυχὴν. 148. ἄπλαστοι (ſic)] ἀπλήρωτοι τὰ σώματα. βίη] ἰσχὺς. ἄαπτοι] ἄψαυστοι. 149. ἐπέφυκον] ἐξετείνοντο. σιβαροῖσι (ſic)] ἰσχυροῖς. μελέεσσι] μέλεσι.

146. Ἔμελλε Auguſt. 147. κραταιφρονα Auguſt. Ald. Iunt. 1. 2. Trinc. 148. Ἄπλαστοι B. 731. Coiſl. Auguſt. Acad. Moſchop. Procl. μεγάλοι Moſchop. 149. σιβαροῖσι B. 60. 731. Auguſt. Acad. Senat. μελέεσι B. 60. 731.

nitjuus pluralis Dorice pro τῶν μελιῶν. Μελία autem non ſolum pro *fraxino* vſurpatur, ſed Metaphorice etiam ab Homero, caeteriſque poetis pro *haſta*. Sic Il. β, 542.

Τῷ δ' ἅμ' Ἄβαντες ἕποντο θοοὶ ὄπιθεν κομόωντες
Αἰχμηταὶ, μεμαῶτες ῥῆξιν τῆσι μελίῃσι
Θώρηκας φήξειν.

Scholiaſtes ad locum exponit Μελίῃσιν, δόρασιν ἀπὸ μελίας ξύλα γενομένοις. Sic in Noſtro, τᾷ, ἐκ μελιᾶν δεινὸν, et τᾷ, διὰ τῶν μελιῶν, vel ταῖς μελίαις δεινὸν, eandem eſſe ſignificationem exiſtimo. Vtraque praepoſitio ἐκ et διὰ ab optimis tum poëtis tum proſaicis ſcriptoribus indiſcriminatim vſurpatur. Sic Thucydides, Ἐκ τῶν ὅπλων pro διὰ τῶν ὅπλων, *vi armorum*. Obiter notari poteſt in huiuſce coniecturae confirmationem, Ouidium, qui in quatuor aetatum deſcriptione ad Heſiodum reſpexit, aeneum ſeculum per armorum ſtudium ab aliis diſtinguere,

Tertia poſt illas ſucceſſit aenea proles,
Saeuior ingeniis, et ad horrida promtior arma. *Theobaldus.* (ex. ed. Rob.)

148. Ἄπλαστοι] Idem ac ἀπλῆτοι, vel ἄαπτοι, qui inimica manu non poſſunt tangi, vel quibus manus iniici non poteſt, ſine periculo. Aliquoties in Herculis Scuto idem obſeruauimus. *Clericus.*

Τοῖς δ' ἦν χάλκεα μὲν τεύχεα, χάλκεοι δέ τε οἶκοι,
Χαλκῷ δ' ἐργάζοντο· μέλας δ' οὐκ ἔσκε σίδηρος.

His erant aenea arma, aeneaeque domus:
Aere vero operabantur: nigrum enim nondum erat ferrum.

150. τοῖσδ' (sic)] τότοις. χάλκεα] χαλκᾶ. τεύχεα] ὅπλα. χάλκεοι] χαλκοῖ. 151. εἰργάζοντο (sic)] ἐνήργεν. μέλας] μαῦρος. ἔσκε] ἦν.

150. Τῶν δ' ἦν B. 60. τοῖσδ' Auguſt. τοῖσι δ' Acad. δέ τ' Iunt. 1. 2. 151. εἰργάζοντο Auguſt. Acad. Trinc. Heinſ. μέγας Ald. Trinc.

150. Τοῖς δ' ἦν χάλκεα μὲν τεύχεα] A metallo de quo arma fiebant nomen ſuum traxit haec aetas; ad quod illuſtrandum, hunc Herodoti locum adhibere non piget lib. 2. Πέμψαντι οἱ ἐς τὸ χρηστήριον, ἦλθε χρησμὸς, ὡς τίσις ἥξει ἀπὸ θαλάσσης χαλκέων ἀνδρῶν ἐπιφανέντων. καὶ τῷ μὲν δὴ ἀπιςίη μεγάλη ἀπεκέχυτο χαλκέας οἱ ἄνδρας ἥξειν ἐπικούρους. χρόνῳ δὲ ὑπὸ πολλῶν διελθόντος, ἀναγκαίη κατέλαβε Ἰωνάς τε καὶ Κᾶρας ἄνδρας κατὰ λητην ἐκπλώσαντας, ἀπενειχθῆναι ἐς Αἴγυπτον. ἐκβάντας δὲ ἐς γῆν, καὶ ὁπλισθέντας χαλκῷ, ἀγγέλλει τῶν τις Αἰγυπτίων ἐς τὰ ἕλεα ἀπικομένους τῷ ψαμματίχῳ (ὡς ἐκ ἰδὼν πρότερον χαλκῷ ἄνδρας ὁπλισθέντας) ὡς χάλκεοι ἄνδρες ἀπιγμένοι ἀπὸ θαλάσσης λεηλατεῦσι τὸ πεδίον. ὁ δὲ μαθὼν τὸ χρηστήριον ἐπιτελεύμενον etc. *Rob.*

151. Μέλας δ' ἔσκε σίδηρος] Si conſtarent ſibi figmenta Poëtica, hanc progeniem occidiſſe oporteret, ante tempora Promethei; qui ferri cudendi artem inueniſſe a Poetis, magno conſenſu dicitur. Verum non tantopere excuſata erat ars mentiendi, iis temporibus, vt mendacii partes conſentire neceſſe eſſet. *Clericus.*

Μέλας δ' ἐκ ἔσκε σίδηρος] Exiſtimant nonnulli, ferrum, quamuis rarum, etiam in aeneo ſeculo inuentum fuiſſe, ideoque ne fides Heſiodo derogetur, legunt Μέγας δ' ἐκ ἔσκε σίδηρος, ſed qua auctoritate, vel ſermonis proprietate, neſcio. Veriſimile eſt ferrum aeneis hominibus incognitum fuiſſe, cum Troianis temporibus adeo rarum fuiſſe et pretioſum acceperimus, vt vel arma ex aere fierent, vt ex innumeris apud Homerum locis patet. Ferro vinum emerunt Achiui Il. η, 442. Ἔνθεν δ' ἄρ' οἰνίζοντο καρηκομόωντες Ἀχαιοί· Ἄλλοι μὲν χαλκῷ, ἄλλοι δ' αἰθωνι σιδήρῳ. In illis quidem locis quibus captiui ferrum pretium redemtionis pollicentur, dici poteſt, ferrum illud ob artem ſolummodo, qua erat elaboratum, pretioſum fuiſſe —

Καὶ τοι μὲν χείρεσσιν ὑπὸ σφετέρῃσι δαμέντες

Et hi quidem manibus ſuis interfecti,

152. τοὶ (ſic)] ὅτοι. χείρεσσιν] χερσὶ. σφετέρῃσι] ἰδίαις. δαμέντες] δαμασθέντες.

152. Καὶ τοὶ Auguſt. δαμέντες Iunt. 1. 2.

fuiſſe — χρυσός τε πολυκμητός τε σίδηρος. Il. ξ, 46. Sed in Il. ί, 366. vbi opes ſuas enumerat Achilles, ferrum etiamſi non artificioſe elaboratum, pretioſum fuiſſe innuit poëta, Ἐνθένδε χρυσὸν, καὶ χαλκὸν ἐρυθρὸν, Ἠδὲ γυναῖκας εὐζώνους, πολιόν τε σίδηρον Ἄξομαι — Hoc vero euidentiſſime patet Il. ψ, 827. vbi Achilles diſcum ferreum etiam a fornace rudem in iſto certamine victori praemium inſigne proponit, Αὐτὰρ Πηλείδης θῆκεν σάλον αὐτοχόωνον etc. Ad vocem αὐτοχόωνον Scholiaſtes; Ἐκ χωνευμένης ὕλης εἰκῆ κεχωνευμένον· ἀὐτοχώνευτον, οἷον μὴ ἔχοντα κατασκευὴν τερπνὴν, εἴτ' ἂν τεχνικὴν, ἀλλ' ἐκ μόνης χωνείας ἀναδηθέντα. *Rob.*

152. Καὶ τοὶ μὲν χείρεσσιν] Non intellexerunt Graeci interpretes et cum iis Latini διαζολὰς quas Poëta ponit inter λήξεις diuerſarum aetatum. Quas ſine λήξει interiiſſe dicit, eas ait vel δαμῆναι, vel θανάτῳ κακλύπτεσθαι. Quas autem ſignificare vult λῆξιν conſtituiſſe ex ſe, nec interiiſſe funditus; ait ὑπὸ γῆς καλύψασθαι: quod primae et ſecundae aetati contigit. Tertia aetas contra, de quibus: Καὶ τοὶ μὲν χείρεσσιν ὑπὸ σφετέρῃσι δαμέντες Βῆσαν ἐς εὐρώεντα δόμον κρυεροῦ Ἄϊδαο Νώνυμοι. Tales διαζολαὶ Homero familiares ſunt. Sic Iliad. Γ. Ὀππότερος τάδε ἔργα μετ' ἀμφοτέροισιν ἔθηκε. Τὸν δὲς ἀποφθίμενον δύνειν δόμον Ἄϊδος εἴσω. Vbi manifeſta fit διαζολὴ, non placet tamen frigida illa Grammaticorum, Euſtath. τὸ δὲ ἀποφθίμενον δύνειν εἰς ᾅδην, πρὸς διαζολὴν εἰρηται τῶν δίχα φθορᾶς μυθευομένων δῦναι εἰς ᾅδε, ὁποῖος ὁ Πειρίθους, καὶ ὁ Θησεὺς, καὶ ὁ Ὀδυσσεὺς, καὶ ὁ Ἡρακλῆς. Sicut igitur ibi Homerus ἀποφθίμενον δῦναι εἰς ᾅδην dixit, πρὸς διαζολὴν: ita Heſiodus homines aetatis tertiae, βῆναι εἰς ᾅδε, ſed δαμασθέντας ὑπὸ σφετέρῃσι χερσί: ſecundo νωνύμως. Obſeruatio illa etiam magis neceſſaria eſt in Heroum aetate, quam duplicem facit: eorum qui Thebanum bellum geſſerunt, et qui Troianum. Priores interiiſſe dicit ſine λήξει, ſicut tertiam: poſteriores par-

Βῆσαν ἐς εὐρώεντα δόμον κρυεροῦ Ἄϊδαο,
Νώνυμοι· θάνατος δὲ καὶ ἐκπάγλους περ ἐόντας

Descenderunt tenebricosam in domum horribilis Plutonis
Ignobiles: mors autem, tametsi terribiles erant,

153. βῆσαν] ἔβησαν· ἐπορεύθησαν. ἐς] εἰς. εὐρώεντα] πλατὺν· σκωληκώδη. κρυεροῦ] ψυχροῦ. Ἄϊδαο] ᾅδου. 154. νώνυμοι] ἀνώνυμοι· ἀνονόμαστοι. ἐκπάγλους] ἰσχυρὲς· καταπληκτικούς. ἐόντας] ὄντας.

153. Κρυερὸν Acad. Tzetz. Iunt. 1. 2. Trinc. Com. Ἄϊδαο est in ed. Rob. 154. Νώμυοι Acad. Senat. ἐκπάγλως Senat.

tim interiisse, partim λῆξιν habuisse, idque ἐν μακάρων νήσοις. Diuisio quam male perceperunt interpretes, ibi est:

Ἔνθ' ἤτοι τὲς μὲν θανάτε τέλος ἀμφεκάλυψε,
Τοῖς δὲ δίχ' ἀνθρώπων.

Illud enim τὲς μὲν et τὲς δὲ eos distinguit qui funditus interierunt, ab iis qui translati in beatorum insulam fuerunt. Qualis apud Homerum Menelaus est, cui praedicit Proteus:

Σοὶ δ' ἐ θέσφατόν ἐστι διατρεφὲς, ὦ Μενέλαε,
Ἄργει ἐν ἱπποβότῳ θανέειν, καὶ πότμον ἐπισπεῖν,
Ἀλλά σ' ἐς Ἠλύσιον πεδίον, καὶ πείρατα γαίης
Ἀθάνατοι πέμψουσιν —

Hoc Hesiodi loco decepti fuerunt ii, quos magistri notant insulas beatorum Thebis constituisse. Thebanos Hesiodus sine λήξει, suo scelere, interiisse dicit, nec λῆξιν constituisse. Troianos partim interiisse, partim λῆξιν constituisse cognominem, id est, Heroïcam; quibus opponuntur οἱ νωνύμως θνήσκοντες. Ex iis maxime excipiebantur illi qui in vndis perierant, quorum praecipuus fuit Aiax, cui ne locum quidem in sua νεκυίᾳ concessit Homerus, quod funditus interiisse existimaretur. Quod et Synesius notavit: Ἐμὲ δὲ ἐν τοῖς δεινοῖς, ὄμνυμί σοι θεὸν ἐν φιλοσοφίᾳ πρεσβεύει, τὸ Ὁμηρικὸν ἔθραττεν ἐκεῖνο, μὴ ἄρα ἀληθὲς εἴη, τὸν καθ' ὕδατος θάνατον, ὄλεθρον εἶναι καὶ αὐτῆς τῆς ψυχῆς. λέγει γάρ ἐστιν ὅπως τῶν ἐπῶν, Αἴας δ' ἐξαπόλωλεν ἐπεὶ πίεν ἅλμυρον ὕδωρ, τὸν ἐν θαλάττῃ θάνατον ἀκριβεστάτην ἀπώλειαν εἶναι τιθέμενος. ἐδέησε γοῦν ἄλλον ἐξαπολωλέναι φήσιν, ἀλλ' ἔκκριτος ἀποθνήσκων, ἀϊδὸς δ' ἐβεβήκει. ταῦτ' ἄρα καὶ ἐν δυοῖν νεκυίαιν ὁ μιαρὸς Αἴας ἐδάμη τῶ δράματος εἰσενήνεκται, ὡς τῆς ψυχῆς ἀκ ἄσης ἐν ᾅδῃ. *Heinsius.*

153. Εὐρώεντα] Non inepti sunt, qui *latum, amplum* reddunt. Saepe enim εὐρώεις *latus, amplus*, vnde Hesychius εὐρώεντα exponit πλατέα: quo sensu deducenda vox ab εὖρος *latitudo*, vt docet Eustath. ad Il. Υ. p. 962. Edit. Rom. *Krehsius.*

158. Δι-

Εἶλε μέλας, λαμπρὸν δ' ἔλιπον φάος ἠελίοιο. 155
Αὐταὶ ἐπεὶ καὶ τοῦτο γένος κατὰ γαῖα κάλυψεν,
Αὖθις ἔτ' ἄλλο τέταρτον ἐπὶ χθονὶ πολυβοτείρῃ
Ζεὺς Κρονίδης ποίησε δικαιότερον καὶ ἄρειον,
Ἀνδρῶν ἡρώων θεῖον γένος, οἱ καλέονται
Ἡμίθεοι, προτέρη γενεῇ, κατ' ἀπείρονα γαῖαν. 160
Καὶ τοὺς μὲν πόλεμός τε κακὸς καὶ φύλοπις αἰνὴ,

Inualit atra, splendidumque liquerunt lumen solis.
Sed postquam et hoc genus terra operuit,
Rursum aliud quartum in terra multorum altrice
Iupiter Saturnius fecit iustius et melius,
Virorum heroum diuinum genus, qui vocantur
Semidei, priore aetate, per immensam terram.
Hos quoque bellumque malum et pugna grauis,

155. εἶλε] ἔλαβε. ἔλιπον] κατέλιπον. φάος] φῶς. ἠελίοιο] ἡλίου. 156. αὐταὶ] δὲ. 157. αὖθις] πάλιν. χθονὶ] γῇ. πολυβοτείρῃ] πολλοῖς βοσκούσῃ. 158. Κρονίδης] ὁ υἱὸς τοῦ Κρόνου. ποίησε] ἐποίησε. ἄρειον] κρεῖττον. 159. ἡρώων] ἡμιθέων. θεῖον] θαυμαστὸν. καλέονται] καλοῦνται· ὀνομάζονται. 160. προτέρῃ γενεῇ] ἐν. ἀπείρονα] ἄπειρον. γαῖαν] γῆν. 161. τοὺς] τούτους. πόλεμος] δὲ. φύλοπις] μάχη. αἰνὴ] χαλεπὴ.

156. κάλυψε Ald. Iunt. 1. 2. Trinc. Steph. Com. 157. ἄυτοι Acad. ἔτ' Ald. Trinc.

158. Δικαιότερον] Si aetas illa melior fuit antecedente, sceleratissimam profecto fuisse priorem oportuit: quae enim scelera de hoc non narrantur? Quam conscelerata fuit Oedipi familia? Quam mali homines, Troïcis temporibus? Verum *Homerus* vsque adeo laudarat eos, qui ad Troiam bellum gesserant, tamque caros Diis descripserat, quamquam meros latrones, si rem introspiciamus; vt *Hesiodus* deteriores eos superioribus dicere ausus non fuerit. Sic temerariae priorum aetatum laudes ad posteros transmittuntur, et quos vituperaremus, si de iis sine praeiudicio indicaremus, ad coelum tollimus, quia sunt olim a Maioribus nostris, praeimperitia, laudati. *Clericus.*

Δικαιότερον] Haud sane mortalium optimi Οἱ Ἑπτὰ fuerunt, si Homerum audire fas est. Ille enim Il. δ, 409. Sthenelum Capanei filium ita loquentem inducit, Κεῖνοι δὲ σφετέρῃσιν ἀτασθαλίῃσιν ὄλοντο. *Rob.*

Τὰς μὲν ἐφ' ἑπταπύλῳ Θήβῃ, Καδμηΐδι γαίῃ,
Ὤλεσε μαρναμένους μήλων ἕνεκ' Οἰδιπόδαο·
Τὰς δὲ καὶ ἐν νήεσσιν ὑπὲρ μέγα λαῖτμα θαλάσσης
Ἐς Τροίην ἀγαγὼν, Ἑλένης ἕνεκ' ἠϋκόμοιο· 165

Alios quidem ad ſeptem portas habentes Thebas, Cadmeam terram,
Perdidit pugnantes propter oues Oedipi;
Alios vero in nauibus trans ingentem maris amplitudinem,
Ad Troiam ducens, Helenae gratia pulcricomae:

162. ἑπταπύλῳ] τῇ ἑπτὰ πύλας ἐχούσῃ. Καδμηΐδι] τῇ Κάδμου. γαίῃ] γῇ. 163. ὤλεσε] ἐφθειρε. μαρναμένους] μαχομένους. μήλων] προβάτων. ἕνεκ'] ἕνεκα· χάριν. Οἰδιπόδαο] Οἰδίποδος. 164. τὰς δὲ] ὤλεσε. νήεσσιν] ναυσὶ. λαῖτμα] κῦμα. 165. Τροίην] Τροίαν. ἠϋκόμοιο] τῆς καλὴν κόμην ἐχούσης.

165. Εἰς Ald.

162. Τὰς μὲν ἐφ' ἑπταπύλῳ] Intelligit non tantum τὰς ἑπτὰ ἐπὶ Θήβαις dictos, ſed etiam eos qui Ἐπίγονοι dicebantur, id eſt, τῶν ἑπτὰ τῶν ἐπὶ Θήβαις filios. Vtrique Thebas adorti ſunt. Diodorus Siculus libro III. Οἱ δὲ τούτων παῖδες Ἐπίγονοι ὀνομασθέντες, τὸν τῶν πατέρων θάνατον ἐπεξιόντες, ἔγνωσαν στρατεύειν κοινῇ ἐπὶ τὰς Θήβας. Aeſchylus quoque non tantum Ἑπτὰ ἐπὶ Θήβαις tragoediam, ſed etiam Ἐπιγόνας ſcripſit. Ex ea interpretes Pindari verſus περὶ κράσεων adferunt: καθὰ καὶ Αἰσχύλος ἐν Ἐπιγόνοις.

Λοιβαὶ Διὸς μὲν πρῶτον ὡραίᾳ γαίᾳ
Ἥρας τε, τήν τε δευτέραν κρᾶσιν νέμω.
Τρίτην Διὸς σωτῆρος εὐκταίαν λίβα.

qui corruptiſſime ibi ſcribuntur. Et Androgonus ab Athenaeo narratur εὐημερήκειν τὰς Ἐπιγόνας. *Heinſius.*

163. Μήλων ἕνεκ' Οἰδιπόδαο] Κτημάτων, hoc eſt, rerum, regni. *Guietus.*

Μήλων ἕνεκ' Οἰδιπόδαο] Tametſi recte Interpretes Graeci obſeruarunt μῆλα hic dici metonymice omnis generis diuitias; tamen vertendum non cenſuimus *opes*, pro *ouibus*, in translatione verbis vſque adeo adſtricta: cum nihil vetet *oues* nos in ea interpretari, vt μῆλα in Graecis *Heſiodi* verbis. Hebraei מקנה *mikneh* promiſcue vocant *diuitias* et *pecudes*; quia vt omnibus notum, diuitiae antiquiſſimis temporibus in pecudibus praeſertim erant ſitae. *Clericus.*

165. Ἥθεα] Lucretius quietes vocat. *Scaliger.*

171. Ἐν

Ἔνθ' ἤτοι τὰς μὲν θανάτῳ τέλος ἀμφεκάλυψε.
Τοῖς δὲ δίχ' ἀνθρώπων βίοτον καὶ ἤθε' ὀπάσσας
Ζεὺς Κρονίδης κατένασσε πατὴρ ἐς πείρατα γαίης.
† Τηλοῦ ἀπ' ἀθανάτων· τοῖσι Κρόνος ἐμβασίλευε.
Καὶ τοὶ μὲν ναίουσιν ἀκηδέα θυμὸν ἔχοντες
Ἐν μακάρων νήσοισι, παρ' Ὠκεανὸν βαθυδίνην,

Vbi mors quoque oppreſſit illos.
Iis autem ſeorſum ab hominibus vitam et ſedem tribuens
Iupiter Saturnius pater conſtituit eos ad terrae fines.
† Procul ab immortalibus: Saturnus horum Rex eſt.
Et ii quidem habitant ſecurum animum habentes
In beatorum inſulis, iuxta Oceanum profundum,

166. ἔνθ'] ἤνθα. ὅπα. ἀμφεκάλυψε] ἐσυίπασε. 167. δίχ'] δίχα. χωρὶς. βίοτον] βίον. ἤθε'] ἤθεα. ἤθη. ὀπάσας (sic)] παρασχών. 168. κατένασσε] κατώκησε. πείρατα] πέρατα. γαίης] γῆς. 170. τοὶ] ἕτοι. ναίουσιν] αἰκῶσι. ἀκηδέα θυμὸν] ἄλυπον ψυχήν. 171. μακάρων] μακαρίων. βαθυδίνην] βαθύῤῥουν.

166. τὰς deeſt in Ald. Iunt. 1. 2. ἀμφεκάλυψεν Senat. 167. ὀπάσας B. 731. Auguſt. Ald. Iunt. 1. 2. Trinc. 169. Τηλοῦ etc. deeſt in Auguſt. Acad. Ald. Iunt. 1. 2. Trinc. Steph. Heinſ. Com. Moſchop. Proclus etiam docet, repudiatum a quibuſdam eſſe, vt non Heſiodeum.

171. Ἐν μακάρων νήσοισι] Etiamſi *Homerus* inſulas non memorauit, attamen plerique eum auctorem huius fabulae fuiſſe volunt; inter quos *Strabo*, qui Lib. I. a Poëta *Elyſium campum* dictas *beatorum inſulas* fuiſſe contendit. Profert p. 2. celebrem locum ex Odyſſ. Δ. vbi deſcribuntur campi Elyſii. Quibus ſubiungit: καὶ αἱ τῶν μακάρων δὲ νῆσοι πρὸ τῆς μαυρουσίας εἰσὶ τῆς ἐσχάτης πρὸς δύσιν: *beatorum vero inſulae ſunt e regione vltimae Mauritaniae ad occaſum.* Attamen Elyſios campos quaerit etiam in continente Hiſpania, addit enim: καθ' ὃ μέρος συντρέχει τὸ τῆς Ἰβηρίας τὸ ταύτῃ πέρας: *eodemque Hiſpaniae occidui fines pertinent.* Verum hoc poſterius copioſius proſequitur Lib. III. p. 103. et ſeq. vbi docet Poëtam, cum ſciret multas expeditiones in extremam vſque Hiſpaniam ſuſceptas fuiſſe, et de fertilitate earum orarum a Phoenicibus aliquid reſciuiſſet, ibi piorum ſedes ſitas et Elyſium campum finxiſſe. Adſentitur ei *Euſtathius*, ad memoratum *Homeri* locum, cuius imitatorem *Heſiodum* hic eſſe leberide caecior viderit. Ita etiam ſenſerat *Plutarchus*, quem vide non procul ab initio

tio vitae Sertorii. *Haec ex ſchedis paternis.* Ceterum quod habet *Strabo* de Phoenicibus qui fertilitatem Baeticae *Homero* deſcripſerant, viam oſtendit *Sam. Bochartо* inueniendae rationis, cur campi illi *Elyſii* dicti ſint. In lingua, nimirum, Phoenicia, עליזים *halizim* dicuntur *gaudentes*. Eum adi Chanaanis Lib. I. c. 34. Non equidem crediderim *Homerum* finxiſſe eſſe aliquam beatitudinem poſt hanc vitam, de qua nemo ante, apud Graecos, quidquam dixiſſet; ſed cum dudum recepta haec eſſet opinio, nec conſtaret quo rerum naturae loco collocandi eſſent beati animi, ex ingenio ſedes felicitatis illius in vltima Hiſpania, aut in Inſulis Fortunatis, poſuiſſe. *Clericus.*

Παρ' Ὠκεανὸν βαθυδίνην] Veteres Critici, totum hoc, παρ' Ὠκεανὸν, interpretati primo omnium videntur ἐν τῷ ἀέρι: poſtea vocem Ὠκεανὸς ita ſumſerunt, quaſi quae per ſe τὸν ἀέρα deſignaret. Heſych. Ὠκεανὸς ἀήρ, θάλασσα. Item, Ὠκεανοῖο πέρον, τὸν ἀέρα εἰς ὃν αἱ ψυχαὶ τῶν τελευτώντων ἀποχωροῦσι. Poſtremo alia. Atque hinc Heroas ſuos, qui παρ' Ὠκεανὸν conſtituuntur, *Aeris in latis campis* conſtituit Maro. At Graeci interpretes magno ſe ἀτοπήματι traduxerunt, cum, παρ' Ὠκεανὸν, verterunt, κατὰ τὸν Ὠκεανὸν, quod et reſtqui ſecuti ſunt. Melius multo et prudentius Silius, *Vltra Oceanum* reddidit lib. XIII.

Verum vltra Oceanum ſacro contermina fonti,
Lethaeos latices et ſacra oblivia potat.

Quod Graece eſſet πέρα τοῦ Ὠκεανοῦ. Ceterum cur ibi Heroas conſtituat Heſiodus, ratio haec eſt. Oceanum veteres cauſam aliquam ſtatuebant τῆς ἀδίκου διαίτης, quae iuſtiſſima et facillima, καὶ μετὰ δικαιοσύνης, e terra petebatur prius: poſtea cum Oceanum πόρῳ εἴνεκα tentarent, actum de iuſtitia fuit. Atque haec cauſa vera eſt, cur Heſiodus vitam illam, quam Homerus βίον ἠπιφον vocat, vltra Oceanum eſſe voluerit, quod nihil plus commercii cum Oceano et eius praeſide Fortuna haberet. Hinc Pindarus, in multis Homeri et Heſiodi interpres, eleganter, vbi περὶ μακάρων et eorum νήσων agit, negat illis πόντιον ὕδωρ περὶ δίαιταν εἶναι. Quem locum in hanc ſententiam et Theon adducit. Verba eius ſunt ad illum Arati, vbi Aſtraea deſcribitur, et de ſaeculis agitur: Αὖτως δ' ἔζωον. χαλεπὴ δ' ἀπέκειτο θάλασσα. ἐκάζω τὰ ἐπιχώρια ἤρκεσε τε καὶ ἤρκεσε. καὶ Πίνδαρος, Οὐδὲ πόντιον ὕδωρ κενεὸν περὶ δίαιταν. Vbi legendum κενεὰν περὶ δίαιταν ex ipſo Pindaro. Opponit κενεὰν δίαιταν Oceani, τῇ ἠπίῃ βιοτῇ. Quamuis nobis ipſe Arati locus quoque vſui eſſe poteſt, vbi hunc βίον

Ὄλβιοι ἥρωες· τοῖσιν μελιηδέα καρπὸν

Felices heroës: his dulcem fructum

172. ὄλβιοι] μακάριοι. τοῖσι] τούτοις. μελιηδέα] γλυκὺν.

172. τοῖσι Ald. Iunt. 1. 2. Trinc.

ἐήϊσον describens Oceanum ab illis seiungit: Αὔτως δ' ἔζωον. χαλεπὴν δ' ἀπέκειτο θάλασσα. Καὶ βίον ἔπω νῆες ἀποπροθεν ἠγίνεσκον, Ἀλλὰ βόες καὶ ἄροτρα. Sicut ante ἐπιθυμίαν et τὸ ἐπιθυμητικὸν, Oceanus ignotus erat, vt semotus: ita Heroum καὶ τῶν μακάρων animae vltra Oceanum constituuntur, quod extra ἐπιθυμίαν sint, qua qui carent ῥᾳδίᾳ ζωὴν dicuntur. Veteres enim, teste Synesio, qui hunc Arati locum ἐν τῷ Περὶ προνοίας eleganter interpretatus est, iustitiae locum esse existimabant σπεδασθείσης γεωργίας, ναυτιλίας δὲ ἀποσπεδασθείσης. Heliodus in hoc libro (nam in eo laboramus vt auctorem, praecipuëque mentem huius libri interpretemur) iniustitiae poenam constituit τὸν Ὠκεανὸν, tamquam necessarium, a quo etiam iustos separat: quibus hoc praemium proponit, futurum, vt ne Oceano quidem opus habeant. Θάλασσιν δ' ἀγαθοῖσι διαμπερὲς, οἵ δ' ἐπὶ νηῶν Νείσσονται, καρπὸν δὲ φέρει ζείδωρος ἄρουρα. Ipse Poëta cur Heroas suos παρ' Ὠκεανὸν constituat, causam satis ostendit, cum addit, τοῖσιν μελιηδέα καρπὸν Τρὶς τὲ ἔτος θάλλοντα φέρει ζείδωρος ἄρουρα. Terrae enim fructum, quem ἐήϊσον βίον vocant, Oceano opponit; sicut Horatius *paratas epulas*, vt alibi ostendimus, *mari et mercaturae*. Poterat praeterea epithetum βαθυδίνης grammaticos in officio continere, et eorum deprecari ambitionem, ne multa de voce Oceani dicerent, quae nihil praeter ostentationem nobis eorum detegunt, vt cum de Horizonte et aliis. At Homerus, ex quo tam multa nugati sunt, simplicissime locutus erat, cum περὶ μακάρων νήσων dixerat. Ἀλλ' αἰεὶ Ζεφύροιο λιγυπνείοντας ἀήτας Ὠκεανὸς ἀνίησιν. Duo enim significarat Poëta: primo secutus opinionem eorum, qui Oceanum patrem ventorum statuunt, pro diuersis eius partibus, sicut Herodotus fluuios τῶν αὐρῶν, id est, vaporum, qui ab aliis νεφέλαι dicuntur: vnde Nilus ἀνέφελος a quodam dicitur. Secundo, ostendit situm eorum πρὸς δύσιν esse, quem vbique ex ventis designat: nec enim voce Zephyri ibi Poëta vtitur κατὰ τὸ ἐπελθὸν, vt magistri loquuntur, et frustra: vel, quod saepe facit, ὡς τοῖστον Φιλῶν ἄνεμόν μάλιστα,

sed

Τρὶς ἔτεος θάλλοντα φέρει ζείδωρος ἄρουρα.
Μηκέτ' ἔπειτ' ὤφειλον ἐγὼ πέμπτοισι μετεῖναι
Ἀνδράσιν, ἀλλ' ἢ πρόσθε θανεῖν, ἢ ἔπειτα γενέσθαι. 175

Ter quotannis florentem profert foecunda tellus.
O vtinam ego quinto non interessem
Hominum generi, sed aut mortuus essem prius, aut postea natus!

173. τὸ ἔτος (sic)] τὸ χρόνῳ. ζείδωρος] ἡ δωρεμένη τὸ ζῆν. ἄρουρα] γῆ ἠροτριασμένη. 174. μηκέτ'] εἴθε. ὤφειλον] ἠχρεώσαν. μετεῖναι] ἐνεῖναι. 175. πρόσθε] πρότερον. ἔπειτα] μετὰ ταῦτα.

173. τρὶς τὸ ἔτος B. 699. 731. Coisl. August. Acad. Ald. Iunt. I. 2. Trinc. Steph. Gom. Heins. τρὶς ἔτεος legit etiam cod. Palat. 174. ὤφελον Ald. Iunt. I. 2. Trinc. πέμπτοισι Trinc. μετ' εἶναι Trinc.

Ῥηϊδίη δ' ἤπειτα πέλει χαλεπή περ ἐοῦσα.

Primumque aſpera: vbi vero ad ſummum veneris,
Facilis deinceps eſt, quantumuis difficilis fuerit.

291. τρηχὺς] τραχὺς· σκληρὸς. ἐπὴν] ἐπεὶ. ἵκηται (ſic)] ἔλθῃ. 292. ῥηϊδίη] εὔκολος. πέλει] ὑπάρχει.

291. τοπρῶτον Ald. Auguſt. ἵκηται codd. Rob. omnes, Auguſt. Acad. Ald. Trinc. lunt. I. 2. Steph. Com. Heinſ. 292. δή πειτα (ſic) Auguſt. δὴ ἤπειτα Senat. a manu ſecunda.

in verſu medio — καὶ τρηχὺς τὸ πρῶτον. Quum vero facilitatem progreſſus in cacumine velit deſcribere, diuerſis numeris vtitur, et vocales adeo frequentes, celeremque verborum curſum exhibet, vt, quemadmodum loquitur Dionyſius, ταῦτα δ' ἀφ' ὑσεως ἐστιν αὐτοματιζούσης ἔργα, ἀλλὰ τέχνης μιμησασθαι τὰ γινόμενα πειρωμένης.

Ῥηϊδίη δ' ἤπειτα πέλει, χαλεπὴ περ ἐοῦσα. *Rob.*

291. Εἰς ἄκρον ἵκηται] Ἵκηαι legendum cenſet Heinſius. Sed male. Nam τὸ τὶς ſupplendum. *Guietus.*

Ἵκηαι] Cum Veteres hunc locum laudantes habeant ἵκηται, nec diſſentiant Codices, mallem hoc retinere; non enim video cur *via* dici nequeat εἰς ἄκρον ὄρος ἱκνεῖσθαι, *pervenire ad ſummum montem.* Imo ſubaudiendum ὁδὸς oſtendit ſequens foemininum ῥηϊδίη. *Clericus.*

— ἐπὴν δ' εἰς ἄκρον ἵκηται] Cum hunc librum aliquot iuuenibus nuper explicarem, monebam eos, emendandum, ἵκηαι, quamuis apud Clementem, Philonem, Xenophontem et alios aliter legi non ignorarem: de eodem poſtea me monuit illuſtriſſimus Scaliger, et doctiſſimus Meurſius. *Heinſius.*

292. Ῥηϊδίη δ' ἤπειτα πέλει] Ne ſemper Grammatica ſectari videar, lubet hic vnum atque alterum locum *Senecae*, quibus haec ſententia egregie illuſtratur, adſcribere. Sic ergo ille Ep. XLI. *Rationale animal eſt homo; conſummatur itaque eius bonum, ſi id adimplevit, cui naſcitur. Quid eſt autem, quod ab illo ratio haec exigit? Rem facillimam, ſecundum naturam ſuam viuere. Sed hanc difficilem facit communis inſania.* Epiſtola vero CIV. *Non quia*, inquit, *difficilia ſunt non audemus; ſed quia non audemus, difficilia ſunt.* Clericus.

293. Ὃς

Οὗτος μὲν παναίριστος ὃς αὐτὸς πάντα νοήσει,
† Φρασσάμενος τά κ' ἔπειτα καὶ ἐς τέλος ἤσιν ἀμείνω.

Ille quidem optimus eſt, qui per ſe in omnibus ſapit,
† Cogitans quaecumque dein et ad finem vſque ſint meliora.

293. αὐτῷ (ſic)] ἀφ' ἑαυτῷ. 294. φρασσάμενος] νοήσας. ἤσιν] εἶ (ſic).

293. αὐτῷ codd. Rob. omnes, Auguſt. Ald. Iunt. 1. 2. Trinc. αὐτᾷ Acad. Cum. Heinſ.

293. Ὃς αὐτὸς πάντα νοήσει] Quomodo νοεῖν apud Heſiodum ſumatur, oſtendimus ſupra, ad locum illum, τὴν μέν κεν ἐπαινέσσειε νοήσας. Cuius ſignificationis elegantiam ſi perpendiſſent interpretes, legendum notaſſent, ὃς αὐτὸς πάντα νοήσει. Ceterum αὐτὸς ſumitur elegantiſſime ſicut apud Theocritum in illo, Πολλάκι ταὶ ὄιες ποτὶ τ' αὔλιον αὐταὶ ἀπῆλθον. Apud Virgil.

Ipſae laete domum referunt diſtenta capellae
Vbera —

Ipſae, id eſt, *ſponte ſua*. ὁ αὐτὸς νοῶν πάντα, eſt, ὁ κατὰ πάντα αὐτὸς, τετέχνι κατ' αὐτὸν, σοφὸς ὤν, qui opponitur, τῷ διὰ ἑτέρου τινὸς νουθετήσεως σοφῷ γεγονότι. *Heinſius.*

Οὗτος μὲν παναίριστος] Ζήνων μὲν ὁ Στωϊκὸς ἐνήλαττε τὰς ςίχας, λέγων

Οὗτος μὲν παναίριστος, ὃς εὖ εἰπόντι πίθηται·

Ἐσθλὸς δ' αὖ κἀκεῖνος ὃς αὐτῷ πάντα νοήσει,

τῇ εὐπαθείᾳ πρωτεῖα διδὲς, τῇ φρονήσει δὲ τὰ δευτερεῖα. Ἀρίςιππος δὲ, ἀπ' ἐναντίας, ὁ Σωκρατικὸς, ἔλεγε, συμβάλλεσθαι χεῖρον εἶναι τὸ προσαιτεῖν. *Procl.* Horatius autem (Ep. 17. lib. 1.) prudentiae principatum attribuit. *Quamuis, Scaeua, Satis per te tibi conſulis* — Ad quem locum appoſite Dacierus citat Liuium Heſiodi verba pene transferentem. „Saepe ego „audiui, milites, eum primum „eſſe virum, qui ipſe conſulat, „quod in rem ſit; ſecundum, „eum qui bene monenti obe„diat; qui nec ipſum conſule„re, nec alteri parere ſciat, eum „extremi ingenii eſſe.“ Huic licet adiicere et illud Sophocl. Antig. 731. Φημὶ ἔγωγε πρεσβεύειν πολὺ φύναι τὸν ἄνδρα πάντ' ἐπιςήμης πλέω. Εἰ δ' ἔν (φιλεῖ γὰρ τοῦτο μὴ ταὐτὴ ῥέπειν) Καὶ τῶν λεγόντων εὖ καλὸν τὸ μανθάνειν. *Robinſ.*

Ἐσθλὸς δ' αὖ κἀκεῖνος, ὃς εὖ εἰπόντι πίθηται. 295
Ὃς δέ κε μήτ' αὐτὸς νοέῃ, μήτ' ἄλλου ἀκούων
Ἐν θυμῷ βάλληται, ὅδ' αὖτ' ἀχρήϊος ἀνήρ.
Ἀλλὰ σύ γ' ἡμετέρης μεμνημένος αἰὲν ἐφετμῆς
Ἐργάζευ, Πέρση, διὸν γένος, ὄφρά σε Λιμὸς
Ἐχθαίρῃ, φιλέῃ δὲ ἐϋστέφανος Δημήτηρ 300

Sed et ille bonus eſt, qui bene monenti paruerit.
Qui vero nec per ſe ſapit, neque alii parere
In animum inducit, ille contra homo inutilis eſt.
Verum tu noſtri ſemper praecepti memor,
Operare, o Perſa, diuinum genus, vt te Fames
Oderit, amet autem pulcr[illegible]coronata Ceres

295. ἐσθλὸς] ἀγαθὸς. εὖ εἰπόντι] τῷ καλῶς λέξαντι. πίθηται] ὑπακούσῃ. 296. νοέῃ] νοῇ. 297. ἀχρήϊος] ἄχρηστος· ἀνωφελὴς. 298. αἰὲν] ἀεὶ. ἐφετμῆς] ἐντολῆς. 299. ἐργάζευ] ἐργάζε. διὸν] ἔνδοξον. 300. ἐχθαίρῃ] μισῇ. φιλέῃ] φιλῇ. Δημήτηρ] γῆ.

296. αὐτῷ B. 60. 731. R. S. Coiſl. μήθ' αὐτῷ Auguſt. Acad. Moſchop. Ald. Iunt. 1. 2. Trinc. Steph. Com. Heinſ. 300. δέ σ' Coiſl. B. 639. 731. Acad. Ald. Trinc. Steph. marg. δὲ σε Moſchop. δ' Auguſt. εὐστέφανος Coiſl. B. 639. 731. Auguſt. Ald.

296. Ὃς δέ κε μήθ' αὐτῷ νοέῃ] Δι' ἑαυτὸν. *Guietus.*

297. Ἐν θυμῷ βάλληται] In animum inducit. poſt, pro ὅ δ' αὖτ' ἀχρήϊος ἀνήρ, malim ὅδ' αὖτις ἀχρήϊος ἀνήρ. *Idem.*

299. Διὸν γένος] Valde huius Epitheti prodigi, vt ita loquar, erant Veteres, vt vel ex *Homero* liquet, qui διὸν συβώτην, *diuinum ſubulcum* vocat Odyſſ. Φ. v. 234. Sed et eo abutitur hic *Heſiodus*, qui non tam magnifice loquitur de patre ſuo, infra vſſ. 633. et 634. *Clericus.*

Διὸν γένος τὸν Πέρσην λέγει, ἢ διότι παῖδες Διός τινος ἦσαν, ἢ διότι εἰς τὰς θεὰς ἀνέφερον τὴν γένεσιν. εἰς γὰρ Ὀρφέα, καὶ Καλλιόπην τὸ γένος ἀνῆγον. *Moſchop.* Quicunque ſenſus verbis affigatur, ego certe non intelligo, quo pacto verſus 633. et 634. nobilitati huius generis contradicant, niſi probauerit vir Cl. neminem bona ſtirpe oriundum pauperem poſſe deuenire. *Rob.*

300. — ὄφρά σε λιμὸς Ἐχθαίρῃ, φιλέῃ δέ] Parodiam huius loci elegantem Cratinus fecerat:

Ἔσθιε καὶ σῇ γαστρὶ δίδου χάριν, ὄφρά σε λιμὸς
Ἐχθαίρῃ, Κοννᾶς δὲ πολυσέφανος νικήσει.

Erat autem Connas ille tibicen, poculis addictus admodum,

Αἰδοίη, βιότῳ δὲ τεὴν πίμπλησι καλιήν.
Λιμὸς γάρ τοι πάμπαν ἀεργῷ σύμφορος ἀνδρί.
Τῷ δὲ θεοὶ νεμεσῶσι, καὶ ἀνέρες, ὅς κεν ἀεργὸς
Ζώῃ, κηφήνεσσι κοθούροις ἴκελος ὁρμήν,
Οἵ τε μελισσάων κάματον τρύχουσιν ἀεργοὶ
Ἔσθοντες· σοὶ δ' ἔργα φίλ' ἔσω μέτρια κοσμεῖν,

Veneranda, victuque tuum impleat horreum.
Fames enim ſemper ignauo comes eſt viro.
Huic vero et Dii indignantur, et homines, quicumque otioſus
Viuit, fucis aculeo carentibus ſimilis cupiditate,
Qui apum laborem abſumunt otioſi,
Vorantes: tibi vero opera decentia obire gratum ſit,

301. τεὴν] σὴν. πίμπλησι] πληρεῖ (ſic). καλιὴν] οἰκίαν. 302. πάμπαν] παντελῶς. ἀεργῷ] ἀργῷ. σύμφορος] ἁρμόδιος· συμφερόμενος. 303. τῷδὲ (ſic)] τούτῳ. νεμεσῶσι] μισοῦσι. 304. κοθούροις] κολοβοῖς· τοῖς ἔχουσι τὸ κέντρον κεκρυμένον (ſic) ἐν τῇ ὀρᾷ. εἴκελος (ſic)] ὅμοιος. 305. μελισσάων] μελισσῶν. κάματον] πόνον. τρύχουσιν] δαπανῶσι. 306. ἔσθοντες] ἐσθίοντες.

301. Εἰδοίη Iunt. I. 302. τι Trinc. 303. Τῷδε Auguſt. Ald. 304. εἴκελος Auguſt. Acad.

dum, qui Olympicorum certaminum cum victor aliquoties declaratus fuiſſet, pauper admodum, nihil praeter κότινον quo Olympici victores coronabantur, reſeruauerat. Ariſtophanes Ἵππ. Ὥσπερ Κοννᾶς στέφανον μὲν ἔχων αἰόν, δίψῃ δ' ἀπολολώς. *Heinſius.*

302. Σύμφορος ἀνδρί] Συνακόλουθος. *Guietus.*

304. Κοθούροις ἴκελος ὁρμήν] Hoc eſt, τὴν ἐρὰν βεβλαμμένος. Heſych. Κοθὼ βλάβη. a κοθὸς laeſus, mutilus, κόθορος. it. κοθὼ ἡ. ſiue κόθορος pro κόλορος, παρὰ τὸ κολὴν τὴν ἐρὰν εἶναι, κολὸς, κολοβὸς, κολόω, etc. Heſych. *Guietus.*

305. — τρύχουσιν ἀεργοί] Pro eo Stobaeus, νήποινον ἔδουσι. *Heinſius.*

306. Μέτρια κοσμεῖν] Τὰ ἐν τῷ μέτρῳ ὄντα, ἤγουν τὰ μέτρον ἔχοντα, hoc eſt, τὰ τῆς ἀρετῆς, τὰ σπουδαῖα, τὰ ἄριστα, ἔξοχα. Pindarus epitaph. Heſiodi: Ἡσίοδ' ἀνθρώποις μέτρον ἔχων σοφίης, hominum praeſtantiſſimus, ſummam habens ſapientiam. Μέτρια ſunt bona, conuenientia. *Guietus.*

Σοὶ δ' ἔργα φίλ' ἔσω μέτρια κοσμεῖν] Μέτρια ἔργα quae dicat Heſiodus non perceperunt Interpretes. Ac primum Moſchopulus, qui μέτρια reddit σύμμετρα τῇ σῇ δύνα-

Ὡς κέ τοι ὡραίῃ βιότῳ πλήθωσι καλιαί.
Ἐξ ἔργων δ' ἄνδρες πολύμηλοί τ' ἀφνειοί τε.

Vt tibi aestate collecto victu impleantur horrea.
Ex laboribus autem viri euadunt diuites et opulenti.

307. Ὡς γε (sic)] ἵνα. πλήθωσι] πεπληρωμέναι ὦσι. καλιαὶ] δόμοι. 308. πολύμηλοι] πολυθρέμμονες. ἀφνειοὶ] πλούσιοι.

307. Ὡς γε Auguſt. πλήθωσι B. 60. Iunt. 1.

δυνάμει: neque Tzetzes, qui σεμνὰ καὶ μὴ ἀπρεπῆ. Multo minus Latini, qui *mediocria* reddiderunt. Philoſophi ſaepe μέτριον dicunt, id quod in vnaquaque re bona maximum eſt. Sic et apud Platonem μετρίως λέγειν, vbique eſt, optime et veriſſime dicere: quod quia obſeruatum non eſt, et ex eo locus hic dependet, vnum et alterum adducemus. Plato Phaedone: τοῦτο γὰρ ὤμην πρὸ τοῦ, παντὶ δῆλον εἶναι, ὅτι διὰ τὸ ἐσθίειν καὶ πίνειν. ἐπειδὰν γὰρ ἐκ τῶν σιτίων ταῖς μὲν σαρξὶ σάρκες προσγένωνται, τοῖς δὲ ὀστέοις ὀστᾶ, καὶ ἄτω κατὰ τὸν αὐτὸν λόγον καὶ τοῖς ἄλλοις τὰ αὐτῶν οἰκεῖα ἑκάστοις προσγένηται, τότε δὴ τὸν ὀλίγον ὄγκον ὄντα, ὕστερον πολὺν γεγονέναι, καὶ οὕτω γίνεσθαι τὸν σμικρὸν ἄνθρωπον, μέγαν. οὕτω τότε ὤμην. ἀ δωκῶ σοι μετρίως; Ἔμοί γε ἔφη ὁ Κέβης. id eſt: *Illud certe antea exiſtimabam apud omnes in confeſſo eſſe, edendo bibendoque illud fieri. Poſtquam enim cibis caro carni acceſſerit, oſſibus ſimiliter oſſa, atque ita eadem ratione reliquis quae cum ſingulis maxime conueniunt, maximeque iis propria ſunt, tunc illud quod minimum eſt, maximum euadere. Ita tum temporis arbitrabar: nonne tibi videor optime? Omnino, inquit Cebes.*

Vbi cum ex praecedentibus, tum ex Cebetis reſponſo videmus manifeſte quid ſit μετρίως. Ita μέτριον paulo ante Dialogo eodem: τὴν αὐτὴν ταύτην οἶμαι εἰκόνα δέξαιτ' ἂν ἡ ψυχή, πρὸς σῶμα, καί τις λέγων αὐτὰ ταῦτα περὶ αὐτῶν μέτρια μοι φαίνοιτο λέγειν, ὡς ἡ ψυχὴ μὲν πολυχρόνιόν ἐστι, τὸ δὲ σῶμα ἀσθενέστερον καὶ ὀλιγοχρονιώτερον: id eſt, *Eodem modo ad corpus ſe habeat anima. Ac ſi quis eadem de illis diceret, optime mihi dicere videretur: animam, nimirum, temporis longiſſimi eſſe, corpus vero imbecillius minoriſque temporis.* Heſiodus poſtquam exemplum τῶν νηφήνων adduxit, πρὸς ἔργα μέτρια adhortatur fratrem, id eſt, *labores indefatigatos*: cauſam addit: Ὡς κέ τοι ὡραίῃ βιότῳ πλήθωσι καλιαί. Porro τὸ πλήθειν non niſi ex maximis quibuſcumque con-

Καί τ' ἐργαζόμενος, πολὺ φίλτερος ἀθανάτοισιν
Ἔσσεαι ἠδὲ βροτοῖς· μάλα γὰρ στυγέουσιν ἀεργούς. 310
Ἔργον δ' οὐδὲν ὄνειδος, ἀεργίη δέ τ' ὄνειδος.

Et laborans, multo etiam carior iam immortalibus
Eris ac hominibus. valde enim oderunt otiosos.
Operari autem non est dedecus, sed ignauia dedecus est.

310. Ἔσσεαι] Ἔσῃ. ἠδὲ] καὶ. στυγέουσιν] μισέει. ἀεργοὺς] ἀργοὺς.
311. ἀεργίη] ἀργία.

310. ἀεργὸν Coisl. Etiam in cod. Augusti. in margine scripta est syllaba γὸν. 311. οὐδὲν sunt. I.

contingit. τὸ μέτρον autem est τὸ πέρας, *extremus rei terminus*. Theocritus in Epigrammatis victorem quemdam celebrat Demotelem, quem ait μέτριον γεγονέναι ἐν πᾶσι, quod est, *excelluisse in omnibus*, contra ac existimant Interpretes:

Δαμοτέλης ὁ χορηγὸς, ὁ τὸν τρίποδ', ὦ Διόνυσε,
Καί σε τὸν ἥδιστον θεῶν μακάρων ἀναθείς,
Μέτριος ἦν ἐν πᾶσι. χορῷ δ' ἐκτήσατο νίκην
Ἀνδρῶν, καὶ τὸ καλὸν καὶ τὸ προσῆκον ὁρῶν.

Eodem modo Hesiodus in epitaphio, quod Pindaro adscribitur, μέτρον σοφίης habere dicitur, id est, *multum sapientiae*, vel *in sapientia excellere*. Id enim quod optimum est, extra mediocritatem esse non potest, quia alias ad vitium deflecteret, et τὸ προσῆκον καὶ τὸ καλὸν transscenderet; vt multis docet in moralibus Philosophus. Μέτριον igitur est τὸ ἔξοχον in omni re praeclara. μέτριος erat in omnibus Demoteles, id est, *excellens*: μέτρια ἔργα laudat Hesiodus, id est, τὰ ὡς μάλιστα συνεχῆ, τὰ πολλά. Quod Interpretes Graeci minime obseruarunt, multo minus alii. *Heinsius.*

311. Ἔργον δ' οὐδὲν ὄνειδος] Nihil planius huius versus sententia, cum praesertim toto hoc opere *Hesiodus* fratrem ad laborem hortetur, et ab inertia deterreat. Attamen Veteres ἔργον construxerunt cum οὐδὲν, quod ansam praebuit Socratis accusatoribus accusandi hominem, quasi iuuenibus nullam rem, quamuis flagitiosam, prohiberet. Quod videre est ex Lib. I. *Xenophontis* de Memorab. Socratis, vbi sic rem narrat: „Dixit, inquit, „eius accusator illum illustrissi„morum quorumque Poëta„rum pessimis sententiis electis, „iisque in testimonium addu„ctis, discipulos ad vitium et ty„rannidem impellere; inter„que eas Hesiodeam illam sae„pe vsurpare, *Opus nullum est*

„*probrum*, *inertia vero pro-*
„*brum eſt.* Quibus Poëtam di-
„cebat ſuadere a nulla actio-
„ne, ſiue iniuſta, ſiue turpi,
„abſtinendum eſſe, ſed omnia
„lucri gratia facienda. Socra-
„tes vero, poſtquam faſſus eſſet
„accuſator, bonum ac vtile
„eſſe homini operari, noxium
„vero et malum otio torpere,
„atque adeo opus bonum eſſe,
„otium prauum; eos qui boni
„aliquid facerent operari, et
„bonos eſſe operarios dicebat;
„eos autem qui talis luderent,
„vel aliud quidpiam praui et
„damnoſi facerent, otioſos vo-
„cabat. Quo ſenſu recte habe-
„at dictum illud *Heſiodi.*“ Hactenus Attica Siren, quibus haud obſcure indicat *Heſiodum* et *Socratem* intellexiſſe quodvis bonum et laudabile opus. Idem *Procli* teſtimonio confirmatur, qui ait a *Platone* recte hunc verſum explicatum, et noſtrum *Heſiodum* cuiuſuis ſecundum naturam opus ἔργον appellare; *Homeri* exemplo, qui optimum quodque opus ἔργον ſimpliciter vocat, Similia habet *Euſtathius* ad v. 226. Odyſſ. P.

Ἀλλ' ἐπεὶ ἀ δὴ ἔργα κακὴ ἔμ-
μαθεν, ἀκ ἐθελήσει
Ἔργον ἐποίχεσθαι.

Ex ſchedis paternis hactenus; vnde colligere licet interdum a nobis, arte et ratione in interpretando vtentibus, ea cerni quae multo peritiorum olim oculos fugerunt. *Clericus.*

Ἔργον δ' ἀδὲν ὄνειδος] Delicatos certe oportet fuiſſe Veteres, qui in hoc verſu ἀδιάρθρωτα ſcripſiſſe Heſiodum voluerint: ita vt haec verba Socrati pronunciata fraudi fuerint. Euſtathius: Σειμειώσαι ὅτι τὸ, Ἔργον δ' ἀδὲν ὄνειδος, ὃ δή φησιν Ἡσίοδος· ἐκεῖνο μὲν γὰρ ἀσαφῶς γραφὲν, ἔβλαψε τὸν σοφὸν Σωκράτην, ὃς εἰωθὼς λέγειν συχνὰ τὸ, ἔργον δ' οὐδὲν ὄνειδος, ἤγαγεν ἀδέν τί ἐσιν ὄνειδος τὸ ἐν ἔργοις ἀγαθοῖς ἐμπαίεσθαι, συκοφαντίᾳ περιέπεσεν, οἷα δογματίζων, ὡς ἔργον ἀδὲν, ἤγαγεν ἀδεμία ἐργασία, κἂν τε φαύλη, κἂν τε χρηστὴ, ὄνειδός ἐσι τῷ ἐργαζομένῳ· κἀντεῦθεν ἐβλάβη ὡς ἀδιαφορῶν περὶ τὰς πράξεις. Sed Plutarcho accuratiſſimo Scriptore, et Heſiodi olim Interprete, quid faciemus, qui hoc propemodum modo hunc verſum Heſiodi vſurpauit: ἐν δὲ τοῖς τότε χρόνοις, καθ' Ἡσίοδον, ἔργον ἀδὲν ἦν ὄνειδος, ἀδὲ τέχνη διαφορὰν ἔφερεν. Cum tamen τὸ ἀδὲν, non ad τὲ ἔργον, ſed ad τὸ ὄνειδος referendum ſit. Sed nihil eſt vſitatius quam elegantiae cauſa ad vſum alium Homeri et Heſiodi verſus transferre. Quod ſi propterea procedat haec calumnia, ſingulis verſibus peccauit Homerus, niſi ignoremus delicias τῶν παῤῥωδούντων. *Heinſius.*

Εἰ δέ κεν ἐργάζῃ, τάχα σε ζηλώσει ἀεργὸς
Πλουτεῦντα· πλούτῳ δ' ἀρετὴ καὶ κῦδος ὀπηδεῖ.

Quod si laboraueris, mox te aemulabitur et otiosus
Diteſcentem: diuitias vero virtus et gloria comitatur.

312. τάχα] ἴσως. ζηλώσει] μιμήσεται. ἀεργὸς] ἀργὸς. 313. πλουτεῦντα] πλουτοῦντα. κῦδος] δόξα. ὀπηδεῖ] ἕπεται.

312. τάχα δέ σε Auguſt. ζηλώσει Senat. κἀεργὸς Ald. Iunt. 1. 2. Trinc.

313. Πλούτῳ καὶ ἀρετῇ] Horat. *Et genus et formam regina pecunia donat.* Scaliger.

Πλούτῳ δ' ἀρετὴ καὶ κῦδος ὀπηδεῖ] Hoc loco ὀπηδεῖ non eſt *ſequitur*, ſed *comitatur*; adeo vt velit *Heſiodus*, opes potius indicium eſſe, quam cauſam virtutis. Sunt tamen qui improbent huius verſus ſententiam, eo quod vt plurimum diuitiae potius vitia, quam virtutes, concilient, pro illo *Iſocratis* dicto: πλοῦτος κακίας, μᾶλλον ἢ καλοκαγαθίας, ὑπηρέτης ἐστίν: *diuitiae vitiorum potius, quam probitatis, miniſtrae.* Verum cum *Heſiodus* ab iniqua diuitiarum acquiſitione hactenus fratrem deterruerit et ad laborandum hortatus fuerit, manifeſtum eſt eum hic intelligere opes iuſte et labore partas, quae numquam deſtituuntur virtute comite. Alioqui dicendus erit *Heſiodus* loqui, ex opinione vulgi, quod diuitias quam maxime admiratur, probatque ſaepe diuitum flagitia. Ex paternis ſchedis. *Clericus.*

Neſcio, an ἀρετὴ hic loci melius exponi poſſit *forma*; *pulchritudo*, et de hoc vocis iſtius ſenſu vide Cl. Hutchinſ. ad Xenoph. Κυρ. Παιδ. p. 316. Voce vero ſic expoſita, huic ſententiae accommodatius erit Horatianum illud, Epiſt. l. 1.

Scilicet vxorem cum dote, fidemque et amicos,
Et genus et formam regina pecunia donat,
Ac bene nummatum decorat Suadela Venuſque. Rob.

Optime haec verba interpretatus eſt Plutarchus de audd. poëtt. ὅταν ὁ νέος ἀναγινώσκῃ τάδε· Πλούτῳ δ' ἀρετὴ καὶ κῦδος ὀπηδεῖ. μὴ καθήσθω τὰς πλεσίας ἐκπεπληγμένος, καὶ τεθηπὼς, καθάπερ ὤνιον εὐθὺς ἀργυρίᾳ τὴν ἀρετὴν ἔχοντας; μηδ' ἐπὶ τύχῃ κεῖσθαι τὴν αὐτῷ φρόνησιν αὔξειν ἢ κολούειν νομίζων, ἀλλ' ἀντὶ δόξης, ἢ δυνάμεως, ἢ εὐτυχίας, ἢ τινος ὁμοίᾳ τῇ ἀρετῇ κεχρῆσθαι τὸν ποιητὴν ἡγούμενος. Dignus quoque, qui ad h.l. conferatur, Tzetzes: quorum ſententiae non dubito, quin quiſque lubentius ſubſcribat, quam Robinſono. *Krebſius.*

314. Δαί-

Δαίμονι δ' οἷος ἔησθα. τὸ ἐργάζεσθαι ἄμεινον,
Εἴ κεν ἀπ' ἀλλοτρίων κτεάνων ἀεσίφρονα θυμὸν
Εἰς ἔργον τρέψας, μελετᾷς βίον, ὥς σε κελεύω.
Αἰδὼς δ' οὐκ ἀγαθὴ κεχρημένον ἄνδρα κομίζει·

Deo autem similis fueris. Laborare (inquam) melius,
Si quidem ab alienis facultatibus stolidum animum
Ad opus conuertens, de victu sis sollicitus, sicut te jubeo.
Pudor autem non bonus egenum hominem tenet:

314. δαίμονι] τῇ τύχῃ. οἷος] ὅμοιος. ἔησθα] ἦς· ὑπάρχοις. ἐργάζεσθαι] πράττειν. ἄμεινον] κρεῖττον. 315. ἀλλοτρίων] ξένων. κτεάνων]-κτημάτων. ἀεσίφρονα (sic) θυμὸν] ἀλαζονικὴν (sic) ψυχήν. 316. τρέψας] ἐκτρέψας. ὡς] καθὰ. κελεύω] προστάττω. 317. κεχρημένον] ἐνδεῆ. κομίζει] ἄγει.

315. ἀεσίφρονα Augusti. Ald. Iunt. 1. 2. Trinc. 316. τε Iunt. 1. 2.

314. Δαίμονι δ' οἷος ἔησθα] Hoc est, ὅμοιος. Scribo ἔοισθα. Hesych. ἔοι, εἴη, γένοιτο, ὑπάρχοι. *Guietus.*

Δαίμονι δ' οἷος ἔησθα] Hoc est, οἷος Δαίμων ἐσσὶ, τοῖος ἦς, *qualis est Deus, talis sis.* Loquutio est contracta, quales permultae in Lingua Graeca. *Clericus.*

315. Ἀεσίφρονα θυμὸν] Ἀεσίφρονα, βλαψίφρονα, pro ἀσίφρονα, iniquum, ἄδικον. Τὸ ἀεσίφρων pro ἀασίφρων. Hesych. Ἀασίφρονι, βλαψίφρονι, φρενοβλαβεῖ. ἀάσαι γὰρ τὸ βλάψαι. Sed vtrumque ἐπενθέσει e et a ab ἆσαι, ἀεσίφρων, ἀασίφρων pro ἀσίφρων. *Guietus.*

317. et 318. Hi duo versus, teste Plutarcho apud Proclum, ex Homero huc intrusi, cui libenter adsentimur. v. 317. Ἄνδρα κομίζει] *curat, regit.* an legendum δαμάζει? *Guietus.*

Αἰδὼς δ' οὐκ ἀγαθὴ etc.] Hunc et sequentem versum leviter immutatos ex *Homero* sumsit *Hesiodus*; quod, vt habet *Proclus*, obseruarat *Plutarchus*, qui etiam eos ab alio insertos Hesiodeo poëmati credidit. Prior autem desumtus est ex Odyss. P. vbi hic versus legitur:

Αἰδὼς οὐκ ἀγαθὴ κεχρημένῳ ἀνδρὶ πρόϊκτη.

Pudor non bonus est egenti viro mendico. Alter vero ex Iliad. Ω. vbi Poëta de Achille Hectoris cadaueri illudente:

— — ἀδὲ οἱ αἰδὼς
Γίγεται ἥ τ' ἄνδρας μέγα σίγεται, ἠδ' ὀνίνησι.

Neque ei pudor est, qui homines valde laedit et iuuat. Sed non est vtriusque versus sensus idem, apud vtrumque Poëtam. Sensus *Hesiodi* est, non oportere

Αἰδὼς ἥ τ' ἄνδρας μέγα σίνεται ἠδ' ὀνίνησι.
Αἰδὼς τοι πρὸς ἀνολβίην, θάρσος δὲ πρὸς ὄλβον.
Χρήματα δ' ἔχ ἁρπακτά· θεόσδοτα πολλὸν ἀμείνω. 320
Εἰ γάρ τις καὶ χερσὶ βίῃ μέγαν ὄλβον ἕληται,
Ἢ ὅγ' ἀπὸ γλώσσης λῃΐσσεται, (οἷά τε πολλὰ
Γίνεται, εὖτ' ἂν δὴ κέρδος νόον ἐξαπατήσῃ
Ἀνθρώπων, αἰδὼ δέ τ' ἀναιδείη κατοπάζῃ)

Pudor qui hominibus valde et obeſt et prodeſt.
Pudor quidem ad paupertatem, audacia vero (ducit) ad diuitias.
Opes autem non rapiendae: diuinitus datae multo meliores.
Si quis enim et manu per vim magnas opes parauerit,
Aut lingua praedatus fuerit, (qualia multa
Fiunt, quam primum lucri amor mentem deceperit
Hominum, pudorem vero impudentia vicerit)

318. σίνεται] βλέπτει. ὀνίνησι] ὠφελεῖ. 319. πρὸς ἀνολβίην] [ſubaud.] παράκειται. ἀνολβίην] πτωχείαν. πρὸς ὄλβῳ] [ſubaud.] παράκειται. ὄλβῳ] πλούτῳ. 320. θεόσδοτα] ἐκ δικαίας πόρου πτηθέντα. 321. ὄλβον] πλοῦτον. ἕληται] λάβῃ. 322. λῃΐσσεται] ἀποσερήσει. οἷα] καθὰ. 323. εὖτ'] ὅταν. νόον] νοῦν. 324. κατοπάζῃ] ἀποκρύπτῃ· κατόπιν ἑαυτῆς ποιῇ.

318. αἰδὼς ἡ eraſo τ Acad. 319. ἀνολβίῃ Coiſl. Palat. Auguſt. Acad. Ald. Iunt. 1. 2. Trinc. Steph. Heinſ. Com. ὄλβῳ B. 60. 731. R. S. Coiſl. Auguſt. Ald. Iunt. 1. 2. Trinc. Steph. Com. Heinſ. 320. ἐκ Heinſ. 321. χερσὶ Acad. Ald. Iunt. 1. 2. Trinc. Com. Heinſ.

tere quemquam opus refugere, quodcumque ſit, ſi modo illicitum non eſt, nec aliud quidquam honeſtius ſuppetat, quo victum quaerat. Ex paternis ſchedis. *Clericus.*

318. Αἰδὼς ἥτ' ἄνδρας.] Ita pene filius Sirachi cap. 4, 21. Ἔστιν αἰσχύνη ἐπάγουσα ἁμαρτίαν, καὶ ἔστιν αἰσχύνη δόξα καὶ χάρις. *Robinſ.*

319. Αἰδὼς τοι πρὸς ἀνολβίην, θάρσος δὲ πρὸς ὄλβῳ] Scribendum videtur πρὸς ἀνολβίην, θράσος δὲ πρὸς ὄλβον, ſubintellige ποιεῖ. *Guietus.*

Αἰδὼς τοι πρὸς ἀνολβίην] Hoc eſt, ſi te puduerit laboris, maliſque otiari quam laborem viliorem ſuſcipere, quamuis alius honeſtior non occurrat, ſemper pauper eris: ſin vero audacter labori ceruicem ſubiicias, ad diuitias poteris peruenire. Ex paternis ſchedis. *Clericus.*

324. Κατοπάζῃ] Heſych. κατοπάζων, διώκων. quae expoſitio huic loco omnino convenit. Recte Interpres. *Guietus.*

326. Ἀτὰ

Ῥεῖά τε μὶν μαυρῶσι θεοὶ, μινύθουσι δὲ οἶκοι
Ἀνέρι τῷ· παῦρον δέ τ' ἐπὶ χρόνον ὄλβος ὀπηδεῖ.
Ἶσον δ' ὅς θ' ἱκέτην, ὅς τε ξεῖνον κακὸν ἔρξει·
Ὅς τε κασιγνήτοιο ἓῦ ἀνὰ δέμνια βαίνοι
Κρυπταδίης εὐνῆς ἀλόχῳ, παρακαίρια ῥέζων·
Ὅς τέ τευ ἀφραδίῃς ἀλιταίνεται ὀρφανὰ τέκνα·

Facile et illum peſſumdant Dii, minuntur vero familiae
Viri talis: exiguumque ad tempus diuitiae adſunt.
Par vero committit delictum, et qui ſupplicem et qui hoſpitem malo afficiet:
Quique fratris ſui cubilia adſcenderit,
Furtiui cauſa concubitus vxoris, ſcelerata patrans:
Quique mala cuiuſpiam fraude deceperit orphanos liberos:

325. ῥεῖα] ῥᾳδίως. μὶν] αὐτὴν (ſic). μαυρῶσι] ἀμαυρῶσι· ἀφανίζουσι. μινύθουσι] σμικρύνονται. 326. ἀνέρι τῷ] τῷ ἀνδρὸς τότε. παῦρον] ὀλίγον. ὄλβος] πλοῦτος. ὀπηδεῖ] ἕπεται. 327. Ἶσον] ὅμοιον κακὸν. ῥέξει (ſic)] πράξει. 328. κασιγνήτοιο] κασιγνήτου· ἀδελφοῦ. ἓῦ] ἰδίῳ. δέμνια] λέχη. βαίνει (ſic)] ἀναβαίνει. 329. κρυπταδίης εὐνῆς] κρυφίου λέχους ἕνεκα. ἀλόχῳ] γυναικὸς. παρακαίρια] ἄκαιρα· ἀπρεπῆ. ῥέζων] ποιῶν. 330. τευ] τινὸς. ἀφραδίῃς] μωρίας. ἀλιταίνεται] ἁμαρτάνει.

325. δὲ μιν Acad. 326. παυροῖσι τ' ἐπὶ R. S. 327. ῥέξει Auguſt. 328. βαίνει Auguſt. Acad. Pro ἓῦ in Cler. et Rob. malè ἐῷ. 329. Κρυπταδίοις Trinc. παραχέρια Trinc. παρακείρια Moſchop. 330. ἀλιτραίνεται Auguſt. Iunt. 1. Steph. Com. Heinſ.

326. Ἀνὰ δέμνια βαίνοι] Ἀναβαίνοι. *Guietus.*

327. Ἶσον δ' ὅς θ' ἱκέτην] Ex comparatione ſcelerum, liquet quanti facerent Graeci, ab antiquiſſimis vſque temporibus, ſupplicibus opitulari; cum eos neglexiſſe aeque ſceleſtum habeatur ab *Heſiodo*, ac fratris vxorem corrupiſſe etc. Qui mos etiam diu viguit, vt liquet ex vita Themiſtoclis, apud *Plutarchum*, vbi narrat quomodo Admeto, Moloſſorum Regi, ſupplicarit, pag. 124. inuiolabiliſque ſua illa ἱκεσίᾳ factus fuerit. *Clericus.*

329. Κρυπταδίης εὐνῆς] Moſchop. et Proclus τὸ ἕνεκα, hic ſubintelligunt. Tzetzes τὸ διὰ ſupplet. Τὸ ἕνεκα placet. Sic in Ἀσπίδ. v. 406. μαχέσθην Αἰγὸς ἐρεσσινόμᾳ ἢ ἀγροτέρης ἐλάφοιο. ſupple ἕνεκα. Sic et verſu ſequente κρυπταδίης εὐνῆς ſubintellige ἕνεκα. deinde lege: παρακαίρια, ἀπρεπῆ καὶ ἀναίρμοστα. Moſchop. *Guietus.*

330. Ὅς τέ τευ] Hoc eſt, τινός. forſan ſcribendum: ὅς τε καὶ. *Guietus.*

333. Ζεὺς

Ὅς τε γονῆα γέροντα, κακῷ ἐπὶ γήραος οὐδῷ,
Νείκεί χαλεποῖσι καθαπτόμενος ἐπέεσσιν.
Τῷ δή τοι Ζεὺς αὐτὸς ἀγαίεται, ἐς δὲ τελευτὴν
Ἔργων ἀντ' ἀδίκων χαλεπὴν ἐπέθηκεν ἀμοιβήν.
Ἀλλὰ σὺ τῶν μὲν πάμπαν ἔεργ' ἀεσίφρονα θυμόν 335
Καδδύναμιν δ' ἔρδειν ἱερ' ἀθανάτοισι θεοῖσιν

Quique parentem ſenem, miſera in ſenectute,
Probris affecerit, grauibus inceſſens verbis:
Huic certe Iupiter iraſcitur, ad extremum vero,
Pro operibus iniquis grauem exhibet talionem.
Verum tu quidem ab his omnino cohibe ſtultum animum:
Pro facultate autem ſacra facito immortalibus Diis

331. οὐδῷ] ἐδάφει· τέλει. 332. νεικείῃ] φιλονεικεῖ. καθαπτόμενος] ὑβρίζων· ἀτιμάζων· λυπῶν. ἐπέεσσιν] λόγοις. 333. τῷ] τούτῳ. ἀγαίεται] μισεῖ· ἀγανακτεῖ. τελευτὴν] τέλος. 334. ἀμοιβὴν] ἀνταπόδοσιν. 335. τῶν] τούτων. πάμπαν] παντελῶς. ἔεργ'] ἔεργε· κώλυε. ἀεσίφρονα] ὑπερήφανον θυμὸν] ψυχὴν. 336. καδδύναμιν] κατὰ δύναμιν. ἔρδειν] θυσιάζειν.

335. τὸν Acad. Trinc. ἄεργ' Heinſ.

333. Ζεὺς αὐτὸς ἀγαίεται] Iupiter, nimirum, ἱκετήσιος, vt loquitur *Homerus* Odyſſ. N. vbi Vlyſſem, qui ſe deceptum a Phaeacibus putabat, ſic loquentem inducit v. 213.

Ζεὺς σφέας τίσαιτο ἱκετήσιος, ὅς τε καὶ ἄλλους
Ἀνθρώπους ἐφορᾷ καὶ τίνυται, ὅστις ἁμάρτῃ.

Iupiter eos vlciſcatur ſupplicum vindex, qui et alios homines inſpectat, et plectit quiſquis peccauerit. Clericus.

336. Καδδύναμιν ἔρδειν] Socrates frequenter hunc verſum in ore habebat, vt prodidit Xenophon Lib. I. memorabilium Socratis. „Cum ex te„nuibus, inquit, facultatibus „parua offerret offerumenta, „nihilo inferiorem iis ſe eſſe „arbitrabatur, qui ex amplis „et magnis facultatibus multa „et magna offerrent ſacrificia; „nam honeſtum Diis eſſe ne„gabat, ſi magnis potius hoſtiis „et amplis ſacrificiis, quam „paruis, delectarentur; fore „enim vt ea quae a prauis of„feruntur, plerumque illis gra„tiora eſſent, quam quae pii „et boni offerunt; neque vi„vendum hominibus dicebat, „ſi Diis gratiora forent ea quae „a malis, quam ea quae a bo„nis offeruntur. Imo exiſti„mabat eos, honoribus ſibi a „piis delatis, maxime gaudere. Hactenus *Xenophon*, cuius verba optime declarant, quid ſit κατὰ δύναμιν ἔρδειν, nempe,

pro

Ἁγνῶς καὶ καθαρῶς, ἐπὶ δ' ἀγλαὰ μηρία καίειν·
Ἄλλοτε δὴ σπονδῇς θυέσσί τε ἱλάσκεσθαι,

Caſte et pure, nitidaque femora adole.
Interdum certe libaminibus atque adoramentis placa,

337. ἀγλαὰ μηρία] καθαρὰς μηρούς. 338. θυέσσι] θυείαις. ἱλάσκεσθαι] ἐξευμενίσαι. [ſubaud.] θέλε.

338. σπονδῇσι B. 699. R. S. Coiſl. Auguſt. Acad. Senat. Ald. Iunt. 1. 2. Trinc. Steph. Com. θύεσσι B. 699. R. S. Heinſ.

pro ratione facultatum ſacra facere. Ex ſchedis paternis. *Clericus.*

Καδδύναμιν δ' ἔρδειν] Huic praecepto conforme eſt Horatianum illud, quo Maecenatem e graui morbo recreatum hortatur: *Reddere victimas Aedemque votiuam memento; Nos humilem feriemus agnam.* lib. 2. Od. 17. Et l. 3. Od. 23. *Caelo ſupinas ſi tuleris manus.* Rob.

337. Ἁγνῶς καὶ καθαρῶς] Graeci *Heſiodi* Interpretes referunt vocem ἁγνῶς ad animum, et καθαρῶς ad corpus. Verum vtraque vox ad vtrumque pertinet, et primum quidem ad animum, deinde etiam ad corpus. *M. Tullius* Lib. II. de Legibus, vbi interpretatur legem, cuius initium eſt: *Ad Diuos adeunto caſte, Pietatem adhibento* etc. *caſte,* inquit, *Lex iubet adire ad Deos, animo, videlicet, in quo ſunt omnia, non tollit caſtimoniam corporis; ſed hoc oportet intelligi, cum multum animus corpori praeſtet, obſeruetur que, vt caſta corpora adhibeantur, multo eſſe in animis id ſeruandum magis; nam illud vel adſperſione aquae, vel dierum numero tollitur; animi labes nec diuturnitate euaneſcere, nec amnibus vllis elui poteſt.* Notiſſimum eſt ſacra veſtibus, manibus, vaſiſque puris fieri ſolita et recenti Venere pollutos ab iis amotos. Ex ſchedis paternis. *Clericus.*

Ἐπὶ δ' ἀγλαὰ μηρία καίειν] Ἐπικαίειν. Τμῆσις. *Guietus.*

338. θυέσσί τε ἱλάσκεσθαι] Graeuii ſententiae accedo, qui hoc in loco θυέσσι vertit, non *hoſtiis*, ſed *odoramentis.* In priore verſu praeceperat poëta, vt *hoſtiae* diis mactarentur, quae quoniam fieri quotidie, a pauperibus ſaltem, non poſſent, monet igitur, vt libaminibus et odoramentis, cultu ſcil. faciliore et magis expedito, matutino et veſpertino tempore dii placarentur. Porro ſi τὸ θῦον et τὸ θῦμα eiuſdem ſint ſignificationis, ſatis conſtat τὸ θῦον opponi τοῖς ἱερείοις. Sic enim Thucydides lib. 1. Ἔστι γὰρ καὶ Ἀθηναίοις Διάσια, ἃ καλεῖται Διὸς ἑορτὴ Μειλιχίου μεγίστη,

Ἦ μὲν ὅτ' εὐνάζῃ, καὶ ὅταν Φάος ἱερὸν ἔλθῃ·
Ὡς νέ τοι ἵλαον κραδίην καὶ θυμὸν ἔχωσιν·
Ὄφρ' ἄλλων ὠνῇ κλῆρον, μὴ τὸν τεὸν ἄλλος.
Τὸν φιλέοντ' ἐπὶ δαῖτα καλεῖν, τὸν δ' ἐχθρὸν ἐᾶσαι.

Et quando cubitum ieris, et quando matutinum tempus venerit:
Vt beneuolum erga te cor atque animum habeant;
Vt aliorum emas agrum, non tuum alius.
Amicum ad conuiuium vocato, inimicum vero relinque.

339. ἦμὲν (sic)] καὶ. εὐνάζῃ] εἰς ὕπνον ἀπῇς. φάος] φῶς. 340. ὡς] ἵνα. ἵλαον] ἱλαρὸν. θυμὸν] ψυχὴν. 341. ὠνῇ] ἀγοράζῃς. κλῆρον] κληρονομίαν. τὸν τεὸν] τὸν σὸν. 342. φιλέοντ'] φιλοῦντα. δαῖτα] εὐωχίαν. καλεῖν] [subaud.] θέλε. ἐᾶσαι] ἀφιέναι.

330. ἦμὲν August.

μεγίστη, ἔξω τῆς πόλεως· ἐν ᾗ πανδημεὶ θύουσι πολλοὶ, οὐχ ἱερεῖα, ἀλλὰ θύματα ἐπιχωρία. *Nam apud Athenienses quoque sunt Diasia, quae maximus Iouis Milichii dies festus vocantur, et extra vrbem celebrantur: in quo ex omni hominum genere multi immolant non hostias, sed placentas quasdam, quibus indigenae vti solebant.* Ad hunc locum videtur respexisse Iulius Pollux l. I. c. I. vbi τὸ θυμιᾶν exponit ἀρώματα λύειν (lege θύειν) ἐν πυρί. τὰ δὲ ἀρώματα καὶ θυμιάματα καλεῖται. Θουκυδίδης δ' αὐτὰ εἶρηκεν ἀγνὰ θύματα, πρὸς τὰ αἱμάσσοντα καὶ σφαττόμενα ἀνατιθεὶς σμύρναν, λιβανωτόν. *Aromata vero ipsa et suffimenta vocantur. Sed Thucydides ea vocauit pura sacrificia, oppositionem faciens inter animalia, quae mactata aras cruentant, et inter myrrham atque thus.* Rob.

342. Τὸν φιλέοντ' ἐπὶ δαῖτα καλεῖν] Quis vero vnquam, praetermissis amicis, inimicos ad conuiuium vocauit? Profecto nemo. Itaque a praecipiendo supersedere potuisset *Hesiodus*, qui hic nescio quid habet senile, et frigidum. *Clericus.*

Saepe in notis suis Ioh. Clericus sterilitatis et frigiditatis Hesiodum accusat. Ad haec satis erit, hoc in loco semel respondisse. Elegantiam et acumen, quae recentiores tam sedulo sectantur, in antiquis illis scriptoribus frustra requiras. Illi nudam simplicitatem, et veritatem non fucatam amauerunt, deliciarum omnium et facetiarum incurioſi. Quod quidem tum ex sacro Codice, tum ex Homero, qui solus ex profanis auctoribus ad Hesiodi aetatem creditur assurgere, abvnde constat. *Robins.*

Τὸν δὲ μάλιστα καλεῖν, ὅς τις σέθεν ἐγγύθι ναίει.
Εἰ γάρ τοι καὶ χρῆμ' ἐγχώριον ἄλλο γένηται,

Eum autem potissimum vocato, quicumque te prope habitat. Si enim tibi aliquod negotium rusticum inexspectatum eueniat,

343. σέθεν] σε. ἐγγύθι] πλησίον. ναίει] οἰκεῖ. 344. χρῆμ' ἐγχώριον] χρεία τοπικὴ.

343. Τόνδε Augusti. Ald. 344. γάρ τι Coisl. χρῆμα Ald. Iunt. 1. 2. Trinc.

344. Ἐγχώριον] Legit hic *Stephanus*, in voce Κώμη, ἐγκώμιον, quemadmodum legit etiam *Proclus*. Ἐγκώμιος idem est ac ἐγχώριος, quia κώμη et χώρα idem sunt; nempe, *vicus*. Ideoque adiectiua haec sonant *incolam vici*, aut *pertinentem ad vicum*. Perinde est vtramuis lectionem sequamur. *Clericus*.

Ἄλλο γένηται] Τὸ ἄλλο hic fortuitum exponit Heinsius, cuius vide notas. vers. sequ. γείτονες ἄζωστοι, vicini inermes. ζώσαντο δὲ πηοί. tardius veniunt ad suos. *Guietus*.

Ἄλλο γένηται] Rem non tantum *inexspectatam*, sed *malam* quae *alia* dicitur κατ' εὐφημίαν, significari dudum ostendit *Dauid Clericus*, patruus meus, Quaestionum sacrarum XVI. quam adito. *Clericus*.

Εἰ γάρ τοι καὶ χρῆμ' ἐγχώριον ἄλλο γένηται] Elegantissimum est illud ἄλλο, quo hoc loco ea ratione vsus est, qua frequenter Scriptores Attici τῷ ἄλλως. Sic apud Lucianum Venus in Iudicio Dearum, cum instaret Mercurius, vt causam sciret, cur de Paride tam studiose inquireret, respondet, ἄλλως ἠρόμην. Est igitur, χρῆμ' ἄλλο, ἡ βλάβη, ἡ τύχη ἐπιπεσοῦσα, ἡ βλάβη, ἢ περιπεσών τις τύχῃ λανθάνει. detrimentum siue infortunium inexspectatum et fortuitum. χρῆμα ἄλλο vocat Virgilius, id quod Graeci ἀλλως dicunt, *tantum* reddit. Sic in illo Sileni,

Serta procul tantum capiti delapsa iacebant;

οἱ στέφανοι ἄλλως ἔκειντο. Quintus Calaber, vitam humanam, ἀνθρώπινον βίον eleganter ἄλλον esse dicit, quia mala bonis, bonis mala sine vlla ratione attribuuntur. Locus est elegantissimus elegantis Poëtae:

— τὰ δ' ἄλλυδις ἄλλα φέρονται
Πνοιὴ ὡς ἀνέμοιο, καὶ ἀνέρι πολλάκις ἐσθλῷ
Ἀμφεχύθη μέγα πῆμα· λυγρῷ δ' ἐπὶ κάππεσεν ὄλβος
Οὔ τι ἑκών. ἄλλος δὲ πέλει βίος ἀνθρώποισι. *Heinsius*.

347. Ἐμ-

Γείτονες ἄζωστοι ἕκιον, ζώσαντο δὲ πηοί.
Πῆμα κακὸς γείτων, ὅσσον τ' ἀγαθὸς μέγ' ὄνειαρ.
Ἔμμορέ τοι τιμῆς ὅς τ' ἔμμορε γείτονος ἐσθλοῦ.
Οὐδ' ἂν βοῦς ἀπόλοιτ', εἰ μὴ γείτων κακὸς εἴη.
Εὖ μὲν μετρεῖσθαι παρὰ γείτονος, εὖ δ' ἀποδοῦναι,
Αὐτῷ τῷ μέτρῳ, καὶ λώϊον, αἴ κε δύνηαι·
Ὡς ἂν χρηίζων καὶ ἐς ὕστερον ἄρκιον εὕρῃς.
Μὴ κακὰ κερδαίνειν· κακὰ κέρδεα ἶσ' ἄτῃσιν.
† Τὸν φιλέοντα φιλεῖν, καὶ τῷ προσιόντι προσεῖναι.

Vicini diſcincti accurrunt, cinguntur autem cognati.
Noxa tam magna eſt malus vicinus, quantum bonus commodum.
Nactus eſt rem bonam, quicumque nactus eſt vicinum bonum.
Neque bos interierit, niſi vicinus malus ſit.
Recte quidem metiaris a vicino (mutuum accipiens) recte etiam redde,
Eadem menſura, et amplius, ſi quidem poſſis:
Vt indigens etiam in poſterum promtum inuenias.
Ne mala lucra captes; mala lucra aequalia damnis.
† Amantem te ama, et inuiſentem inuiſe.

345. ἕκιον] ἔρχονται. ζώσαντο] ἐζώσατο. ἠποὶ (ſic)] συγγενεῖς. 346. μέγ' ὄνειαρ] μεγάλη ὠφέλεια. 347. ἔμμορε] ἔτυχε. bis. ἐσθλοῦ] καλοῦ. 349. μετρεῖσθαι] μέτρῳ δανείζεσθαι. 350. λώϊον] κρεῖττον. αἴκε] ἐὰν. δύνηαι] δύῃ. 351. ὡς] ἵνα. χρηίζων] χρήζων. ἄρκιον] ἱκανὸν. 352. ἄτῃσι] βλάβαις. 353. φιλέοντα] φιλοῦντα.

345. δ' ἠποὶ Auguſt. 348. ἀπόλοιτ' Trinc. μι Trinc. 352. ἶσα ἄτῃσι B. 60.

347. Ἔμμορέ τοι τιμῆς] Pretium, rem pretioſam. Interp. *bonum.* v. 351. ἄρκιον eſt ſufficiens non promtum, vt vulgo. *Guietus.*

349. Εὖ μὲν μετρεῖσθαι] Hoc eſt, ſi ſementem a vicino, ſi vinum mutuum accipias, cave quidem ne minus accipias, quam te accepiſſe apocha fateris; ſed fac vt parem menſuram reddas aut etiam cumulatiorem. Stultum eſt pati tibi fucum fieri, aut a te exigi poſſe plus quam debeas; ſed iuſtum eſt paria reddere, liberale etiam plura, quando licet. *Clericus.*

351. Ἄρκιον] Praeſens. *Scaliger.*

353. Τὸν φιλέοντα φιλεῖν] Hic et duo ſequentes verſus plane ſunt illiberales. Attamen propterea eos non abiu-

Καί δόμεν ὅς κεν δῷ, καὶ μὴ δόμεν ὅς κεν μὴ δῷ.
† Δώτῃ μέν τις ἔδωκεν, ἀδώτῃ δ' ὅτις ἔδωκεν. 355
Δὼς ἀγαθή, ἅρπαξ δὲ κακὴ, θανάτοιο δότειρα.
Ὅς μὲν γάρ κεν ἀνὴρ ἐθέλων, ὅγε καὶ μέγα δοίη,
Χαίρει τῷ δώρῳ, καὶ τέρπεται ὃν κατὰ θυμόν.
Ὅς δέ κεν αὐτὸς ἕλῃται, ἀναιδείῃφι πιθήσας,

† Et da ei qui dederit, neque da ei qui non dederit.
† Datori quidem est qui dat, non danti vero nemo dare solet.
Donatio bona, rapina vero mala atque lethifera.
Quicumque etiam vir libens dat, etsi multum dederit,
Gaudet donando, et delectatur suo in animo.
Qui vero libens rapuerit, impudentia fretus,

354. δόμεν] δοῦναι. bis. κε (sic)] ἂν. κεν] ἂν. 355. δώτῃ] τῷ μεταδοτικῷ. ἀδώτῃ] τῷ ἀμεταδότῳ. ὅτις] ὁδεὶς. 356. δὼς] δότις· ἡ δωρεά. ἅρπαξ] ἁρπαγή. δότειρα] πρόξενος. 357. κεν] ἂν. ὃς μὲν γάρ κεν ἀνὴρ] [subaud.] δῷ. ὅγε] ἕτος. 358. τέρπεται] εὐφραίνεται. ὃν] ἴδιον 359. ἀναιδείῃφι] ἀναιδείᾳ. πιθήσας (sic)] πειθοῖς.

355. pro κεν priori in cod. Aug. est κε. 357. ὅγε κ' ἄν B. 731. κἂν Ald. δώῃ B. 63. 699. 731. Coisl. August. Acad. Ald. Iunt. 1. 2. Trinc. Steph. Com. Heins. 358. χαίρει τε Acad. Senat. 359. πειθήσας August.

dicarim Poëtae, vt fecit *Plutarchus*, quod nos docent Graeci Scholiastae; nihil enim vetat eum parum liberalis, atque parum erectae fuisse indolis. Haec eadem ratio facit vt minime admittam eorum interpretamentum, qui volunt *Hesiodum* praecipere vos amicos seligendos, qui sciant esse amici et ab inhumanitate sint remoti; iisque dandum, qui liberales sint, non auaris; praeterquam quod vel hoc sensu frigidissima, sunt haec praecepta. Quis enim eius amicitiam colat, qui sibi non sit amicus? Quis eum muneribus donet, qui sit dumtaxat auarus, nec vmquam velit ea vllo officio remunerari, quamuis possit? *Clericus.*

Προσιόντι προσεῖναι] Τὸν προσηγορεῦντα προσηγορεῖ. vide Tzetzem de his versibus. accedere προσηγορεῖν. τὸν προσηγορεῦντα προσηγορεῖ, τῷ εὐομίλῳ εὐομιλεῖ. *Guietus.*

356. Ἅρπαξ pro ἁρπαγή, vt v. 191. ὕβριν pro ὑβριστήν. *Scaliger.*

357. Ἀνὴρ ἐθέλων] Ἔδωκεν ἀνὴρ. et ὅγε καὶν μέγα δώῃ. Anastrophe pro καὶν ὅγε μέγα δώῃ. *Guietus.*

358. Χαίρει τῷ δώρῳ] Hoc est, donatione facta. *Idem.*

360. Καὶ

Καί τε σμικρὸν ἐὸν, τό τ' ἐπάχνωσεν Φίλον ἦτορ. 360
Εἰ γάρ κεν καὶ σμικρὸν ἐπὶ σμικρῷ καταθεῖο,
Καὶ θαμὰ τῷθ' ἕρδοις, τάχα κεν μέγα καὶ τὸ γένοιτο.
Ὃς δ' ἐπ' ἐόντι φέρει, ὅδ' ἀλύξεται αἶθοπα λιμόν.
Οὐδὲ τό γ' εἰν οἴκῳ κατακείμενον ἀνέρα κήδει.

Quamuis id ſit exiguum, tamen cruciat ſuum animum.
Siquidem enim paruum paruo addideris,
Et frequenter iſtud feceris, mox magnum et hoc euaſerit.
Qui vero parto adiicit, is vitabit atram famem.
Neque vero quod domi repoſitum eſt, hominem ſollicitum habet.

360. ἶδν] δν. τόγ'] τῶτο. ἐπάχνωσε (ſic)] ἐλύπησε. φίλον ἦτορ] φίλην ψυχὴν τῦ ἀφαιρεθέντος. 361. κεν] ἂν. 362. θαμὰ] συνεχῶς. ἕρδοις (ſic)] ποιοῖς. τάχα] ἴσως. τὸ] τῦτο. 363. ἀλύξεται] ἐκφεύξεται. αἶθοπα] καυτικὸν. 364. κήδει] λυπεῖ.

360. τόγ' Auguſt. Pro τό τ' male in Cler. τότ'. ἐπάχνωσε Auguſt. Ald. Iunt. 1. 2. Trinc. φίλον ἦτορ codd. Rob. omnes, ed. Trinc. atque ita Rob. edidit. Vulgo κῆρ. 361. ἐπὶ σμικρὸν Ald. Iunt. 1. 2. Trinc. Steph. ἐπὶ σμικρῷ Palat. vet. et rec. 362. τῶτ' Trinc. Iunt. ἕρδοις B. 60. 699. In cod. Aug. ſic, ἕρδ$^{οι}_{ει}$ς. 363. ἐπιόντι Auguſt. 364. ἐν Auguſt.

360. Καί τε σμικρὸν] Forſan, Καί τοι. ἐπάχνωσεν Φίλον κῆρ] ἦτορ placet. ἐπάχνωσεν, hoc eſt, ἐλύπησεν, συνέσειλεν. contriſtat, contraxit; ſubintellige, ei cui ablatum. παχνόω gelu conſtringo, congelo proprie. Sic Metaphorice pro triſti moerore afficio. Homer. Iliad. P. Τῷ δ' ἐν Φρεσὶν ἄλκιμον ἦτορ παχνῦται. Cordis ſyſtolen ſeu contractionem ſequitur triſtitia. Ceterum in fine verſus legendum videtur Φίλον ἦτορ, pro Φίλον κῆρ, quod ſuppoſitum eſt a librariis. Locus ex Homerico ſupra citato expreſſus foret. Scribendum τὸ γ' ἐπάχνωσεν Φίλον ἦτορ. *Guietus.*

Καί τε σμικρὸν ἐὸν καὶ τὰ ἑξῆς] Vera haec ſunt, quis neget? ſed non opus fuit Muſarum afflatu, vt excogitarentur aut ſcriberentur, quae vel a vetula cogitari, nec frigidius exprimi potuerunt. *Clericus.*

Φίλον ἦτορ] Vulgares editiones habent Φίλον κῆρ. Sed cum omnium Codd. conſenſu reſtitui Φίλον ἦτορ, quam etiam lectionem tuetur Suidas. *Rob.*

364. Αἶθοπα λιμὸν] Atram, deformem, turpem. et maleſuada fames et turpis Stat. Initio huius verſus, Ὃς δ' ἐπ' ἐόντι φέρει. ὃς δὲ ἐπιφέρει τῷ ὄντι, hoc eſt, τῇ οὐσίᾳ. *Guietus.*

Οἶκοι βέλτερον εἶναι, ἐπεὶ βλαβερὸν τὸ θύραζε. 365
Ἐσθλὸν μὲν παρεόντος ἑλέσθαι· πῆμα δὲ θυμῷ,
Χρηίζειν ἀπεόντος· ἃ σε φράζεσθαι ἄνωγα.
Ἀρχομένῳ δὲ πίθῳ, καὶ λήγοντος κορέσασθαι·
Μεσσόθι φείδεσθαι· δειλὴ δ' ἐνὶ πυθμένι φειδώ.

Domi melius esse, quoniam damno obnoxium quod foris est.
Bonum quidem de praesenti capere: noxa vero animo
Egere absente: quae te cogitare iubeo.
Quum relinitur dolium, et fere est epotum, saturare:
Medio parce: sera vero in fundo parcimonia.

365. οἴκοι] ἐν τῷ οἴκῳ. τὸ θύραζε] τὸ ἐκτὸς. 366. παρεόντος] παρόντος. ἑλέσθαι] λαβεῖν. πῆμα] βλάβη. 367. χρηίζειν] χρήζων. ἀπεόντος] ἀπόντος. φράζεσθαι] σκοπεῖσθαι. ἄνωγα] κελεύω. 368. κορέσασθαι] χορτάσαι [subaud.] θέλε. 369. μεσσόθι] μέσον. φείδεσθαι] ἀκριβολογεῖσθαι. [subaud.] θέλε. πυθμένι] τέλει.

365. οἴκοι Ang. Ald. Iunt. 1. 2. Com. Heins. 367. ἀπόντος Senat. 369. δειὴ B. 60. 699. 731. R. S. August. Ald. Iunt. 1. 2. Trinc. Steph. Com. Heins.

366. Οἶκον βέλτερον] Subintellige τὸν βίον. victualia. *Guietus.*

367. Παρεόντος] De praesentibus, hoc est, de domi reconditis in penu. *Guietus.*

368. Ἀρχομένῳ δὲ πίθῳ] Constat quidem vinum ἐν πυθμένι minus generosum esse, cum vappescere, aut acescere soleat; sed nescio an quod primum, relito dolio, bibitur sit deterius, ac proinde an copiosius bibendum, eadem de causa ac quod vltimum supereſt. *Clericus.*

369. Δειλὴ δ' ἐνὶ πυθμένι φειδώ] Alii δεινὴ, versu sequente Μισθὸς δ' ἀνδρὶ φίλῳ εἰρημένος etc. Μισθὸς ὁ ταχθεὶς ὑπ' ἀνδρὸς φίλῳ ἄρ. ε. v. 371. ἐπὶ μάρτυρα θέσθαι. Τμῆσις pro ἐπιθέσθαι. *Guietus.*

Δεινὴ δ' ἐνὶ πυθμένι φειδώ] Scribo δειλή. Sicut Poëtis δειελινὸν, μετὰ πλεονασμῷ Ἰωνικῷ, est δειλινὸν. Sic δειλὸν μετὰ συγκοπῆς, idem est quod *serum*: quamobrem omnes quotquot haec tangunt Scriptores *serum* vertunt. Sic in Catalectis Virgilii:

Et belluato sera patrimonio
In fraive parsimonia.

Namque huc respicit ὁ γραψάμενος. quod non fugit quoque magnum Scaligerum. *Sera parsimonia*, δειλὴ φειδὼ sicut δειλὴ ὀψία. et similia. *Heinsius.*

Μισθὸς δ' ἀνδρὶ φίλῳ εἰρημένος ἄρκιος ἔστω.
Καί τε καστιγνήτῳ γελάσας ἐπὶ μάρτυρα θέσθαι.
Πίστις δ' ἄρα ὁμῶς καὶ ἀπιστίαι ὤλεσαν ἄνδρας.

Merces autem viro amico conſtituta ſufficiens eſto.
Etiam cum fratre ludens, teſtem adhibeto.
Credulitas pariter ac diffidentia perdere ſolent homines.

370. εἰρημένος] συμπεφωνημένος. ἄρκιος] ἱκανὸς. 371. καστιγνήτῳ] ἀδελφῷ. γελάσας] παίζων. θέσθαι] θεῖναι. 372. ὁμῶς] ὁμοίως. ὤλεσαν] ἔφθειραν.

370. Μισθὸς δ' ἀνδρὶ φίλῳ] Hoc velle videtur *Heſiodus*, amico indigenti, ſi eius opera vtamur, conſtituendam eſſe mercedem eius operae conuenientem, non eius amicitia abutendum. Digna ſunt notatu quae de hoc verſu habet *Plutarchus*, initio ferme vitae Theſei, vbi ſic de Pittheo, Theſei auo: Δόξαν μάλιστα πάντων, ὡς ἀνὴρ λόγιος ἐν τοῖς τότε καὶ σοφώτατος, ἔσχεν. ἦν δὲ τῆς σοφίας ἐκείνης τοιαύτη τις ἰδέα καὶ δύναμις, οἵᾳ χρησάμενος Ἡσίοδος εὐδοκίμει μάλιστα περὶ τὰς ἐν τοῖς Ἔργοις γνωμολογίας, καὶ μίαν γε τούτων ἐκείνην λέγεσι Πιτθέως εἶναι, Μισθὸς καὶ τὰ ἑξῆς. Τοῦτο μὲν οὖν καὶ Ἀριστοτέλης ὁ Φιλόσοφος εἴρηκεν: *habuit prae omnibus illius aeui famam eruditi et ſapientis viri. Erat autem ſapientiae illius ea ſpecies et vis, qua vſus Heſiodus famam ſibi peperit, praeſertim in ſententiis quae ſunt in Operibus. Vnam harum illam ferunt Pitthei fuiſſe*, Merces etc. *Atque hoc etiam Ariſtoteles Philoſophus tradidit.* Clericus.

371. Ἐπὶ μάρτυρα θέσθαι] Si agatur, nempe, negotium alicuius momenti; alioqui vita non eſſet vitalis, ſi omnes inſidiatorum loco eſſent habendi. Viuebat *Heſiodus*, apud Graeculos, de quorum multis dici fortaſſe potuit, quod de Populo Romano ſcripſerat *Lucilius*, cuius verba exſtant apud *Lactantium* Inſt. Diuin. Lib. V. c 9.

Vni ſe atque eidem ſtudio omnes dedere et arti,
Verba dare vt caute poſſint, pugnare doloſe;
Blanditia certare, bonum ſimulare virum ſe,
Inſidias facere, vt ſi hoſtes ſint omnibus omnes. Clericus.

372. Πίστις δ' ἄρα ὁμῶς] Scribo, poſtulante verſu: Πίστεις δ' ἄρ τοι ὁμῶς. Interpres πίστις legit in ſingulari, vertit, *credulitas.* Phaedrus imitatus eſt hunc locum fabula X. lib. 3. *Periculoſum eſt credere et non credere.* Guietus.

Μηδὲ γυνὴ σε νόον πυγοσόλος ἐξαπατάτω,
Αἰμύλα κωτίλλουσα, τεὴν διφῶσα καλιήν.
Ὃς δὲ γυναικὶ πέποιθε, πέποιθ' ὅγε φιλήτῃσι. 375
Μουνογενὴς δὲ παῖς σώζοι πατρώϊον οἶκον

Ne vero mulier te animo nates exornans decipiat,
Blande garriens, tuum inquirens sinum.
Qui namque mulieri confidit, confidit is furibus.
Vnicus vero filius seruet paternam domum

373. πυγοσόλος] πόρνη, ἡ τὸν ἑαυτὸν (sic) ἑαυτῆς πρωκτὸν κεκμῆσα. 374. αἰμύλλα (sic)] ἀπατηλὴ. κωτίλλουσα] λέγουσα· ἀπατῶσα. τεὴν] τὴν σὴν. διφῶσα] ἐρευνῶσα. καλιὴν] οἰκίαν. 375. πέποιθε] θαῤῥεῖ. ὅγε] ἔτος. φιλήτῃσι] φιλήταις· ἀπατηλοῖς. 376. παῖς] παῖς.

373. Μὴ δὲ Augusti. Ald. 374. Αἰμύλλα Augusti. 375. Φιλήτησι codices Robinf. omnes.

373. Πυγοσόλος] Stolae muliebres tunc temporis fortasse, in postica parte, erant in nodum collectae. Iam a multis annis, in magna Europae parte, sunt omnes mulieres πυγοσόλοι. *Clericus.*

Πυγοσόλος] Apud Suidam exponitur *Lena*, *Meretrix*, Προαγωγὸς, Μαυλίστρια. A Moschopulo, Ἑταιρὶς ἑαυτὴν ἐπὶ πορνείᾳ σολίζουσα. Quibus assentitur Proclus. *Rob.*

375. Φιλήτησι] Est verbum purum putum Aeolicum, quod in magna Graecia dicebant πιλητής. *Scaliger.*

Φιλήτησι] An Φηλήτησιν. A Φηλήτης τὸ Φηλέω, ἀπατῶ. Φηλήτης impostor, ἀπατεὼν. placet τὸ Φιλήτης. habet Hesychius et alii. Tzetzes dubitat de vocabuli scriptura et τὸ Φηλήτης videtur praeferre. ἐπέχω. *Guietus.*

Φιλήτησι] *Helladius* Bezantinus in Chrestomathia, quae est apud *Photium*, in Bibliotheca: Κατ' εὐφημισμὸν οἱ Ἀττικοὶ τὸν κλέπτην Φιλητὴν λέγουσι· οἱονεὶ μισητόν· ἢ καὶ Φιλητὴς ὁ κλέπτης, διότι φιλεῖ λαμβάνειν τὰ ἀλλότρια: *Attici boni ominis causa, furem* Φιλητὴν *dicunt, quasi exosum* (nempe κατ' ἀντίφρασιν) *vel* Φιλητὴς *fur, quia amat accipere aliena.* Crediderim potius dictum sic proprie furem non quemuis, sed qui amicitiam simulans furatur; quales mulieres, quas describit hic *Hesiodus.* Vide tamen *Vossium* in Etymolog. ad vocem *Pilo.* Clericus.

376. Πατρώϊον οἶκον] Sic distinguendum videtur. Τελεία στιγμὴ post τὸ οἶκον. Φερβέμεν ὡς γὰρ π. Pasce; ita enim opulentia crescat in aedibus. Notum illud Catonis ex Plutarcho, pascere, bene pascere, male pascere. *Guietus.*

377. Φερ-

Φερβέμεν· ὣς γὰρ πλεῖτος ἀέξεται ἐν μεγάροισι.
Γηραιὸς δὲ θάνοις ἕτερον παῖδ' ἐγναταλείπων.
Ῥεῖα δέ κεν πλεόνεσσι πόροι Ζεὺς ἄσπετον ὄλβον.

Pascendo: ita enim opulentia crescet in aedibus.
Senex autem moriaris, alium filium relinquens.
Facile vero et pluribus praebuerit Iupiter ingentes opes.

377. φερβέμεν] φέρβειν. διοικεῖν. ὣς] ὅτως. ἀέξεται] αὔξει. μεγάροισι] δόμοις. 378. ἐγναταλείπων] ἀφεὶς. 379. ῥεῖα] εὐκόλως. πλεόνεσσι] πλείοσι. πόροι] δίδοίη. ἄσπετον] πολὺν. ὄλβον] πλοῦτον.

377. Φερβέμεν· ὣς γὰρ πλεῖτος] Hic versus quam inepte cum sequenti cohaereat, fieri non potest, quin animadvertat quiuis, nam plane τὸ ἀκόλουθον desideratur. Ego dubitare non possum, Hesiodum hoc modo scripsisse, vt versus transponantur:

Μουνογενὴς δὲ παῖς σώζοι πατρώϊον οἶκον,
Γηραιὸς δὲ θάνοις ἕτερον παῖδ' ἐγναταλείπων
Φερβέμεν· ὣς γὰρ πλεῖτος ἀέξεται ἐν μεγάροισι.

Ita rei causa sequitur, quae interpellata erat, absurde interiecto illo versu: Ῥεῖα δέ κεν: nam τὸ δὲ apud Hesiodum αἰτιολογικὸν esse, qui eum triverunt, ignorare non possunt. Porro ἐγναταλείπων ἕτερον παῖδα φερβέμεν, recte dictum est. Pueri φέρβεσθαι dicuntur, dum in tenera illa aetate sunt, qua crescunt nutriunturque, vt et βόσκεσθαι. Tale est illud Sophoclis Aiace:

Τέως δὲ, κἀφοῖς πνεύμασιν βόσκει, φέαν
Ψυχὴν ἀτάλλων, μητρὶ τῇδε χαρμονήν.

Idem est βόσκεσθαι, φέρβεσθαι, ἀτάλλειν. Mens haec erit:

Vnicus vero filius domum pater
nam seruet,
Senex vero priusquam moriaris
alium relinques
Crescentem: ita enim diuitiae
in aedibus crescunt
Iupiter enim pluribus facile plu-
res adiungit opes.

dubitare non possum. *Heinsius.*

378. Suus pro eius et tuus abutuntur poetae. *Scaliger.*

Ἕτερον] MS ἀταλὸν παῖδα, hoc est, tenerum puerum. Nam quid sibi vult ἕτερον παῖδα? Ex senis felicitate est puerum heredem relinquere, nam prouectiores patribus molesti esse solent. ex ἀταλὸν ἄταρον, ex quo ἕτερον. Hic versus Proclo ἀδιανόητος et reiiciendus, Heinsio transponendus. vide notata. vers. sequ. πλεόνεσσι, subintelligē, sibi inuicem succedentibus. v. seq. 380. ἐπιθήκη. subintelliges curae. *Guietus.*

Πλείων μὲν πλεόνων μελέτη, μείζων δ' ἐπιθήκη·
Σοὶ δ' εἰ πλάτυ θυμὸς ἐέλδεται ἐν φρεσὶ σῇσι,
Ὧδ' ἔρδειν· ἔργου δέ τ' ἐπ' ἔργῳ ἐργάζεσθαι.
Πληϊάδων Ἀτλαγενέων ἐπιτελλομενάων,
Ἄρχεσθ' ἀμητοῦ· ἀρότοιο δὲ, δυσομενάων.
Αἵ δή τοι νύκτας τε καὶ ἤματα τεσσαράκοντα

Maior autem plurium cura, maior quoque acceſſio.
Tua ſi opes mens appetit in animo tuo,
Sic facito: operamque operae ſubinde addito.
Pleiadibus Atlante natis exorientibus,
Incipe metere; arare vero, occidentibus.
Hae quidem noctesque et dies quadraginta

380. ἐπιθήκη] ἐπίδοσις. 381. θυμὸς] ψυχὴ. ἐέλδεται] ἐπιθυμεῖ. σῇσι (ſic)] αἷς· ἰδίαις. 382. ὧδ'] ὅπως. ἔρδειν] θέλε ποιεῖν. ἐργάζεσθαι] ποιεῖν θέλε. 383. Ἀτλαγεν$^{\epsilon}_{\alpha}$ων (ſic)] τῶν συγκτέρων τῶ Ἄτλαντος. ἐπιτελλομενάων] ἐπιτελλουσῶν. 384. ἄρχεσθ'] θέλε ἄρχεσθαι. ἀμητοῦ] τῶ ἀμᾶν. δυσομενάων] δυνουσῶν.

381. φρεσὶν ἧσιν codd. Robinſ. omnes, Auguſt. Acad. Com. φρεσὶν ἧσι Ald. Iunt. 1. 2. Trinc. Steph. Heinſ. 382. καὶ ἔργον ἐπ' ἔργῳ codd. Robinſ. 383. Πληϊάδων in Ald. ed. ſcribitur maiuſcula littera vt noui libri initium. Ἀτλαγεν$^{\epsilon}_{\alpha}$ων (ſic) Auguſt. ἐπιτελομενάων Trinc. 384. ἀρότοιο Auguſt. 385. Αἵ δ' ἥνυε Iunt. 1. 2.

383. Ἐπιτελλομενάων] Nullus Poëta, praeter hunc, inſeruit α in genitiuo adiectiui nominis. *Scaliger.*

Ἐπιτελλομενάων,] Τῇ ἑῴᾳ ἐπιτολῇ v. ſequ. δυσσομενάων τῇ ἑῴᾳ δύσει. *Guietus.*

Πληϊάδων] Hoc eſt, circa 11. Maii, nam haec intelligenda ſunt de ortu Heliaco Pleïadum, qui ſaeculo *Heſiodi*, ex calculo *Dionyſ. Petauii* Variar. Differt. Lib. II. c. 9. factus eſt in gradu Tauri I. Nam hoc circiter eſt tempus initii meſſis, in Graecia. Praeterea *Heſiodus* Agricolis ſcribens de ortu loquutus eſt, qui conſpicuus eſt, non de eo qui vulgo animaduerti nequit, nec, niſi rationibus Aſtronomicis, innoteſcit. Multa habet, hanc in rem, *Claud. Salmaſius* Cap. XXXVII. Exercitat. Plinianarum, ſed ea valde intricata et perplexa, quae caſtigauit *Petauius* memorati Operis Libro VII. Vtrumque adire poterunt ii, quorum intererit noſſe errata *Salmaſii*, quae ad *Heſiodum* noſtrum non pertinent. *Clericus.*

385. Ἀρότοιο δὲ δυσσομενάων] „Matutinum ortum „Φαινό-

Παὲρ δ' ἴθι χάλκειον θῶκον, καὶ ἐπαλέα λέσχην,
Ὥρῃ χειμερίῃ, ὁπότε κρύος ἀνέρας εἴργον
Ἰσχάνει· ἔνθα κ' ἄοκνος ἀνὴρ μέγα οἶκον ὀφέλλει. 495
Μή σε κακὴ χειμῶνος ἀμηχανίη καταμάρψῃ

Praeteri autem officinam aerariam, et calidam tabernam,
Tempore hyberno, cum frigus homines vehemens
Detinet: tunc sane impiger vir valde domum auget.
Ne te malae hyemis difficultas opprimat

493. παὲρ-ἴθι] παρέρχου. θῶκον] καθέδραν. ἐπ' ἀλέα] τὴν ὑπ' αἴθρίαν οὖσαν, ἢ ὑπὸ θέρμην. λέσχην] φλυαρίαν. 494. Ὥρῃ χειμερίῃ] τῷ καιρῷ τῷ χειμερίῳ. κρύος] ψύχρα (sic). εἶργον] κωλύον. 495. ἰσχάνῃ (sic)] ἔχῃ· καταλαμβάνει (sic). ἄοκνος] πρόθυμος. ὀφέλλει] αὐξάνει. 496. ἀμηχανίη] ἀπορία. καταμάρψῃ] καταλάβῃ· προφθάσῃ.

493. ἐπ' ἀλέα Augusti. Acad. Ald. Iunt. 1. 2. Steph. Com. Heinsi. 494. ἐνέρας Coisl. 495. ἰσχάνῃ B. 60. 699. 731. R. S. Augusti. ἰσχάνει Acad. Senat. ἔνθ' ἄοκνος Augusti. μέγαν Ald. Iunt. 1. 2. Trinc. Steph. marg. ὀφέλλῃ Coisl. 496. σε Iunt. 1. 2.

493. Λέσχην] Adde iis, quae de hac voce notata sunt, locum *Harpocrationis*: Λέσχαι, Ἀντιφῶν ἐν τῷ πρὸς Νικοκλέα. Λέσχας ἔλεγον δημοσίας τινὰς τοπας, ἐν οἷς σχολὴν ἄγοντες ἐκαθέζοντο πολλοί. Ὅμηρος,

Οὐ δ' ἐθέλεις εὔδειν καλχῆϊον
ἐς δόμα ἐλθών,
Ἠέ πε ἐς λέσχην.

Κλεάνθης, ἐν τῷ περὶ Θεῶν, ἀπυνενεμῆσθαι τῷ Ἀπόλλωνι τὰς λέσχας φησίν. ἐξέδραις δὲ ὁμοίας γίνεσθαι αὐτὰς, καὶ παρ' ἐνίοις τὸν Θεὸν Λεσχινόριον ἐπικαλεῖσθαι: *Antiphon in Oratione contra Nicoclem. Leschas publica vocabant loca, in quibus otiosum vulgus desidebat. Homerus:* non vis cubitum ire in fabri ferrarii officinam, aut aliquam Lescham. *Cleanthes, libro de Diis, ait Leschas Apollini consecratas; esse autem exedris similes, Deumque cognomine Leschenorium a quibusdam vocari.* Adi et *Is. Casaubonum* in Characterem ἀδολεσχίας, apud *Theophrastum.* Clericus.

Λέσχην] a λέσχη deriuatur ἔλλεσχος, *vulgatus, de quo sermo est publicus.* Herod. Lib. 1. Τοῖσι, ἣν ἐγὼ ὑγιαίνω, ἔσται τὰ Ἰώνων πάθεα ἔσχα ἔλλεσχα, ἀλλὰ τὰ οἰκήια. *His, si modo sim incolumis, non Ionum, sed propria sua incommoda erunt in circulis deploranda.* Et in Lib. 2. περιλεσχήνευτος, eiusdem vox significationis. *Rob.*

Ἐπ' ἀλέα λέσχην] Ἐπαλέα ab ἐπαλής. ἐπαλὴς ab ἀλὸς, pro quo ἀλεὸς calidus. *Guietus.*

494. Εἶργον ἰσχάνει] Scribendum videtur ἔργων ἰσχάνει, abstinet, abstinere facit. *Idem.*

497. Πα-

Σὺν πενίῃ, λεπτῇ δὲ παχὺν πόδα χειρὶ πιέζοις.
Πολλὰ δ' ἀεργὸς ἀνὴρ κενεὴν ἐπὶ ἐλπίδα μίμνων,
Χρηίζων βιότοιο, κακὰ προσελέξατο θυμῷ.
Ἐλπὶς δ' οὐκ ἀγαθὴ κεχρημένον ἄνδρα κομίζει, 500
Ἥμενον ἐν λέσχῃ, τῷ μὴ βίος ἄρκιος εἴη.
Δείκνυε δὲ δμῶῆσσι, θέρευς ἔτι μέσσος ἐόντος
Οὐκ αἰεὶ θέρος ἔσσεῖται, ποιεῖσθε καλιάς.
Μῆνα δὲ Ληναιῶνα, καὶ ἤματα, βάδορα πάντα,

Cum paupertate, macilenta vero craſſum pedem manu premas;
Multa autem ignauus vir vanam ob ſpem exſpectans,
Egens victus, mala verſat in animo.
Speſque non bona indigentem virum fouet,
Sedentem in taberna, cui victus non ſufficiens ſit.
Dic autem ſeruis, aeſtate adhuc media,
Non ſemper aeſtas erit, exſtruite caſas,
Menſem vero Lenaeonem, malos dies, bobus nocentes omnes,

497. πιέζης (ſic)] συνθλίβης· κατατρῷς. 498. ἀεργὸς] ἀργὸς. κενεὴν] ματαίαν. 499. προσελέξατο] ἐνόησε· συνήγαγε. 500. κεχρημένον] ἐνδεᾶ. κομίζει] ἄγει· φέρει. 501. ἥμενον] καθήμενον. λέσχῃ] φλυαρίᾳ. ἄρκιος] ἱκανὸς. 502. δμῶῆσι (ſic)] δούλοις. θέρευς] θέρους. 503. ἔσσεῖται] ἔσται. καλιὰς] οἰκήματα. 504. Ληναιῶνα] Ἰανουάριον. βάδορα] φθαρτικὰ τῶν βοῶν.

497. πιέζης Coiſl. Auguſt. πιήζοις Senat. Acad. πιέζοις Com. 500. κομίζει Ald. Trinc. 502. Δείκνυε Iunt. 2. δμῶεσι Auguſt. μέσσῳ Auguſt. 503. ῥὐ καὶ εἰ Acad. ἀεὶ Heinſ. ἔσεῖται Trinc. ποιεῖσθαι Auguſt. 504. βάδωρα Trinc.

497. Παχὺν πόδα] Ariſtoteles in problematis: *famelicis ſuperiora areſcunt, inferiora tument.* Scaliger.

Λεπτῇ δὲ παχὴν πόδα] Fameliei indicium. *Guietus.*

498. Ἐπὶ ἐλπίδα μίμνων] Τμῆσις. *Idem.*

499. Προσελέξατο θυμῷ] Hoc eſt, πρὸς θυμῷ ἐλέξατο, hoc eſt, ἐνενόησεν. ἐνδιάθετος λόγος. in corde ſuo dixit, cogitauit, in animo ſuo verſat. Huc facit Dauidis vetſiculus: *Dixit inſipiens in corde ſuo non eſt Deus.* Idem.

500. Ἐλπὶς δ' οὐκ ἀγαθὴ] Ἐλπὶς οὐκ ἀγαθὴ Heſiodo eſt νόημα κακόν. Pindarus eam partem in homine ἐλπίδα vocat, quae cogitationibus vacat. *Heinſius.*

Κομίζει] Hoc eſt, alit, fouet. v. 502. Δείκνυε] doce. *Guietus.*

504. Μῆνα Ληναιῶνα] Plutarchus neſcit quis ſit ille menſis. certum eſt eſſe brumalem,

Τοῦτον ἀλεύασθαι· καὶ πηγάδας, αἵτ' ἐπὶ γαῖαν
Πνεύσαντος βορέαο, δυσηλεγέες τελέθουσιν,
Ὅς τε διὰ Θρῄκης ἱπποτρόφου εὐρέϊ πόντῳ

Hunc vitate: et glacies, quae quidem ſuper terram,
Flante Borea, moleſtae ſunt,
Qui per Thraciam equorum altricem late mari

505. ἀλεύασθαι] θέλε ἐκφεύγειν. πηγάδας] παγετὰς. 506. βορέαο] βορέα. δυσηλεγέες] κακῶν φροντίδων πάροχοι. τελέθουσιν] ὑπάρχουσι. 507. Ἱπποτρόφου] τὴς ἵππες τροφόσης.

505. αἵτ' Acad. ᾗ Senat. 506. βορέαο δυσηλίγτας R. S. λυσηλίγεες Iunt. 1. τελέθωσι Ald. Iunt. 1. 2.

reſpondebat Attico Ποσιδεῶνι, aut Γαμελιῶνι. *Scaliger.*

Μῆνα δὲ Ληναιῶνα] Κατὰ τὸν μῆνα, ſubintellige, ſunt. Menſem in quo ſunt mali dies. Vel ſic diſtinguendum: Μῆνα δὲ Ληναιῶνα (καὶ ἤματα, βέδορα πάντα) τοῦτον ἀλεύασθαι. et placet. hoc eſt, menſem vero Ianuarium, (mali ſunt dies, bobus nocentes omnes) hunc vita; pro, hunc, inquam, vita. Vel appoſitiue μῆνα δὲ Ληναιῶνα καὶ ἤματα, βέδ. π. hoc eſt, Menſem Ianuarium, malos dies; hoc eſt, qui mali ſunt dies, hunc, inquam, vita. *Guietus.*

Ληναιῶνα] Apud Thebanos primus menſis dicebatur Βουκάτιος, reſpondens Gamelioni Attico. Plutarchus in Pelopida: τοῦ νόμου κελεύοντος ἐν τῷ πρώτῳ μηνὶ παραδοῦναι τὴν Βοιωταρχίαν ἑτέροις, ὃν Βουκάτιον ὀνομάζουσι: *cum lege ſanciuum eſſet ab iis dari Boeotarchiam primo menſe, quem vocant Bucatium.* Hunc autem eumdem, quem Heſiodus Ληναιῶνα vocat, eſſe putat *Plutarchus. Heſychius:* Ληναιών· Οὐδένα μὲν τῶν μηνῶν Βοιωτοὶ ἄτω καλοῦσι, εἰπάζει δὲ Πλούταρχος Βουκάτιον, καὶ γὰρ ψυχρός ἐστιν. Secundus menſis erat Ἑρμαῖος. Sequitur apud *Heſychium*: ἔνιοι δὲ τὸν Ἑρμαῖον, ὃς μετὰ τὸν Βουκάτιόν ἐστι· καὶ γὰρ Ἀθηναῖοι τὴν τῶν ληναίων ἑορτὴν ἐν αὐτῷ ἄγουσι. Haec ex *Ioſ. Scaligeri* Lib. I. de Emend. Temporum. Poſteriori rationi *Heſychii* repugnat quod alii docent de tempore celebrationis *Lenaeorum*, quam referunt ad finem autumni. Vide *I. Meurſium* in Graecia feriata, ad vocem Ληναῖα. Itaque in priore acquieuerim. *Clericus.*

506. Δυσηλεγέες] Cruciatu difficiles, moleſtos. *Guietus.*

507. Ὅς τε διὰ Θρῄκης] Operae pretium eſt notare inter duos poëtas antiquiſſimos in eiuſdem rei deſcriptione ſimilitudinem, Homer. Il. ι. 5.

Ὡς

Ὡς δ' ἄνεμοι δύο Πόντον ὀρίνετον ἰχθυόεντα,
Βορέης καὶ Ζέφυρος, τώ τε Θρήικηθεν ἄητον,
Ἐλθόντ' ἐξαπίνης· ἄμυδις δέ τε κῦμα κελαινὸν
Κορθύεται, πολλὸν δὲ παρὲξ ἄλλα φῦκος ἔχευαν.
Sicut autem venti duo pontum commouent piſcoſum,
Boreas et Zephyrus, qui e Thracia ſpirant
Aduentu repentino, ſimul autem et vnda nigra
In aceruum attollitur, multamque extra mare algam fundunt.

In Thracia autem Boreae ſpeluncam collocat Callimachus in hymno in Del. v. 62.

ὁ μὲν πρόδον ἠπείροιο
Ἥμενος ὑψηλῆς κορυφῆς ἐπὶ Θρῄικος Αἵμῳ,
Θῆρος Ἄρης ἐφύλασσε σὺν ἔντεσι· τῷ δὲ οἱ ἵππω
Ἑπτάμυχον Βορέαο παρὰ σπέος ἠυλίζοντο.
Ille quidem ſolum terrae continentis,
Stans in excelſo vertice Thracii Aemi,
Crudelis Mars obſeruauit cum armis: eius autem equi
Septemplicem Boreae iuxta ſpecum ſtabulabantur.

Quem locum egregie exponit, vt ſolet omnia, Ill. Spanhemius. „Thracii nempe dicti „huius venti ſpecum, ſeu antrum, non iam in Aeoliis inſulis cum Homero aut Marone, ſed in Thracia credita ſcil. „Aquilonis, de quo ante ad „v. 26, patria, et quidem circa „montem Aemum collocat hic „Callimachus, e quo eundem „Boream oriri dixit etiam ſuperiori hymno in Dian. v. „114. Αἵμῳ ἐπὶ Θρῄικι, τόθεν Βορέαο καταὶξ Ἔρχεται. „*Aemuni ad Threicium, vnde „Boreae procella oritur.* Hinc „a Dionyſophane iuxta eruditos Apollonii enarratores l. „1. v. 826. traditum, foueam „extitiſſe in Thracia, e qua fierent flatus ventorum, atque „ita inde habitam, et qua de „re iam ſupra ad v. 26, Thraciam ventorum domicilium, „Θράκην ἀνέμων οἰκητήριον. „Imo ſicuti Martis, Thracum „nempe dei, equi iuxta illud „Boreae antrum ſtabulari dicuntur hoc loco; ita ipſe Boreas, et ſocii venti Thraces „equi indigitantur a Valer. „Flacco l. 1. v. 611. Et ſimiliter quidem Boreae procella „ἄμιπποι *equis ſimiles* ſeu *equeſtri celeritate* a Sophocle vocantur iuxta priſcos eius interpretes, Antig. v. 996. vbi „praeterea eiuſdem Boreae antra prope Thracium ſinum „Salmydeſſum collocantur, qui „ſinus monti Aemo, ſeu Haemimonto, Thraciae regioni, „ab eo denominatae, erat vicinus.“ Hactenus Spanhemius; quem tamen non ſolito acumine notare credo, Boreae ſpecum ab Homero et Virgilio in Aeoliis inſulis collocari. Hi quidem Poëtae has inſulas commune omnibus ventis receptaculum aſſignant, vterque tamen Boream in Thracia qua-

Ἐμπνεύσας ὤρινε· μέμυκε δὲ γαῖα καὶ ὕλη·
Πολλὰς δὲ δρῦς ὑψικόμους, ἐλάτας τε παχείας,
Οὔρεος ἐν βήσσῃς πιλνᾷ, χθονὶ πυκνοβοτείρῃ
Ἐμπίπτων, καὶ πᾶσα βοᾷ τότε νήριτος ὕλη.
Θῆρες δὲ φρίσσουσ', ὑρὰς δ' ὑπὸ μέζε' ἔθεντο,
Τῶν καὶ λάχνῃ δέρμα κατάσκιον· ἀλλά νυ καὶ τῶν
Ψυχρὸς ἐὼν διάησι, δασυστέρνων περ ἐόντων.
Καί τε διὰ ῥινοῦ βοὸς ἔρχεται, οὐδέ μιν ἴσχει.

Inſpirans illud mouet: conſtringitur autem terra et ſylua:
Multas vero quercus alticomas, abieteſque denſas,
Montis in vallibus deiicit, terrae multos paſcenti
Incumbens, et omnis reboat tunc ingens ſylua.
Ferae autem horrent, caudaſque ſub pudenda ponunt,
Eae etiam quarum villis cutis denſa eſt: ſed et has
Frigidus cum ſit perflat, villoſas licet pelles habentes.
Quinetiam per bouis pellem penetrat, neque illum arcet.

508. ὤρινε (ſic)] διήγιειρε. μέμυκε] βοᾷ (ſic). γαῖα] γῆ. 509. ὑψικόμους] ὑψηλὰς. 510. ἐν βήσσης] ἐν τοῖς (ſic) κοιλάσι. πιλνᾷ] πελάζει. πυκνοβοτείρῃ] τῇ πολυειδεῖς τροφὰς φερούσῃ. 511. νήριτος] ἄπειρος. 512. φρίσσουσ'] τρέμουσι. μέζε'] αἰδοῖα. 513. λάχνῃ] τριχώσει. κατάσκιον] περικεκαλυμμένον. τῶν] τούτων. 514. διάησι] διέρχεται. δασυστέρνων] συνεχῶν. 515. ῥινοῦ] δέρματος. μιν] αὐτὸν. ἴσχει] ἀντέχει.

508. ὤρινε Auguſt. 513. ante 512. ponunt Ald. Iunt. 1. 2.

ſi in proprio ſuo domicilio collocat; quod de Homero patet ex ſupra citatis, et de Virgilio ex Aen. 12, 365. *Ac velut Edoni Boreae cum ſpiritus alto Inſonat Aegaeo.* Edoni, Thracii, quoniam in Thracia habitare fingitur. *Robinſ.*

508. Ὦρινε] Subintellige τὸν πόντον. *Idem.*

Μέμυκε δὲ γαῖα καὶ τὰ ἑξῆς] Frigidam hanc eſſe deſcriptionem hyemis; adeoque rei deſcriptae conuenire nemo negabit. *Clericus.*

509. Παχείας] Craſſas. *Guietus.*

511. Νήριτος] Ab ἄρω, ἀρίω, ἀρίθω, ἀρίθμω, ἀριθμὸς, ἀριθμέω, νήριθμος. Item ab ἀρίω, ἀριτὸς, νήριτος, hoc eſt, νήριθμος, ἄρω· ἀρηρὼς, ἄρτιος, ἀρτίζω etc. An ab ἀρίζω, ἀρίσμος, ἀριθμὸς, ἀριτὸς, νήριθμος, νήριτος. νηριτόφυλλος innumera habens folia. placet. ergo νήριτος innumerus, multus, ingens. *Idem.*

512. Ὑπὸ μέζε'] Μέζεα a μέσος. vnde μήδεα forte, apud Homerum. *Idem.*

515. Ἴσχει] Sc. ῥινὸς βοὸς, pellis bouis, ſubintellige. *Idem.*

517. Οὐ

Καί τε δι' αἴγα ἄησι τανύτριχα· πώεα δ' ἄττι,
Οὔνεκ' ἐπηεταναὶ τρίχες αὐτῶν, ἀ διάησιν
Ἰς ἀνέμω βορέω· τροχαλὸν δὲ γέροντα τίθησι.
Καὶ διὰ παρθενικῆς ἀπαλόχροος ἀ διάησιν,
Ἥ τε δόμων ἔντοσθε φίλη παρὰ μητέρι μίμνει, 520
Οὔπω ἔργ' εἰδυῖα πολυχρύσω Ἀφροδίτης·
Εὖτε λοεσσαμένη τέρενα χρόα, καὶ λίπ' ἐλαίῳ
Χρισαμένη, νυχίη καταλέξεται ἔνδοθεν οἴκω
Ἤματι χειμερίῳ, ὅτ' ἀνόστεος ἂν πόδα τένδει,

Etiamque per capram fiat longos pilos habentem: quium autem greges non item,
Eo quod valde denſi ipſarum villi ſunt, non perflat
Vis venti boreae: incuruum vero ſenem facit.
Et per tenelli corporis virginem non perflat,
Quae in aedibus ſuam apud matrem manet,
Nondum opera ſciens aureae Veneris:
Beneque lota tenerum corpus, et pingui oleo
Vncta, noctu cubat intra domum
Tempore hiberno, quando exoſſis (polypus) ſuum pedem arrodit,

516. δι' αἴγ' (ſic)] δι' αἴγδς. ἄησι] διέρχεται. τανύτριχα] τετανυμένας ἔχουσαν τὰς τρίχας. πώεα] πρόβατα. 517. ἐπηεταναὶ] δασεῖαι. διάησιν] διέρχεται. 518. ἰς] δύναμις. τροχαλὸν] κεκυφότα. τίθησι] ποιεῖ. 519. ἀπαλόχροος] τρυφερὸν σῶμα ἔχουσης. διάησιν] διέρχεται. 520. ἔντοσθε] ἐντὸς. μίμνει] μένει. 521. εἰδυῖα γινώσκουσα. πολυχρύσω] χρυσῆς. 522. τέρενα χρόα] ἁπαλὸν σῶμα. λίπ'] λίπα· λιπαρότητα. 523. χρισαμένη (ſic)] ἀλειψαμένη. νυχίη] νυκτερινῇ. καταλέξεται (ſic)] κατευνάσεται. ἔνδοθεν] ἐντὸς. 524. ἀνόστεος] πολύπους. ὃν] ἴδιον. τένδει] ἐσθίει· κόπτει.

516. αἴγ' Auguſt. 518. βορέαο Ald. Iunt. 1. 2. Εἰς Iunt. 1. 520. ἐντόσθε Ald. Iunt. 1. 2. Trinc. Steph. Com. 521. Vitioſe in ed. Rob. et Cler. erat εἰδυῖα. 522. εὖτ' ἂν λοεσσαμένη (ſic) Auguſt. ἐλαίῳ (ſic) idem cod. 523. χρησαμένη Auguſt. Iunt. 2. νηχίη Iunt. 1. 2. καταλέξηται Auguſt. ἔνδοθι Iunt. 1. 2. Steph. marg. οἴκον. B. 699.

517. Οὐ διάησιν] Iterata negatio abundat, οὔτι ἀ διάησι. *Idem.*

522. Λίπ' ἐλαίῳ] Λιπαρὸν, λίπα ἀποκοπῇ. *Idem.*

523. Καταλέξεται] Καταλέξομαι in praeſenti, vt αὔξομαι. *Guietus.*

524. Ἀνόστεος] Ἀνόστεος, ὁ πολύπους, vt infra ἡ χεὶρ πεντόζος, Φερεοίκος ὁ κοχλίας. *Idem.*

Ἔν τ' ἀπύρῳ οἴκῳ, καὶ ἐν ἤθεσι λευγαλέοισιν. 525

Inque frigida domo, et in latibulis triſtibus.

525. ἀπύρῳ] ψυχρῷ. Ἔν τ' ἀπύρῳ οἴκῳ] [ſubaud.] καθήμενος. λευγαλέοισιν] χαλεποῖς.

Ἀνόσεος] Κλείταρχος ἐν γλώσσαις τὸν Πολύποδα ὑπὸ Λακεδαιμονίων Ἀνόσεόν φησι καλεῖσθαι. Ἀριστοτέλης δέ φησι ψεῦδος εἶναι τὸ κατὰ τὰς πολύποδας· αὐτὰς γὰρ ἑαυτὰς μὴ κατεσθίειν, ἀλλ' ὑπὸ τῶν Παγούρων κατεσθίεσθαι. *Procl.* Suidas autem dicit Eledonem eſſe Polypi ſpeciem, et ſic nominari, λ redvndante, quod ſeipſum comedit. Ἐλεδόνη. εἶδος πολύποδος, ἥτις ἔχει κοτηλύδονα, καὶ ἐστιν ἑπτάπους, ὡς φησὶν Αἰλιανός· ἔστι δὲ τὸ λ περισσόν. καλεῖται δὲ ἐλεδόνη, ἀπὸ τοῦ ἑαυτὴν ἔδειν. Polypi etiam ſeipſum comedentis meminerunt ab Athenaeo citati, Alcaeus, Ἔδωδ' ἐμαυτὸν ὡς Πολύπους. et Comicus Pherecrates in fabula, cui titulus eſt, *Agreſtes*. Ὁπόταν δ' ἤδη πεινῶσι σφόδρα, ὥσπερεὶ τὰς Πολύποδας νύκτωρ περιτρώγειν αὐτῶν τὰς δακτύλους. et Diphilus in *Emporo*,

Πολύπους ἔχων ἁπάσας ὁλομελεῖς τὰς πλεκτάνας,
Οὐ περιβεβρωκὼς ἑαυτόν ἐστι, φίλτατε.

Polypum vero ſeipſum arrodere negat Athenaeus lib. 7. τοῦτο δ' ἔστι ψεῦδος· ὑπὸ γὰρ τῶν γόγγρων διωκόμενος τὰς πόδας ἀδικεῖται. Quod etiam confirmat Plinius l. 9. c. 29. *Ipſum brachia ſua rodere falſa opinio eſt: id enim a congris euenit ei.* Nam c. 30. tradit idem, *Auidiſſimos eſſe concharum: illas ad tactum comprimi, praecidentes brachia eorum, vtroque eſcam ex praedante capere. Inſidiantur ergo polypi apertis, impoſitoque lapillo extra corpus, ne palpitatu eiiciatur, ita ſecuri graſſantur extrahuntque carnes, illae ſe contrahunt, ſed fruſtra, diſcuneatae.* Polypodis vero cubile, quod τὸν οἶκον et τὰ ἤθεα vocat Heſiodus, ἡ θαλάμη ab aliis ſcriptoribus ſaepiſſime nuncupatur. Homer. Odyſſ. E, 432. Ὡς δ' ὅτε πουλύποδος θαλάμης ἐξελκομένοιο. et in hymno in Apoll. v. 77. Πουλύποδες δ' ἐν ἐμοὶ θαλάμαις, Φῶκαί τε μέλαιναι, Οἰκία ποιήσονται ἀκηδέα. Et Callimachus in Epigrammate

Μηδέ μοι ἐν θαλάμῃσιν ἔθ', ὡς πάρος, (εἰμὶ γὰρ ἄπους)
Τίκτηται νοτερῆς ὤεον Ἀλκυόνης.

Ita enim optime hunc verſum emendauit Cel. Bentleius. Eandem vocem ſcil. τὴν θαλάμην eodem ſenſu vſurpauerunt Ariſtoteles, Theophraſtus, etc. *Robinſon.*

525. Ἐν ἤθεσι λευγαλέοισιν] Λύζω, λύγος, vnde λυγρὸς

Οὐ γάρ οἱ ἠέλιος δείκνυ νομὸν ἁρμηθῆναι·
Ἀλλ' ἐπὶ κυανέων ἀνδρῶν δῆμόν τε πόλιν τε
Στρωφᾶται, βραδίων δὲ Πανελλήνεσσι φαείνει.
Καὶ τότε δὴ κεραοὶ καὶ νήκεροι ὑληκοῖται
Λυγρὸν μυλιόωντες ἀνὰ δρύα βησσήεντα
Φεύγουσιν· καὶ πᾶσιν ἐνὶ φρεσὶ τῦτο μέμηλεν,
Οἵ σκέπα μαιόμενοι πυκινὰς κευθμῶνας ἔχουσι,

Non enim illi Sol oſtendit pabulum vt inuadat:
Sed ſuper nigrorum hominum populumque et vrbem
Vertitur, tardius autem Graecis lucet.
Et tunc ſane cornutae beſtiae et non cornutae ſyluarum cultrices
Miſere dentibus ſtridentes per quercetum cliuoſum
Fugiunt; et paſſim omnibus id curae eſt,
Quae tecta inquirentes, denſas latebras habent,

526. οἱ] αὐτῷ. ἠέλιος] ἥλιος. δείκνυ] δείκνυσιν. νομὸν] τόπον νομῆς. 528. στρωφᾶται] στρέφεται. βραδίων] βραδέως. Πανέλλησι (ſic)] ἤγειν πᾶσι τοῖς Ἕλλησι. φαείνει] φαίνει. 529. κεραοὶ] κερασφόροι. νήκεροι] μὴ ἔχοντες κέρατα. ὑλι κοῖται] οἱ τὴν κοίτην ἐν τῇ ὕλῃ ἔχοντες. 530. λυγρὸν] χαλεπὸν] μυλιόωντες] τοὺς ὀδόντας συγκρούοντες. δρία (ſic) βησσήεντα] θάμνους τοὺς ἐν ταῖς παιλάσι τῶν ὡρῶν (ſic). 531. μέμηλεν] διαφροντίδος (ſic). 532. σκέπα] σκέπας· σκεπάσματα. μαιόμενοι] ζητοῦντες. πυκινὸς κευθμῶνας] πυκνὰς ἀποκρύψεις.

528. Στρωφᾶται Trinc. Πανέλλησι Auguſt. 529. κεραοί τε καὶ Auguſt. ὑλι κοῖται (ſic) idem cod. 530. δρία B. 60. 731. Coiſl. Auguſt. Acad. Iunt. 1. Steph. Moſchop. δρυία Iunt. 2.

γηρὸς λυγρὸς, λυγαλέος· καὶ ἐπενθέσει τοῦ ε λευγαλέος. alii a λοιγὸς declinant. *Guietus.*

526. Δείκνυ] Pro ἐδείκνυ a δείκνυμι. *Idem.*

527. Ἐπὶ κυανέων ἀνδρῶν] Qui intelligebat ſolis arcum diurnum, tempore brumae minorem apud Graecos, maiorem eſſe in Aethiopia, quam hic deſcribit, debuiſſet intelligere eſſe Antipodas. Attamen, admiſſo priore, poſterius, quamquam neceſſarium conſectarium, intelligere non potuerunt Veteres. *Clericus.*

530. Μυλιόωντες] Μυλιόω παρὰ τὰς μύλας ἤγαγον σιαγόνας, ὀδόντας. Deinde pro δρύα ſcribendum videtur δρία. Heſych. δρίον, ὕλη, ὄρος, δρυμός. *Guietus.*

532. Οἱ σκέπα] *Teſtum* non tecta. τὸ σκέπα ſing. numero a σκεπαρὸν, σκέπαρ, σκέπα, vt a λιπαρὸν, λίπαρ, λίπα. τὸ σκέπον non placet. a σκέπαρ τροπῇ fit σκέπας. Heſych. σκέπη· ὑποδοχή. *Idem.*

Καὶ γλάφυ πετρῆεν· τότε δὴ τρίποδι βροτῷ ἶσοι,
Οὗ τ' ἐπὶ νῶτα ἔαγε, κάρη δ' εἰς ὄδας ὁρᾶται,
Τῷ ἴκελοι φοιτῶσιν ἀλευόμενοι νίφα λευκήν. 535
Καὶ τότε ἔσσασθαι ἕρυμα χροὸς, ὥς σε κελεύω,

Et antrum in petra: tunc vtique tripodi homini similes,
Cuius et humeri fracti sunt, et caput terram spectat,
Huic similes incedunt vitantes niuem albam.
Et tunc indue munimentum corporis, vt te iubeo,

533. γλάφυ] κοίλωμα. πετρῆεν] πέτρινον. τρίποδι] γέροντι βακτηρίαν ἔχοντι. 534. ὅτ'] ὅτινος. ἔαγε] ἐπικέκλασται. κάρη] κεφαλή. εἰς ὄδας] εἰς ὄδαφος. 535. τῷ] τότῳ. ἴκελοι (sic)] ὅμοιοι. φοιτῶσιν] πορεύονται. ἀλευόμενοι] ἐκφεύγοντες. νίφα] νιφάδα. 536. ἔσασθαι (sic)] θέλε ἐνδεδύσθαι. ἕρυμα] φύλαγμα. χροὸς] σώματος. ὡς] καθὰ. κελεύω] προστάττω.

534. νῶτ' Trinc. ἄρατε Ald. Trinc. 535. ἴκελοι Auguſt. 536. τέτ' ἔσασθαι Auguſt. ἔσσασθαι Ald.

533. Καὶ γλάφυ] Γλάφυρον, γλάφυ, hoc eſt, σπήλαιον, ἄντρον. *Idem.*

Τρίποδι βροτῷ ἶσοι] Hoc eſt, ſeni. Reſpicit *Heſiodus* ad aenigma Sphingis, τί ἐστι τὸ αὐτὸ δίπουν, τρίπουν, καὶ τετράπουν; *quid ſit idem bipes, tripes et quadrupes?* Ὁ Οἰδίπους ἀπεφήνατο ἄνθρωπον εἶναι τὸ προβληθέν. νήπιον μὲν γὰρ αὐτὸν ὑπάρχοντα τετράπουν εἶναι· αὐξήσαντα δὲ δίπουν· γηράσαντα δὲ τρίπουν, βακτηρίᾳ χρώμενον διὰ τὴν ἀσθένειαν: *Oedipus declaravit hominem eſſe quod propoſitum erat, infantem enim quadrupedem eſſe, auctum vero bipedem, ſenem denique factum quadrupedem, ſcipione vtentem, propter infirmitatem.* Verba ſunt *Diodori*, e Libro IV. Bibliothecae. *Clericus.*

534. Ἐπὶ νῶτα ἔαγε] Ἐπὶ ἔαγε τμῆσις. *Guietus.*

Ἔαγε] Incuruata, quaſi *fracta* eſſent. Debilia etiam *fracta* dicuntur, vt grauis annis miles dicitur *multo iam fractus membra labore*, *Horatio*, Lib. I. Sat. I, 5. *Clericus.*

535. Νίφα λευκὴν] Νιψ νιφὸς, νίφα. *Guietus.*

536. Καὶ τότε ἔσσασθαι] An operae pretium erat eiusmodi praecepta verſibus claudere, quae cuiuis aniculae notiſſima ſunt? Ego quidem non puto. Sed mihi videntur ſenilem Poëtae aetatem redolere. *Clericus.*

537. Ma-

Χλαῖναν μὲν μαλακὴν, καὶ τερμιόεντα χιτῶνα.
Στήμονι δ' ἐν παύρῳ πολλὴν κρόκα μηρύσασθαι.
Τὴν περιέσσασθαι, ἵνα τοι τρίχες ἀτρεμέωσι,
Μήδ' ὀρθαὶ φρίσσωσιν, ἀειρόμεναι κατὰ σῶμα. 540
Ἀμφὶ δὲ ποσσὶ πέδιλα βοὸς ἴφι κταμένοιο

Laenam mollem, et talarem tunicam.
Stamine vero in pauco multum ſubteminis intexe.
Hanc circuminduito, ne tibi pili tremant,
Neque erecti horreant, arrecti per corpus.
Circum vero pedes calceos bouis vi occiſi

537. χλαῖναν] χλαμύδα. τερμιόεντα] ποδήρη. 538. παύρῳ] ὀλίγῳ. κρόκα] κρόκην· ὑφάδιον. μηρύσασθαι] ὑφαίνειν. 539. τὴν] ταύτην. περιέσσασθαι (ſic)] ἐνδύεσθαι. ἀτρεμέωσι] μὴ τρέμωσι. 540. ἀειρόμεναι] ἐπαιρόμεναι. 541. πέδιλα] ὑποδήματα. ἴφι] ἰσχυρῶς. κταμένοιο] κταμένου· φονευθέντος.

537. Pro μὲν eſt τε in Ald. Iunt. 1. 2. Trinc. Steph. Com. Heinſ. 539. περιέσσασθαι Auguſt. 540. μὴ δ' Auguſt.

537. Μαλακὴν] Δασεῖαν, οὖλην. *Guietus.*

538. Στήμονι δ' ἐν παύρῳ] Κροκὺς eſt *floccus*, κρόκη, aut κρόκ *ſubtemen.* Ideo veſtes, quae ad hyemem et frigus parantur, raro ſtamine, denſo ſubtemine texi iubet *Heſiodus*: Κροκύδες enim ἐν τῇ κρόκῃ, non in ſtamine. Ideo durius et retortiore filo ſtamen, molliore et magis laxo ſubtemen. Nam in ſolo ſubtemine mollities illa lanuginoſa, quae panno ſupereminet, et quam pectit ac polit ſpina fullonis. Inſignite factus ad hoc probandum locus *Platonis*, qui vulgo male exponitur ab Eruditis et non recte legitur. Eſt in Politico: ὅσα δὲ γ' αὖ τῇ γνάψεως ὁλκῇ ἐμμέτρως τὴν μαλακότητα ἴσχει, ταῦτα ἄρα κρόκην μὲν νηθέντα, τὴν δὲ ἐπιτεταγμένην αὐτοῖς εἶναι τέχνην κροκονητικήν: *Quaecumque ſpinae fullonicae tractui accommodatam habent mollitiem, ea eſſe ſubtemen cum neta ſunt, artem vero iis praefectam artem nendi ſubtemen.* Haec aliaque huc ſpectantia habet *Claud. Salmaſius* Exercit. Plinian. p. 277. *Clericus.*

Πολλὴν κρόκα] Hoc eſt, κρόκην. Suid. in κρόκη, tramam quae ſtamine mollior. Μηρύσασθαι, hoc eſt, πυκνᾶν, συγκλείειν. Heſych. ſubintellige autem, ἐν τῷ ὑφαίνειν τὴν χλαῖναν. *Guietus.*

541. Ἴφι κταμένοιο] Οὐκ αὐτομάτως ἀποθανόντος, non ſponte naturae mortui, ſed ferro necati. *Guietus.*

542. Πί-

Ἄρμενα δήσασθαι, πίλοις ἔντοσθε πυκάσας.
Πρωτογόνων δ' ἐρίφων, ὁπόταν κρύος ὥριον ἔλθῃ,
Δέρματα συρράπτειν νευρῇ βοὸς, ὄφρ' ἐπὶ ὤμῳ

Aptos ligato, pedulibus intus condensans.
Primogenitorum vero hoedorum, cum frigus tempestiuum venerit,
Pelles consuito nerue bouis, vt super humeros

542. Ἄρμενα] ἁρμόδια. δήσασθαι] περιδήσασθαι. πίλοις] κεντύκλοις. ἔντοσθεν (sic)] ἐντὸς. πυκάσας] ἀσφαλίσας. 543. κρύος ὥριον] ψύχρα ἔγκαιρος.

542. ἔντοσθεν Augusti. Ald. Iunt. 1. 2. πυκάσσας Acad. 543. ὁπότε B. 60. Coisl. Augusti. ὁπότ' ἂν Trinc. Πρωτογόνων Iunt. 1. 2. ἔλθοι Ald. Iunt. 1. 2. 544. ἐπὶ νώτῳ codd. Rob. omnes, Augusti. Ald. Iunt. 1. 2. Trinc. Steph. Com. Heinsi. In ed. Krebsi. est ὤμῳ.

542. Πίλοις] Coactilibus, et propterea vdones illi a Iurisconsultis ἐμπίλια dicuntur, quae aliter pedulia in Regula Sancti Benedicti. Erant etiam pilia ex coactilibus et ex detritis vestimentis. Stat. IV. Sylv. in Risu Saturnalitio v. 24. *Caesis pilia sura de lacernis.* et saepe apud Martialem. *Scaliger.*

Πίλοις δ' ἔντοσθε πυκάσας] Etymologicum magnum: Πῖλος, τὸ ἐξ ἐρίων εἰργασμένον, πρὸς τὸ κοιμᾶσθαι ἐπιτήδειον· ὃν ἡμεῖς πιλωτὸν φαμὲν: *quod ex lanis elaboratur ad cubandum paratum, quem nos pilotum vocamus.* Tum affertur locus *Homeri* et v. 545. *Hesiodi*, ac tandem hic 542. versiculus illustratur: Σημαίνει δὲ ἀρταρία, παννία, ὡς παρὰ τῷ αὐτῷ, πέδιλα, καὶ ἑξῆς. πίλοις ἔντοσθε πυκάσας. Γίνεται παρὰ τὸ πιέζω, οἱονεὶ πιελός τις ὤν, καὶ κατὰ κρᾶσιν πῖλος. Quae verba multis interpretatur *Claud. Salmasius* in *Lampridii* Alexandrum Seuerum, pag. 521. ed. Parisinae, vbi ostendit πίλους esse *vdones*, hoc est, laneos calceos ex lana coacta factos; qui intra calceum quidem habebantur, vt hic, verum et ipsi vicem calceamenti praestabant, domi et intra cubiculum. *Calceones* eos hodie vocamus. *Clericus.*

Πυκάσας] An? πυκάσσας. *Guietus.*

543. Πρωτογόνων] Siue, vt habent Graeci Interpretes, praestantissimi sint foetus ii, quos pecudes primos in flore aetatis pariunt; siue, singulari idiomate Linguae Boeotiae, *primogenitae* dicerentur pecudes in suo genere eximiae, quemadmodum apud Hebraeos בכורים *bchorim*, vt Hebraei Lexicographi docebunt. *Clericus.*

544. Νευρῇ βοὸς] Secundum morem antiquum neruis consuendi pelles. Sic hodie Canadiui faciunt. *Guietus.*

545. Τετᾶ

Τετῦ ἀμφιβάλη ἀλεήν. κεφαλῇφι δ' ὕπερθεν
Πῖλον ἔχειν ἀσκητὸν, ἵν' ὦατα μὴ καταδεύῃ·
Ψυχρὴ γάρ τ' ἠὼς πέλεται βορέαο πεσόντος·
Ἠῶος δ' ἐπὶ γαῖαν ἀπ' οὐρανῦ ἀστερόεντος
Ἀὴρ πυροφόρος τέταται μακάρεων ἐπὶ ἔργοις·

Contra pluuiam iniicias munimentum. ſupra caput vero
Pileum habeto elaboratum, ne aures humeſiant:
Frigida enim aurora eſt, Borea cadente:
Matutinus vero ſuper terram a coelo ſtellifero
Aër foecundus extenditur beatorum ſupra opera:

545. ἀμφιβάλη] περιβάλλῃ. ἀλεὴν] κατὰφυγὴν. κεφαλῇφι] κεφαλῆς. ὕπερθεν] ἐπάνω. 546. ἀσκητὸν] κατεσκευασμένον. ὦατα] ὠτία. καταδεύῃ] βρέχῃ. 547. πέλεται] ὑπάρχει. βορέαο] βορέου. 548. ἠῶος] πρωϊνὸς. ἀστερόεντος] ἀστέρας ἔχοντος. 549. πυροφόρος] θρεπτικὸς· ζωογόνος τῶν καρπῶν. τέτανται] ἐξήπλωται.

545. Gloſſ. Mſ. Palat. apud Gui. et Schreuel. τῦ ὄμβρε περιθῆς ἀλεωρήν. 546. Πῦλον Acad. 549. In Cler. edit. legebatur, πυρφόρος ἐντέτανται. Rob. edidit, πυροφόρος τέτανται, vt etiam eſt in Ald. ed. et caet.

545. Τετῦ ἀμφιβάλη ἀλεήν] Hoc eſt, τῦ ὄμβρε περιθῆς ἀλεωρήν, e Cod. vet. Palat. *Idem.*

546. Πῖλον ἔχειν ἀσκητὸν] Homer. καὶ ἀσκήσασα χιτῶνα, hoc eſt, κατασκευασθέντα. Gallice *vn feutre bien foulé.* Ἀσκητὸν autem dixit vt differat a ſupradictis πίλοις ἔντοσθε πυκάσας, hoc eſt, pilis leuius elaboratis. καταδεύῃ vero eſt madefacias ſecunda perſona, non *humeſiant.* Idem.

Πῖλον ἔχειν ἀσκητὸν] Graecis, vt habet *Salmaſius* ad *Capitolini* Pertinacem, πῖλος et pedum et capitis dicitur, quod hoc loco *Heſiodi* probat. Diminutiuum eius eſt πίλιον, vnde *pileum* Latinis. Apud Latinos *cudo* vtrumque ſignificabat, et galerum, vel pileum, et pedule; nam *cudo* eſt πῖλος a *cudendo.* *Cudere* autem eſt ferire et tundere. Alia, apud eumdem, vide. *Clericus.*

549. Ἀὴρ πυροφόρος] Voce *aer* intelligenda tenuis illa nebula, quae, vna cum rore, e coelo in terras decidit, non excluſo tamen rore craſſiore. Saepe *aer*, apud *Heſiodum*, nebulam ſignificat, vt v. 255. Vide et ſequentes verſus, vbi hic aër ex humore euectus dicitur et ventos creare; vnde manifeſto liquet vaporem intelligi. Hinc mihi fit credibile emendandum hunc locum *Heſychii*: Ἀήρης, καῦμα, ὁμίχλη, hoc modo: Ἀὴρ, πνεῦμα, ὁμίχλη, *ventus, nebula;*

ita

Ὃς τε ἀρυσσάμενος ποταμῶν ἀπὸ αἰεναόντων,
Ὑψοῦ ὑπὲρ γαίης ἀρθεὶς ἀνέμοιο θυέλλη,
Ἄλλοτε μὲν θ' ὗει ποτὶ ἕσπερον, ἄλλοτ' ἄησι,
Πυκνὰ Θρηϊκίῳ βορέᾳ νέφεα κλονέοντος.
Τὸν φθάμενος, ἔργον τελέσας, οἶκόν δε νέεσθαι,
Μήποτε σ' ὑρανόθεν σκοτόεν νέφος ἀμφικαλύψῃ,
Χρῶτά τε μυδαλέον θείῃ, κατά θ' εἵματα δεύσῃ.
Ἀλλ' ὑπαλεύασθαι· μεὶς γὰρ χαλεπώτατος ὅτος

Qui hauſtus è fluminibus perennibus,
Alte ſupra terram leuatus venti procella,
Interdum quidem pluit ad veſperam, interdum flat,
Denſas Thracio Borea nubes excitante.
Hunc anteuertens, opere perfecto, domum redi,
Ne quando te caelitus tenebroſa nubes opprimat,
Corpuſque madefaciat, veſteſque humectet.
Sed euitato: menſis enim grauiſſimus hic

550. ἀρυσσάμενος] ἀρύσας. αἰὲν ναόντων (ſic)] τρεχόντων. 551. ἀρθεὶς] ὑψωθεὶς. θυέλλῃ] συσροφῇ. 552. ὗει] βρέχει. ποτὶ] πρὸς. ἕσπερον] ἑσπέραν. ἄησιν (ſic)] πνέει. 553. κλονέοντος] κινέντος. 554. τὸν] τοῦτον. φθάμενος] φθάσας. τελέσας] πληρώσας. οἶκόν δε] εἰς τὸν οἶκον. νέεσθαι] πορεύεσθαι. 555. ὑρανόθεν] ἐξ οὐρανοῦ. σκοτόεν] σκοτεινὸν. ἀμφικαλύψῃ] περιεκπάσῃ. 556. χρῶτα] σῶμα. μυδαλέον] κάθυγρον. θείῃ] ποιήσῃ. εἵματα] ἱμάτια. δεύσῃ] ὑγρὰ ποιήσῃ. 557. ὑπαλεύεσθαι (ſic)] φεύγειν. μεὶς] ὁ μὴν.

550. ἀρυσάμενος Senat. Ald. Iunt. 1. 2. Trinc. Steph. Com. Heinſ. αἰὲν ναόντων Auguſt. Ald. Iunt. 1. 2. Trinc. 551. γαῖαν Auguſt. 552. ἄησιν Auguſt. Acad. 556. τε deeſt in cod. Auguſt. κατὰ Trinc. Steph. Heinſ. et Cler. caeterae κατὰ vt etiam Rob. edidit. ἵματα Acad. ſed corr. εἵμ. δεύῃ Auguſt. 557. ὑπαλεύεσθαι Auguſt.

ita vt *Heſychius* ad hunc *Heſiodi* locum reſpexerit. *Clericus.*

Μακάρων ἐπ' ἔργοις] Hoc eſt, felicium agricolarum, divitum; qui, ſcilicet, agriculturae peritia et indefeſſo labore ditati ſunt. *Guietus.*

550. Ἀεναόντων] Scribendum videtur αἰεναόντων. Quidam codd. αἰὲν ἀέντων. quam lectionem ſequitur Tzetzes. ex ea, quamuis ſequiore, noſtra confirmatur. *Guietus.*

551. Ἀρθεὶς] Ἀὴρ, ſcilicet, in ſpiritum reſolutus. *Idem.*

557. Χαλεπώτατος ἔτος] Ληναιών, ſcilicet. *Idem.*

558. Χα-

Χειμέριος, χαλεπὸς προβάτοις, χαλεπὸς δ' ἀνθρώποις.
Τῆμος θῶμισυ βυσ', ἐπὶ δ' ἀνέρι καὶ πλέον εἴη
Ἀρμαλιῆς· μακραὶ γὰρ ἐπίρροθοι εὐφρόναι εἰσί. 560
[Ταῦτα φυλασσόμενος, τετελεσμένον εἰς ἐνιαυτὸν
Ἴσᾶσθαι νύκτας τε καὶ ἤματα, εἰσόκεν αὖθις

Hibernus, grauis ouibus, grauisque hominibus.
Tunc medium bobus, homini vero amplius adsit
Alimoniae: longae enim noctes succurrunt illis.
[Haec obseruans, totum in annum
Aequato noctesque et dies, donec rursum

558. χαλεπὸς] βαρὺς. 559. τῆμος] τότε. θ' ὥμισυ] τὸ ἥμισυ. 560. ἀρμαλιῆς] τροφῆς. ἐπίρροθοι] βοηθοὶ, εὐφρόναι] νύκτες. 561. ἐνιαυτὸν] χρόνον. 562. ἤματα] ἡμέρας. εἰσόκεν] ἕως. αὖθις] πάλιν.

559. θ' ὥμισυ Iunt. 1. 2. In ed. Krebs. est θ' ἥμισυ; caett. θῶμισυ. βυσὶν Ald. Iunt. 1. 2. Trinc. Steph. Com. βυσὶν ἐπ' ἀνέρι δὲ B. 699. R. S. Augusst. Acad. Senat. τὸ πλέον Ald. Iunt. 1. 2. Trinc. Steph. Com. 560. εἰσὶν Augusst. Acad. Senat. 562. Post ἤματα in cod. Augusst. additur πάντα. αὖτις Iunt. 1. 2.

558. Χαλεπὸς προβάτοις] Oblitus iam videtur Hesiodus eorum, quae supra v. 516. dixerat, — Πώεα δ' ἔτι, Οὔνεκ' ἐπηεταναὶ τρίχες αὐτῶν, ἃ διάησιν Ἰς ἀνέμα βορέα. Sed optimis poetis nonnunquam fas est obrepere somnum. *Robins.*

559. Τῆμος θ' ὥμισυ] Τὸ ἥμισυ, hoc est, dimidia pars cibi ordinarii bobus detur, διὰ τὴν ἀεργίαν, homini vero plus dimidia, vt puta dodrans ex asse, hoc est, tres quartae partes cibi ordinarii. hyeme ventres sunt calidiores. ἐπὶ πλέον εἴη, pro ἐπείη. τμῆσις. *Guietus.*

560. Ἐπίῤῥοθοι εὐφρόναι εἰσί] Hoc est, βοηθοὶ, adiutrices sunt longae noctes bubus. ῥόθος, hoc est, fluctus, ἐπίῤῥοθος fluctu impellens, fluctu adiuuans. a nauibus Metaphora, quae fluctu impelluntur et adiuuantur in cursu. *Idem.*

561. Τετελεσμένον] Haec declarant manifesto annum desinere statim a frigoribus. ergo ver erat initium anni in signo tauri. Virgil. I. Georg. v. 222: *Candidus auratis aperit cum cornibus annum.* Annus incipiebat a matutino ortu Pleiadis. *Scaliger.*

562. Ἴσᾶσθαι νύκτας τε καὶ ἤματα] Hoc est, cibos praebe ad mensuram laboris diurni et quietis nocturnae, ita vt per totum annum dies et noctes aequentur; hoc est,

labori

Γῆ πάντων μήτηρ καρπὸν σύμμικτον ἐνείκῃ.]
Εὖ τ' ἂν δ' ἑξήκοντα, μετὰ τροπὰς ἠελίοιο,
Χειμέρι' ἐκτελέσῃ Ζεὺς ὄμματα, δή ῥα τότ' ἀστὴρ
Ἀρκτῦρος προλιπὼν ἱερὸν ῥόον Ὠκεανοῖο,
Πρῶτον παμφαίνων ἐπιτέλλεται ἀκρονυχίος.

Terra omnium mater fructum omnigenum proferat.]
Quum autem ſexaginta, poſt conuerſionem Solis,
Hibernos exegerit Iupiter dies, tunc ſane ſtella
Arcturus relinquens ſacrum fluctum Oceani,
Primus totus apparens exoritur veſpertinus.

563. ἐνείκῃ] ἐνέγκῃ· δῶ. 564. εὖτ'] ὅπηνίκα. 565. χειμέρι' -- ὄμματα] χειμερινὰς ἡμέρας. 566. προλιπὼν] καταλιπὼν· ἀφεὶς. ῥόον] ῥεῦμα. 567. παμφαίνων] λάμπων. ἐπιτέλλεται] λάμπει. ἀκρονυχίος] κατὰ τὸ ἄκρον τῆς νυκτός.

563. σύμμικτον καρπὸν Acad.

labori dierum alimenta debita, quieti noctium reſpondeant. χρὴ διόλε τὲ ἔτας βλέπειν εἰς τὰς νύκτας καὶ τὰς ἡμέρας, καὶ πρὸς ταύτας ἰσοῦν τὰ ἔργα καὶ τὴν τροφήν. obſcurus et implicitus locus. *Guietus.*

566. Ἀρκτῦρος] Temporibus Heſiodi bruma erat circa 7. aut 8. Ianuarii, ergo circa decimam Martii dicit oriri Arcturum. Hoc autem accidit circa initia Olympiadum, quo tempore ſine dubio fuit *Heſiodus*. Sunt autem 2370. anni a prima Olympiade, incepitque hoc proximo ſolſtitio praeterito 1594. bis milleſimus trecenteſimus et ſeptuageſimus annus. *Scaliger.* Incidebat bruma in 30. Decembris, tempore *Heſiodi*, ex calculo Petauiano, Var. Diſſ. Lib. VII. c. 5. *Clericus.*

Ἀρκτῦρος καὶ τὰ ἑξῆς] *Plinius* de ſaeculo Iuliano Lib. XVIII, c. 26. *A Fauonio in Aequinoctium vernum Caeſari ſignificat XIV. Calendas Martii triduum varie, et VIII. Calendas hirundinis viſu, et poſtero die Arcturi exortu veſpertino.* Columella Lib. IX. c. 2. *IX. Calendas Martias Arcturus prima nocte oritur.* At in Petauiano laterculo acronychus exortus arcturi fit in piſcium gradu 14. qui in Calendario Martii V. conuenit. Sed ortus veſpertinus verus, quem tabula praebet, poſterior eſt apparenti. Haec et alia *D. Petauius* Lib. II. c. 8. Var. Diſſert. *Clericus.*

567. Ἀκρονυχίος] In ſummo crepuſculo, veſpere, κατὰ τὸ ἄκρον τῆς νυκτὸς ἤγουν τῆς ἑσπέρας. *Guietus.*

Ἀκρο-

Τόνδε μετ' ὄρθρογόη Πανδιονὶς ὦρτο χελιδὼν
Ἐς φάος ἀνθρώποις, ἔαρος νέον ἱσαμένοιο.
Τὴν φθάμενος οἴνας περιταμνέμεν. ὡς γὰρ ἄμεινον. 570
Ἀλλ' ὁπότ' ἂν Φερέοικος ἀπὸ χθονὸς ἀν φυτὰ βαίνῃ,

Post hunc mane lugens Pandionis venit hirundo
In lucem hominibus, vere nuper coepto.
Hanc praeuertens vites incidito: sic enim melius.
At cum domiporta (cochlea) e terra plantas adscenderit,

568. ὀρθογόη (sic)] ἡ κατὰ τὸν ὄρθρον γοῶσα. Πανδιονὶς] ἡ θυγάτηρ τοῦ Πανδίονος. ὦρτο] ἐξηγέρθη. 569. φάος] φῶς. νέον] νεωστί. 570. τὴν] ταύτην. φθάμενος] προφθάσας. οἴνας] ἀμπέλους. περιταμνέμεν (sic)] τέμνειν. ὡς] ὅτως. ἄμεινον] κρεῖττον. 571. φερέοικος] κοχλίας. ἀν'] ἀνὰ.

568. ὀρθογόη Augustᵃ. Acad. Iunt. I. 2. 570. περιτεμνέμεν Augustᵃ. 571. ὁπότεν Augustᵃ. Ald. Trinc. ἄνφυτα Ald. Trinc. ἀνφυτὰ Steph. ἀμφυτὰ Iunt. I. 2. Steph. marg. βαίνει Augustᵃ.

Ἀκρονυέφαιος] Idem est quod dicitur ἀκρόνυχος; nam ἄκρον κνέφας idem est ac ἄκρη νὺξ, seu *primordium noctis*. Intelligendus, vt videtur, de ortu apparente. Ortus autem, vt hoc in gratiam tironum addatur, vespertinus verus est, cum occidente sole, stella oritur ex aduerso, neque tamen, propter solis aut lucis vespertinae fulgorem, adspectabilis est. Ortus vero vespertinus apparens, quando sol longiuscule ab horizontali diametro progressus est, adeo vt post eius occasum emergens ab oriente stella conspicua sit. *Clericus*.

568. Ὀρθρογόη] Quia summo mane solent hirundines canere. Alii tamen legunt ὀρθογόη, vt *Hesychius* et auctor Etymologici magni, cuius haec sunt verba: Ὀρθογόη, ἡ μεγάλως θρηνᾶσα· ἢ ὑπὸ τὸν ὄρθον ἠχοῦσα. Ἡσίοδος. πρὶν ὄρθαι — διεγέρθαι, ἀπὸ τοῦ ὠρθαι ἀπαρεμφάτου, καὶ διασολῇ ὄρθαι. Sic Ὀρθογόη esset *excitans luctum*. Prior tamen lectio magis placet. De luctu hirundinis vide quae ex Poëtis collegit *Sam. Bochartus* Hieroz. Part. 2. Lib. I. c. 10. *Clericus*.

Ὄρθρ. Πανδ.] Horat. l. I. epist. 7. — *Te, dulcis amice, reuiset Cum Zephyris, si concedes, et hirundine prima*. Rob.

570. Τὴν φθάμενος οἴνας περιταμνέμεν] *Columella* Lib. IX. c. I. postquam VII. Cal. Martias conspici dixit hirundinem, paullo post, *a Calendis Martiis*, inquit, *eximia est vitium putatio, vsque in decimum Calendarum Aprilium, si tamen se gemmae nondum moueant*. Clericus.

571. Φερέοικος] Ὁ κοχλίας. *Guietus*.

Πληϊάδας φεύγων, τότε δὴ σκάφος ἐκέτι οἰνέων·
Ἀλλ' ἄρπας τε χαραξσέμεναι, καὶ δμῶας ἐγείρειν,
Φεύγειν δὲ σκιερὰς θώκας, καὶ ἐπ' ἠῶ κοῖτον,
Ὥρῃ ἐν ἀμητῷ, ὅτε τ' ἠέλιος χρόα κάρφῃ, 575

Pleiades fugiens, tunc non amplius fodiendae vites:
Sed falcesque acuito, seruosque excitato.
Fugito vero vmbrosas sedes, et matutinum somnum,
Tempore messis, quando Sol corpus attenuat,

572. οἰνέων] ἀμπελῶν (sic). 573. ἄρπας] δρεπάνας. χαραξσέμεναι] χαράσσειν. δμῶας] δόλους. ἐγείρειν] παρακινεῖν. 574. θώκας] καθέδρας. ἐπ' ἠῶ] κατὰ τὸν ὄρθρον. 575. Ὥρῃ] Ὥρᾳ· καιρῷ. ἀμητῷ] τῷ θέρει. χρόα] σῶμα. κάρφει (sic)] ξηραίνει.

573. χαραξσέμεναι Iunt. 1. 2. χαραξσόμεν Acad. 574. κοίτην Augusti. 575. κάρφει B. 60. 731. Goisl. Augusti. Acad.

Φερέοικος] *Athenaeus* Lib. II. p. 63. Ἡσίοδος τὸν κοχλίαν Φερέοικον καλεῖ, καὶ Ἀναξίλας δὲ,

Ἀπιξότερος εἶ τῶν κοχλίων πολλῷ πάνυ,
Οἱ περιφέρεσ' ὑπ' ἀπιξίας τὰς οἰκίας:

Hesiodus Cochleam vocat domiportam, *Anaxilaus vero*: Cochleis tu es multo diffidentior, quae prae diffidentia circumferunt domos. *Cicero* de Divin. Lib. II. c. 64. *Quid me igitur mones? vt si quis medicus aegroto imperet vt sumat Terrigenam herbigradam, domiportam, sanguine cassam, potius quam hominum more cochleam dicere.* Quod cum ita sit, miror cur interpretes Latini *testudinem* hactenus essent interpretati, praesertim cum testudines in arbores non repant; quod iam obseruarat ante nos *Sam. Bochartus* Hierozoic. Part. 2. Lib. IV. c. 30. *Clericus.*

572. Πληϊάδας φεύγων] Τὴν ἐπιτολὴν τῶν Πλειάδων, τὸ καῦμα τὸ γινόμενον κατὰ τὴν τῶν Πλειάδων ἐπιτολήν. Post σκάφος ἐκέτι οἰνέων, subintellige ἐσί. Hoc versu fossio significatur vt praecedente v. 570. putatio vitium. *Guietus.*

Πληϊάδας φεύγων] Pluuias, nempe, nimias; propter quas, humo relicta cochleae plantas conscendunt. *Clericus.*

573. Ἄρπας τε χαραξσέμεναι] Superius v. 387. χαραξσαμένοιο σιδήρου. vbi σιδήρου de falce ad metendum intelligendum est, ait autem eo loco Pleiades initio messis apparere. *Scaliger.*

Ἄρπας χαραξσέμεναι] Falce incidere. Supra χαραξσομένοιο σιδήρου. *Guietus.*

575. Ὥρῃ ἐν ἀμητῷ, ὅτε τ' ἠέλιος χρόα κάρφῃ] Hic versus

Τημῶτος σπεύδειν, καὶ οἶκαδε καρπὸν ἀγείρειν,
Ὄρθρος ἀνιστάμενος, ἵνά τοι βίος ἄρκιος εἴη.
Ἠὼς γάρ τ' ἔργοιο τρίτην ἀπομείρεται αἶσαν.

Tunc feſtina, et domum fruges congere,
Diluculo ſurgens, vt tibi ſufficiens ſit.
Aurora enim operis tertiam ſortitur partem.

576. τημῶτος] τότε. οἶκαδε] εἰς τὸν οἶκον. ἀγείρειν] συνάγειν. 577. ἄρκιος] ἱκανὸς. 578. ἠὼς] ἡμέρα· ὄρθρος. ἀπομείρεται] λαμβάνει. αἶσαν] μοῖραν.

576. ἀγείρειν Trinc.

verſus ſic legendus et diſtinguendus: Ὥρη ἐν ἀμήτῳ. Ὅτε δ' ἠέλιὸς χρόα κάρφει. *Idem.*

576. Τημῶτος σπεύδειν] *Columella* Lib. II. c. 21. *Cum matura fuerit ſeges, antequam torreatur vaporibus aeſtiui ſideris, qui ſunt vaſtiſſimi per ortum caniculae, celeriter demetatur. Nam diſpendioſa eſt cunctatio, primum quod auibus praedam, ceteriſque animalibus praebet, deinde quod grana et ipſae ſpicae culmis arentibus et ariſtis celeriter decidunt. Si vero procellae ventorum aut turbines inceſſerint, maior pars ad terram defluit. Propter quae recraſtinari non debet, ſed aequaliter flauentibus iam ſatis, antequam ex toto grana indureſcant, cum rubicundum colorem traxerunt, meſſis facienda eſt, vt potius in area et in acervo, quam in agro, grandeſcant frumenta.* Clericus.

578. Ἠὼς γάρ] Hoc eſt, horae matutinae, quae ab aurora incipiunt. *Clericus.*

Ἠὼς γὰρ τ' ἔργοιο τρίτην] Τὰ ἔργα. *Guietus.*

Ἠὼς γὰρ τ' ἔργοιο] Ad hunc locum notauit Plutarchus, Homerum epitheta pulchritudinem et delectationem exhibentia Aurorae attribuiſſe, nempe κροκόπεπλον, et ῥοδοδάκτυλον; eam vero Heſiodum per vtilitatem ſuam melius deſcripſiſſe. Τὸν μὲν ἓν Ὁμήρου φησὶν ὁ Πλούταρχος ἐπιθέτοις εἰς τέρψιν εὐδοκιμοῦσι τὴν ἡμέραν κοσμῆσαι, κροκόπεπλον αὐτὴν λέγοντα καὶ ῥοδοδάκτυλον. Τὸν δὲ Ἡσίοδον μειζόνως ἀπὸ τῶν ἔργων, ἐφ' ἃ δὴ προὔσα κινεῖ τοὺς ἀνθρώπους, καὶ ἀπὸ τῆς ἐκλύσεως εἰς τὴν ἔναργον μεθίησι ζωήν. Procl. Notari tamen debet, nullam exinde laudem ad Heſiodum accedere vel detrahi ab Homero: quoniam ille Aurorae vtilitatem data opera deſcripſit, hic verb obiter tantùm Aurorae meminit. In aliis locis, vbi leuis tantùm incidit Aurorae mentio, iiſdem epithetis, quibus

Ἠὼς τοι προφέρει μὲν ὁδῶ, προφέρει δὲ καὶ ἔργῳ·
Ἠὼς ἥτε φανεῖσα πολέας ἐπέβησε κελεύθῳ
Ἀνθρώπους, πολλοῖσι δ' ἐπὶ ζυγὰ βουσὶ τίθησιν.
Ἧμος δὲ σκόλυμός τ' ἀνθεῖ, καὶ ἠχέτα τέττιξ

Aurora magis promouet quidem viam, magisque promouet laborem:
Aurora quae apparens multos ingredi fecit viam
Homines, multis vero iuga bobus imponit.
Quum vero scolymusque floret, et canora cicada

580. πολέας] πολλὰς. ἐπέβησε] ἐπιβῆναι ἐποίησε. κελεύθῳ] 588. 582. ἧμος] ὅτε. σκόλυμος (sic)] εἶδος βοτάνης. ἠχέτα] ὁ μουσικὸς.

580. ἐπέβησε Trinc. 581. πολλοῖς Iunt. 1. 2. Steph. Com. 582. σκόλυμος Augustt.

Homerus; witur Hesiodus. Sic v. 610. Ἀρυτέρον δ' ἐσιδὴ ῥοδοδάκτυλος Ἠώς. Rob.

579. Προφέρει μὲν ὁδοῦ] Hoc est, superat viam, hoc est, peragit. Virgil. *nec salum superare viam* sit τὸ προφέρειν. Hic idem τῷ ὑπερφέρειν notari videtur. Φαγεῖν ἄρτε, πιεῖν οἶνε. ἀττικά. *Guietus.*

Ἠὼς τοι προφέρει] Non dubium est quin huc respexerit Aristarchus, cum in illo Theogoniae loco, Καλλιόπη, ἣ μὲν προφερεσάτη ἐστὶν ἁπασέων, exponit, πρόφερέσατον πρεσβύτατον. Vetus Glossa ad Theogoniam. Ἀρίσαρχος τὸ προφερέσατον, ἀντὶ τοῦ πρεσβύτατον ἤκουσεν· ὥστε ἄδηλον, πότερον τῇ τιμῇ, ἢ τῷ χρόνῳ προφερεσάτην· οἱ δὲ ἐντιμοτάτην. Eustathius: τὸ δὲ προφέρεις πρωτότυπόν ἐστι τῆς προφορᾶς, ἀφ' ἧς παρὰ τοῖς ὕστερον προφορικὸς παρῆκται λόγος. ὅτε δὲ προφέρειν καὶ τὸ νικᾶν λέγεται, ὅθεν καὶ ὁ προφερέστερος, δῆλόν ἐστι. Ἡσίοδος δὲ ἐν τῷ, προφέρει μὲν ὁδοῦ, προφέρει δὲ καὶ ἔργῳ, ἕτεροῖόν τι σημαινόμενον τοῦ προφέρει ὑποκρίνεται, καὶ οὐκ αὐτοχρῆμα λαμβάνει ἀντὶ τοῦ ὑπερφέρει, ἀλλ' ἀντὶ τοῦ προάγει, προκόπτειν ποιεῖ, προκινεῖ, προβιβάζει. *Heinsius.*

582. Σκόλυμος] *Artichaut sauvage*, aliter *chardonette*. Κινύρα *artichaut cultiue*. Κάκτος *carde*. De Scolymo vide Dioscorid. lib. III. 16. de cacto vide Athenaeum. *Scaliger.*

Σκόλυμος] Grauiter errant, vt putat *Claud. Salmasius* ad Solinum p. 161. huius aetatis eruditi ferme omnes herbarii, qui σκόλυμον Graecorum persuadere nobis volunt fuisse, quem Latini proprie *Cardunm* vocabant, nos *Articaffum*.

Hanc

Δενδρέῳ ἐφεζόμενος λιγυρὴν καταχεύετ' ἀοιδήν

Arbori insidens dulcem fundit cantum

583. δενδρέῳ] δένδρῳ. ἐφεζόμενος] καθεζόμενος. λιγυρὴν] γλυκεῖαν. ἐπιχεύετ' (sic)] ἐπιχέει. ἀοιδὴν] φδὴν.

583. ἐπιχεύετ' Augusti. Acad.

Hanc saltem differentiam agnoscunt, quod σκόλυμος agrestis sit, *Carduus* satiuus. Ego genere distingui censeo. Σκόλυμος vox Graeca est, quae nomen in Latio non habet; ideo *Scolymus* Latine sua voce vocandus est, non *Carduus*, vt faciunt vulgo apud *Theophrastum* et *Dioscoridem*. Graeci omnes, non solum *Paulus* et *Aetius*, verum etiam *Dioscorides* ipse Κινάραν et Σκόλυμον separant. Atqui certum est κινάραν Graecis dici, quem Latini vocant *Carduum*, Siculi Κάκτον. *Scolymus* Graeciae notissimus, vnde illud *Hesiodi* et ex eo Aristotelis ἐπὶ σκολύμῳ. Hoc florente, mulieres libidinis auidissimae. *Scolymum* in cibos Oriens et Graecia receperat. *Plinius* Lib. XXII. c. 22. *Scolymum quoque in cibos recipit Oriens et alio nomine Limoniom appellauit. Frutex est, numquam cubitali altior, crustisque foliorum ac radice nigra, sed dulci. Erazostheni quoque laudata in pauperis coena.* Edulis est potissimum radix, sed et herba adhuc tenella. Qua de re, pluribus vir summus, quem vide. *Clericus.*

Ἦμος δὲ σκόλυμος] Ephemeris *Hesiodi* aestatem definit ἐπὶ σκολύμῳ. Multi viri docti disputarunt, quid sibi velit Philosophus in Problematis, cum hoc modo hunc versum adducit: Διὰ τί ἐν τῷ θέρει οἱ μὲν ἄνδρες ἧττον δύνανται ἀφροδισιάζειν· αἱ δὲ γυναῖκες μᾶλλον, καθάπερ καὶ ὁ ποιητὴς λέγει ἐπὶ σκολύμῳ, Μαχλόταται δὲ γυναῖκες, ἀφυρώτατοι δέ τε ἄνδρες. Quo loco quidam, inter quos fuit vir summus Camerarius, κολύμῳ legerunt: alii κολύβῳ· κόλυβος enim, dicunt, ἔπαυλις exponitur ab Hesychio. Sed mirum viris doctis in re tam leui aquam haesisse, praesertim qui βραχυλογίαν Aristotelicam cognitam haberent. *Hesiodus* aestatem constituit ἐπὶ σκολύμῳ καὶ τέττιγος: ita loquuntur eleganter οἱ χαρίεντες, id. est, *tempore cardui et cicadae*, vel, *dum carduus et cicada est*. Hoc secutus Aristoteles, dixit *Hesiodum* salacitatem mulierum, virorum vero impotentiam constituere ἐπὶ σκολύμῳ. Non vacabat Aristoteli aliud agenti citare versus illos, Ἦμος δὲ σκόλυμός τ' ἀνθεῖ, et quae sequuntur, Μαχλόταται δὲ γυναῖκες. Propterea eleganti ratione

Πυκνὸν ὑπὸ πτερύγων, θέρεος καματώδεος ὥρῃ,
Τῆμος πίοταί τ' αἶγες, καὶ οἶνος ἄριστος, 585
Μαχλότατοι δὲ γυναῖκες, ἀφαυρότατοι δέ τε ἄνδρες
Εἰσὶν, ἐπεὶ κεφαλὴν καὶ γούνατα Σείριος ἄζει
Αὐαλέος δέ τε χρὼς ὑπὸ καύματος. ἀλλὰ τότ' ἤδη
Εἴη πετραίη τε σκιὴ, καὶ βύβλινος οἶνος,

Frequenter ſub alis, aeſtatis laborioſo tempore,
Tunc pingueſque caprae, et vinum optimum,
Salaciſſimae vero mulieres, et viri imbecilliſſimi
Sunt, quoniam caput et genua ſol ſiccat,
Siccum vero corpus ob aeſtum. Sed tunc iam
Sit in antro vmbra, et Byblinum vinum,

584. πυκνὸν] πυκνῶς. θέρεος] θέρεϊ. καματώδεος] καματώδει. ὥρῃ] ὥρᾳ. 585. τῆμος] τότε. πίόταί] λιπαρώτατοι. 586. μαχλότατοι] θερμότατοι ἐπὶ συνουσίαν ῥᾳθυμοῦσι. ἀφαυρότατοι] ἀσθενέστατοι. 587. Σείριος] ἥλιος. ἄζει] ξηραίνει. 588. αὐαλέος - χρὼς] κατέξηρον τὸ σῶμα. 589. εἴη] ἔστω. βύβλινος (ſic)] ἐκ Βύβλου πόλεως.

584. καματώδεος Acad. ὥρῃ Acad. Senat. 586. δέ τοι Iunt. 1. 2. 588. Αὐαλέως Trinc. ἀλλὰ καὶ Acad. 589. βίβλινος B. 60. 731. Auguſt. Acad. Ald. Iunt. 1. 2. Trinc.

ne dixit, καθάπερ καὶ ὁ ποιητὴς λέγει ἐπὶ σκολύμου, *ſicut Poeta Heſiodus dicit de tempore quo virent cardui.* Quod hinc deſumſit Alcaeus, cum dixit: Ἀνθεῖ δὲ καὶ σκόλυμος· νῦν δὲ μιαρώταται γυναῖκες. Diximus *Heſiodum*, in libris Ἔργων, etiam ἐφημερίδα complexum eſſe. Oſtendit itaque hic, poſtquam ver abſoluit, quid agendum ſit ἐπὶ σκολύμου καὶ τέττιγος. *Heinſius.*

Ἠχέτα τέττιξ] Alcaei verſus citantur a Proclo, quibus hunc Heſiodi locum poeta ille imitatus eſt. Τέγγε πνεύμονας οἴνῳ. τὸ γὰρ ἄχρον περιτέλλεται. ἀ δ' ὥρα χαλεπά. ἀχεῖ δ' ἐκ πεταλῶν ἀχέτα τέττιξ, ἀνθεῖ δὲ καὶ σκόλυμος. νῦν δὲ καὶ μιαρώταται γυναῖκες. λεπτοὶ δέ τοι ἄνδρες· ἐπεὶ κεφαλὴν καὶ γόνατα Σείριος ἄζει. Hanc etiam anni tempeſtatem eodem modo deſcripſit Ariſtophanes Εἰρ. 1159. Ἡνίκ' ἂν ἀχέτας Ἄδῃ τὸν ἡδὺν νόμον, Διασκοπῶν, ἥδομαι, Τὰς Ληνίας ἀμπέλους, Εἰ πεπαίνουσιν ἤδη. *Rob.*

584. Ὑπὸ πτερύγων] Ab alis, διὰ τῶν πτερύγων vid. Moſchop. *Guietus.*

589. Πετραίη τε σκιὴ] Qua nulla maior ac frigidior. Similis imago obuerſabatur animo Prophetae Eſaiae, cum ſcribebat Cap. XXXII, 2. de re-

e exoptatiſſima: *Erit inſtar rivorum aquae in ſicco loco, atque inſtar umbrae ingentis petrae, in ſiticuloſa terra.* Clericus.

Βύβλινος οἶνος] Byblinum vinum, cuius meminit Feſtus et Theocritus, eſt vinum cuius vitis delata erat ex vrbe Syriae Byblo, vt Romae Nitiobrix, de Bordeaux. *Scaliger.*

Βύβλινος οἶνος] Huc transferemus integram adnotationem *Lucae Holſtenii* ad vocem Βιβλίνη, quam *Stephanus* Byzantius docet fuiſſe nomen regionis Thraciae, a qua vinum *Biblinum* dictum. "*Athenaeus* „Lib. I. p. 31. Ἀχαιὸς τὸν Βίβλινον (ἐπαινεῖ) Ἐδεξιᾶτο, „Βιβλίνα μεθύος ἐκπώματι. „Καλεῖται δὲ ἄτως ἀπό τινος „χωρίε ἄτω προσαγορευομένε. Φησὶ δὲ καὶ Φίλινος, „Ὅτι παρέξω Λέσβιον, Χῖον. Πάπαι. „Θάσιον, Βίβλινον, Μενδαῖον, ὥςε σε μὴ „Κραιπαλᾶν.

„Ἐπίχαρμος δέ ἀπό τινων „ὀρῶν Βιβλίνων φησὶν αὐτὸν „ὠνομάσθαι. Ἀρμενίδας δὲ „Θρᾴκης φησὶν εἶναι χώραν „τὴν Βιβλίαν, ἣν αὖθις Τίσά„ρην καὶ Οἰσύμην προσαγο„ρευθῆναι. ἐπιεικῶς δὲ ἡ Θρᾴ„κη ἐθαυμάζετο ὡς ἡδυοίνος, „καὶ συνόλως τὰ πλησίον αὐ„τῆς χωρία.

„Νῆες δ' ἐκ Λήμνε παρέςαν οἶνον ἄγεσαι.

„Ἱππίας δὲ ὁ Ῥηγῖνος τὴν „εἰλεὸν καλουμένην ἄμπελον „Βιβλίαν φησὶ καλεῖσθαι, ἣν „Πόλλιν τὸν Ἀργεῖον, ὃς ἐβα„σίλευσε Συρακοσίων, πρῶ„τον εἰς Συρακόσας κομίσαι „ἐξ Ἰταλίας. εἴη ἂν ἐν ὁ παρὰ „Σικελιώταις γλυκὺς καλού„μενος Πόλλιος, ὁ Βίβλινος οἶ„νος. *Achaeus Biblinum commendat*: excepit Biblini vini „poculo. *Sic autem vocatur a „loci cuiuſdam nomine. Dicit „etiam Philinus*:

„Praebiturum me tibi Lesbium, Chium. Papae!

„Thaſium, Biblinum, Mendaeum, ita vt tu non „Inebrieris.

„*Epicharmus a quibuſdam Bi„blinis montibus vocatum ait. „Armenidas vero tradit Thra„ciae partem vocatam eſſe Bibli„am, quam Tiſaram et Oeſy„nam dicunt. Thracia quidem, „ob vini quod fert praeſtantiam, „et vicina omnia ei loca, admi„rationi fuit*:

„Naues ex Lemno aderant vinum vehentes.

„*Hippias Rheginus quam vitem „tortuoſam vocabant, Biblinam „dictam fuiſſe ait, eamque Ar„giuum Pollin, qui regnauit „Syracuſis, primum ex Italia „Syracuſas inuexiſſe. Quam„obrem quod dulce vinum Siculi „nuncupant Biblinum fuerit.* „Quem locum ideo adſcripſi, „vt qui eum legerint de ſcri„ptura certi corrigant porro „vulgatos *Heſiodi* Codices in „Operibus, v. 589. in quibus „Βύβλινος οἶνος legitur, pro „Βίβλιος. Ad quem locum „*Moſchopulus*: Βίβλος ποτα„μὸς ἡ πόλις Θρᾴκης. Di-

Μᾶζά τ' ἀμολγαίη, γάλα τ' αἰγῶν σβεννυμενάων, 590
Καὶ βοὸς ὑλοφάγοιο κρέας μήπω τετοκυίης,

Libumque lacteum, lacque caprarum non amplius lactantium. Et vaccae quae frondibus pascitur caro nondum enixae,

590. μάζα (sic) -- ἀμολγαίη] ἄρτος γάλακτι ἐζυμωμένος. σβεννυμενάων] παυσαμένων τὸ θηλάζειν. 591. ὑλοφάγοιο] ἀγρίου· ὕλην τρώγοντος. τετοκυίης] γεννησάσης.

590. Μάζα August.

„stinctius *Proclus*; sed foedo „vitio infectus: οἶνον Βύβλι„νον (pro Βίβλινον) ὃν ἀξιοῖ „(lege, οἱ Νάξιοι) παρ' αὐ„τοῖς γεωργεῖσθαι φασι πο„ταμὸν ἔτω καλούμενον· (le„ge, παρὰ ποταμὸν) *Tze„tzes* ineptit suo more. A cor„rupta autem lectione *Hesiodi* „deceptus est *Eustathius*, qui „ad Iliad. Λ. p. 871. Βύβλι„νον οἶνον, et Βυβλίαν χώ„ραν scribit, tamquam *Hesio„do* auctore. Adde *Theocri„tum* qui Idyll. XIV, 15.

„— — ἀγῷξα δὲ Βύβλινον
αὐτοῖς
„Εὐώδη τετόρων ἐτέων.

„*Aperui istis vinum Biblinum,* „*odoratum quatuor annorum.* „Pro Βίβλινον. Denique *Sui„das*, apud quem, Βιδίνη· „πόλις Σκυθίας, pro Βιβλί„νη, vt hic, quemadmodum „ex ipsa litterarum serie ma„nifestum est." Hactenus *Holstenius*, qui in loco *Athenaei* nescio quare praetermiserat verba *Philini*, quae quam maxime faciunt ad rem, nosque docent cur *Hesiodus* suadeat aestate bibere vinum Biblinum. Ex iis enim liquet fuisse tenue vinum, et quod non facile inebriaret; quale bibendum aestate, non generosius, cuius fumi facile inebriant, et vis etiam vehementior incendit. Ceterum vniuersa Thracia, propter frequentiores montes, non est ferax vini, sed tantum partes meridianae. *Clericus.*

Εἴη πετραίη τε σκιὴ] Haec mihi legenti veniunt in mentem summi Poetae carmina, quae, licet politissima, haud tamen penitus ab antiquo nostro et rustico Poëta abhorrent.

Rura mihi et rigui placeant in vallibus amnes;
Flumina amem sylvasque inglorius; O vbi campi
Sperchiusque, et virginibus bacchata Lacaenis
Taygeta! O qui me gelidis in vallibus Aemi
Sistat, et ingenti ramorum protegat vmbra. Georg. 2. *Rob.*

590. Μᾶζα δ' ἀμολγαίη] Scilicet, τῷ περὶ τὸν τῆς ἀμολγῆς καιρὸν ἀμελγομένῳ. κατὰ τὸν ἀμολγὸν πεποιημένη καὶ γάλακτι ἐζυμωμένη τῷ ἀμολγαίῳ. *Guietus.*

592. Πρω-

Πρωτογόνων τ' ἐρίφων. ἐπὶ δ' αἴθοπα πινέμεν οἶνον,
719. Γλώσσης τοι θησαυρὸς] Sententiam horum versuum illustrarunt Interpretes Iacobi ad Cap. III. 9. et sqq. *Clericus.*

721. Εἰ δὲ κακὸν] Proclus ad locum: Ἀλλαιῶς· Εἰκὸ εἴποις τὰ θέλεις, ἀκούσαις τὰ κ' οὐ θέλεις. Καὶ Ὅμηρος· Ὅπποῖον καὶ εἴπησθα ἔπος, τοιοῦνδ' ἐπακούσαις. *Robins.*

722. Μηδὲ πολυξείνῳ δαιτὸς δυσπέμφελος] Δαιτὸς subintellige γενομένης. hoc est, ἑράνου. δυσπέμφελος, δυσπρόσιτος, δύσκολος, an παρὰ τὸ πέμπεσθαι. Hos versus sic distinguit Heinsius: Μηδὲ πολυξείνῳ δ. δ. εἶναι. ἐκ κοινῆς πλείστη τε χ. δ. τ. ὀλιγίστη. Placet. *Guietus.*

Δυσπέμφελος] Mare quidem dicitur δυσπέμφελον ab *Hesiodo*, in Theogonia, quod non sine periculo transmitti possit; hic vero, vbi sermo est de conuiuio, δυσπέμφελος dici videtur qui aegre adducitur, vt velit symbolam suam conferre ad conuiuium, seu ἔρανον. Hoc nos docuerat *Hesychius*, sed verba eius corrupta sunt. Δυσπέμφελος, ἐπὶ μὲν τῆς θαλάσσης, ἡ δυσχείμαῤῥος καὶ τραχεῖα καὶ ταραχώδης· ἐπὶ δὲ τοῦ κολυμβητοῦ, δυσαρεστος. Respicit ad locum *Homeri* Iliad. Π. v. 747. vbi hominem mortuum ex curru decidentem vrinatori, e fundo maris ostrea petenti, confert Patroclus, hisce verbis:

Πολλὰς ἄν κορέσειεν ἀνὴρ ἔδε τηθεα δυφῶν
Νηὸς ἀποθρώσκων, εἰ καὶ δυσπέμφελος εἴη.

Multos

Ἐκ κοινῆ· πλείσῃ δὲ χάρις, δαπάνη τ' ὀλιγίσῃ.
Μηδέ ποτ' ἐξ ἠοῦς Διὶ λείβειν αἴθοπα οἶνον
Χερσὶν ἀνίπτοισιν, μηδ' ἄλλοις ἀθανάτοισιν
Οὐ γὰρ τοίγε κλύουσιν, ἀποπτύουσι δέ τ' ἀρὰς.

De symbolis: plurima enim gratia, sumtusque minimus.
Neque vmquam mane Ioui libato nigrum vinum
Manibus illotis, neque aliis immortalibus.
Neque enim illi exaudiunt, respuunt vero etiam preces.

723. δὲ] γὰρ. δαπάνη] ἀνάλωμα. 724. ἐξ ἠοῦς] πρωΐ. αἴθοπα] καυστικόν. 726. κλύουσιν] ἀκούουσι. ἀποπτύουσι] ἀποστρέφονται. ἀρὰς] εὐχὰς.

723. Post ἐκ κοινῆ in August. deest colon, et quidem erasum est. δαπάνη δ' August. 725. ἀνίπτοισι August. ἀνίπτοις Ald. Iunt. 1. 2. Trinc. μὴ δ' August. Ald. et sic semper μηδὲ in cod. August. et ed. Ald. diuisim scriptum legitur, vt v. 727. 730. 733. 735. 742. 748. 726. γάρ τοι γε August. τοὶ Senat. ἀρᾶς Senat.

Multos satiaret vir hic ostrea quaerens, ex naui desiliens, quamvis procellosum esset; nempe, mare. Ad quae verba haec habet *Eustathius*, quae in Lexicon suum transtulit *Phauorinus*: Δυσπέμφελος δὲ πόντος ὁ δυσχείμερος· διὰ ἐ δυσχερῶς ναῦς πέμπεται. ὅθεν καὶ Ἡσίοδος δυσπέμφελον τὴν ναυτιλίαν φησί. Ζηνόδοτος δέ φασι πληθυντικῶς γράφει· εἰ καὶ δυσπέμφελοι εἶεν, οἱ πολλοὶ, δηλαδὴ, ἐκεῖνοι. οἷς τὰ τήθεα παρατίθενται, ὅ ἐστὶ δυσάρεστοι, ὡς καὶ Ἡσίοδος· μηδὲ πολυξείνε δαιτὸς δυσπέμφελος εἶναι, ὅ ἐστι δύσκολος δυσμετάπεμπτος: *difficilis, qui aegre adduci potest vt veniat,* quamuis arcessitus. De ἐρύκω autem multa habet *Isaacus Casaubonus* ad Characteres *Theophrasti.* Clericus.

Μηδὲ πολυξείνε δαιτὸς] Vt hoc praeceptum, quod est περὶ συμβόλων et καταβολίων, quae collatis ab vnoquoque sumtibus instituebantur, constet sibi, sublata distinctione, ita lego: Μηδὲ πολυξείνε δαιτὸς δυσπέμφελος εἶναι· Ἐκ κοινῆ πλείσῃ τε χάρις, δαπάνη τ' ὀλιγίσῃ. Sensus est hoc modo mire directus et perspicuus. *Heinsius.*

725. Χερσὶν ἀνίπτοισι] Faciebat hoc non parum ad munditiem, quae a sacra facturis postulabatur. Vide not. ad Gen. XXXV, 2. Hinc in prouerbium abiit *illotis manibus* aliquid facere, quod perinde est ac imparatum esse. *Clericus.*

726. Ἀποπτύουσι δέ τ' ἀρὰς] Ἀποστρέφονται. Τὸ ἀρὰ, prex. proprie et primo imprecationes, siue καταραὶ, εὐφωνίας χάριν, ἀραὶ dictae. *Guietus.*

Μηδ' ἀντ' ἠελίοιο τετραμμένος ὀρθὸς ὁμιχεῖν.
Αὐτὰρ ἐπὴν κε δύῃ, μεμνημένος, ἐς τ' ἀνιόντος,
Μήτ' ἐν ὁδῷ, μήτ' ἐκτὸς ὁδὸς προβάδην ἐρήσῃς,
Μηδ' ἀπογυμνωθείς· μακάρων τοι νύκτες ἔασσιν. 730

Neque contra Solem verſus ſtans meito,
Sed etiam poſtquam occidit, memor eius rei, vſque ad orientem,
Neque in via, neque extra viam inter eundum meias,
Neque denudatus: Deorum quippe noctes ſunt.

727. ὁμιχεῖν] ἐρεῖν. 728. ἐπὴν (ſic)] ἐπεὶ. ἐς τ' ἀνιόντος (ſic)] ἐως ἀνίῃ. ἀνέλθῃ. 729. προβάδην] κινήμενος. 730. ἀπογυμνωθείς] ἐν τῇ νυκτὶ. ἔασιν (ſic)] εἰσὶ.

727. ἐς τ' Auguſt. ὁμίχλειν B. 60. 728. ἐπὴν Auguſt. ἐπεὶ Ald. Iunt. 1. 2. Steph. Com. Heinſ. ἐς' ἀνιόντα Coiſl. ἐς' ἀνιόντα Aug. ἀνιόντα etiam Ald. ἀνιόντος Trinc. Steph. marg. 729. ἐρήσεις Auguſt. Acad. 730. ἔασιν Senat. Acad. Auguſt. in quo etiam μήτ' paullo ante.

727. Μηδ' ἀντ' ἠελίοιο] Hic *Heſiodus* non vetat de die meiere, ſed tantum ſtantem, ad ſolem conuerſis ac retectis pudendis. Male hunc locum acceperat *Claud. Salmaſius* Exercit. Plinianarum p. 431. quaſi *Heſiodus* velit de nocte tantum lotium emitti; quod abſurdum eſt, nec poteſt obſervari. Itaque eum caſtigauit, ſed acrius aequo, *Dionyſ. Petauius* in Miſcellis Exercit. Cap. I. et recte obſeruauit hunc verſum interpunctione et ſententia a ſequenti eſſe diſtractum. *Clericus.*

Ὀρθὸς] Stans, vt Gallice *droit.* Vide Iliad. Σ, 246. et locum *Herodoti* laudandum ad v. 731. *Clericus.*

728. Αὐτὰρ ἐπεί κε δύῃ μεμνημένος ἐς τ' ἀνιόντα] Ab occaſu ad ortum rectum meiere licet. Male interpres. σιγμὴ τελεία poſt τὸ ἀνιόντα. *Guietus.*

Αὐτὰρ ἐπὴν κε δύῃ] Hoc verſu et duobus ſequentibus, vt recte *Petauius*, hortatur Poëta, vt ne poſt occaſum ſolem, ac nocte quiſquam ambulando meiat, aut denudatus, quod etiam nocti veneratio quaedam adhibenda ſit. Igitur poſt ἀνιόντα non eſt ponenda τελεία σιγμὴ, vt multi fecerunt. *Clericus.*

730. Μηδ' ἀπογυμνωθείς] Subintellige, etiam ſub nocte. *Guietus.*

Μηδ' ἀπογυμνωθείς] Cum Graeci tunicas quidem breuiores, niſi forte hyeme, ſed ſine clauſis femoralibus geſtarent, non neceſſe habebant retegere pudenda vt meierent; ſed tantum inflexis genibus clunes in talos demittere, vt tunicae inferior ora magis dilataretur, ne

Ἑζόμενος δ' ὄγε θεῖος ἀνὴρ πεπνυμένα εἰδὼς,
Ἢ ὄγε πρὸς τοῖχον πελάσας εὐερκέος αὐλῆς.

Sedens vero diuinus vir et prudens,
Aut ad parietem accedens bene ſeptae caulae.

731. ἑζόμενος] καθήμενος ἀρεῖ. πεπνυμένα] συνετὰ. εἰδὼς] γινώσκων. πελάσας] πλησιάσας. εὐερκέος] τῶ καλὸν ἕρκος ἔχοντος. 732.

732. *Ne Auguſt.*

ne lotio madefieret. De iis quae dicuntur *feminalia* vide *Iſaac. Caſaubonum* ad Auguſti Cap. LXXXII. in notis ad *Sueſonium*. Clericus.

Μαχαίρων τοι νύκτες ἔασιν] Non tantum vult interdiu non debuiſſe homines meiere ſtantes, ac retectis ad ſolem pudendis; ſed ne nocte quidem incedentes, aut pudendis nudatis; quia noctu Dii frequentius inter homines verſantur, vt recte ad hunc locum *Proclus*. Clericus.

731. Ἑζόμενος] Subintellige ἀρεῖν. *Guietus*.

Ἑζόμενος] Hoc eſt, clunibus ad talos demiſſis. *Sam. Bochartus* Hieroz. Parte I. Lib. II. c. 56. poſtquam oſtendit Iudaeos ſtantes ſolitos mingere, obſeruat Graecos ſedentes minxiſſe nuſquam reperiri, niſi apud vnum *Heſiodum*, cuius vſſ. 731, et 732. profert, tum ſubdit: *Itaque*, Heſiodi *aeuo*, *Graeci bene inſtituti*, *vel ſedentes mingebant*, *vel ad parietem accedentes*. *Sed poſterioribus ſaeculis*, *prius illud a viris vſurpari deſiit*, *et mulieribus relictum*. *Itaque in Graecorum monumentis nullum exſtat exemplum viri*, *qui ſedens minxerit*. Deinde allatis multis contrariis exemplis, addit hoc Herodoteum, quo, brevitatis cauſa, hic contenti erimus: *Herodoto*, inquit, *nihil expreſſius*, *qui vt probet Aegyptios in pleriſque aliter ſe gerere*, *quam reliquos homines*, *inter cetera haec habet* Lib II. c. 35. Οὐρέουσι αἱ μὲν γυναῖκες ὀρθαί, οἱ δὲ ἄνδρες καθήμενοι, *foeminae quidem ſtantes mingunt*, *viri vero ſedentes*. Clericus.

732. Αὐλαὶ antiquis dicebantur loca ſubdialia, aperta, quae vento expoſita erant. vnde locus διαυλίζειν dicitur, qui ventum ab vtraque parte admittit, vt docet Athenaeus l. 5. c. 5. In his locis apertis, quae ante domos erant, quoniam pecudes continebantur, factum eſt, vt αὐλὴ denotet *caulam*. qua notione h. l. ſumendum. Denique αὐλαὶ dicebantur *palatia*, *domus potentum hominum*. cuius denominationis Athenaeus l. c. duplicem reddit rationem, aut quia ante domos diuitum eiusmodi

Μηδ' αἰδοῖα γονῇ πεπαλαγμένος ἔνδοθεν οἴκου
Ἑστίη ἐμπελαδὸν παραφαινέμεν, ἀλλ' ἀλέασθαι.
Μηδ' ἀπὸ δυσφήμοιο τάφου ἀπονοσφήσαντο
Σπερμαίνειν γενεὴν, ἀλλ' ἀθανάτων ἀπὸ δαιτός.
Μηδέ ποτ' ἀενάων ποταμῶν καλλίῤῥοον ὕδωρ
Ποσσὶ περᾶν, πρίν γ' εὐξῃ ἰδὼν ἐς καλὰ ῥέεθρα,

Neque pudenda femine-pollutus intra domum
Focum iuxta reuelato, ſed caueto.
Neque a feralibus epulis reuerſus
Seminato progeniem, ſed Deorum a conuiuio.
Nec vmquam perennium fluuiorum limpidam aquam
Pedibus tranſito, priuſquam oraueris adſpiciens pulcra flumina,

733. πεπαλαγμένος] μεμολυσμένος. ἔνδοθεν] ἐντὸς. 734. ἑστίη] ὁ τόπος, ἐν ᾧ ἑστιον. ἐμπελαδὸν] πλησίον. παραφαινέμεν] παραφαίνειν· δεικνύειν. 735. ἀπονοσφήσαντα] ὑποστρέψαντα. 736. σπερμαίνειν] σπείρειν. δαιτὸς] εὐωχίας (sic). 737. ἀεννάων (sic)] διαπαντὸς ῥεόντων. 738. περᾶν] θέλε διαβῆναι. εὐξῃ] εὐχὴν ποιήσῃς. ῥέεθρα] ῥεῖθρα.

Inter v. 736. et 737. eſt Μηδ' ἐπὶ κρηνάων ἐρεῖν, μάλα δ' ἐξαλέασθαι in edd. Iunt. 1. 2. Trinc. Steph. 737. ἀεννάων Auguſt. Iunt. 1. 2.

modi loca ſubdialia fuerint, aut quia in iis locis regii ſtipatores ſtationem ſuam habuerint, ibique dormiuerint. conf. ad illum Athenaei locum Caſaub. *Krebſius.*

733. Πεπαλαγμένος] An a πάλη puluiſculo παλάσσω. *Guietus.*

734. Ἑστίη ἐμπελαδὸν παραφαινέμεν] Quia, nimirum, ad focum erant Dii Penates, focuſque, vt habet *Proclus*, erat domeſtica ara, in qua libationes quotidie fiebant, et ſe pollutos exiſtimabant. Itaque prius abluere ſe ſe neceſſe habebant, ſi praecepto Heſiodi obſequi volebant. Sic apud *Herodotum*, Lib I. 198. ὁσάκις δ' ἂν μιχθῇ γυναικὶ τῇ ἑαυτοῦ ἀνὴρ Βαβυλώνιος, — ὄρθρου γενομένου λέγεται ἀμφότεροι, ἄγγεος γὰρ ἑδενὸς ἅψονται πρὶν ἂν λέσωνται: *quoties autem cum vxore miſcetur vir Babylonius, — orto diluculo abluuntur ambo, nullum vas priuſquam ſe abluerint tacturi.* Quae narratio oſtendit, apud Graecos, *Herodoti* aetate, vulgo obſeruatum non fuiſſe *Heſiodi* praeceptum. *Clericus.*

736. Ἀπὸ δαιτός] A Deorum conuiuiis, quae ſacrificiis peractis fiunt, feſtis Deorum ſollemnibus. *Guietus.*

737. Ἀενάων ποταμῶν] An? αἰενάων. *Idem.*

739. Λευκῷ

Χεῖρας νιψάμενος πολυηράτῳ ὕδατι λευκῷ.
Ὃς ποταμὸν διαβῇ, κακότητι δὲ χεῖρας ἄνιπτος,
Τῷδε θεοὶ νεμεσῶσι, καὶ ἄλγεα δῶκαν ὀπίσσω.
Μηδ' ἀπὸ πεντόζοιο, θεῶν ἐνὶ δαιτὶ θαλείῃ,
Αὖον ἀπὸ χλωρῷ τάμνειν αἴθωνι σιδήρῳ.
Μηδέ ποτ' οἰνοχόην τιθέμεν κρητῆρος ὕπερθεν.

Manus lotus amoena aqua limpida.
Qui fluuium tranſierit, malitia vero manus illotus,
Ei ſuccenſent Dii, et damna dant in poſterum.
Ne vero a manu, Deorum in celebri conuiuio,
Siccum a viridi reſeca nigro ferro.
Neque vmquam vrceum, ex quo vinum funditur, pone ſuper craterem

739. πολυηράτῳ] πολυερέτῃ. 740. ἴδε (ſic)] καὶ. 741. τῷδε] τύτῳ. νεμεσῶσι] μισῶσι. ἄλγεα] ἄλγη. ὀπίσσω] μετὰ ταῦτα. 742. πεντόζοιο] πέντε ὄζους ἐχόσης. δαιτὶ] εὐωχείᾳ (ſic). θαλείῃ] θαλέσῃ (ſic). 743. αὖον] ξηρὸν. αἴθωνι (ſic)] μέλανι· καυσικῷ. 744. οἰνοχόην] κύαθον. τιθέμεν] τιθέναι. ὕπερθεν] ὑπεράνω.

740. κακότητ' ἴδε Auguſt. Iunt. I. 2. 742. πεντόξοιο B. 699. ἐν Auguſt. 743. αἴθονι Auguſt. 744. κρατῆρος Auguſt. Senat. Trinc. ὕπερθε Senat. Trinc.

739. Λευκῷ] Λαμπρῷ, διαυγεῖ. *Idem.*

740. Κακότητι] Contumacia, contumaci malitia. Scribe, κακότητί γε. Τὸ δὲ hic non placet. *Idem.*

Κακότητι] Hoc eſt, data opera, ſpretoque Deorum Numine. *Clericus.*

742. Ἀπὸ πεντόζοιο] A manu quae habet quinque digitos, vt πέντε ὄζους, *quinque ramos.* Αὖον vero ἀπὸ χλωρῷ, vt docent Graeci Interpretes, eſt pars ſicca, hoc eſt, extrema vnguium, quae ſeparatur ab ea quae carni adhaeret. Hoc praeceptum, obſcurius exprimitur ab *Heſiodo*, ſicut obſcure exprimebantur ſymbola a *Pythagora*, vt res nullius pretii viderentur neſcio quid reconditius complecti, et imperitis eſſent admirationi. Solent enim quam maxime mirari quae non intelligunt. Hoc videtur velle *Heſiodus*, non eſſe exſpectandum, ad manus abluendas, et vnguium, vt probe purgentur, retrimenta ſecanda, tempus ipſum conuiuii ſed manibus lotis accedendum. Alioqui ne in familiari quidem conuiuio vngues quiſquam ſecet, qui nolit retrimenta in patinas exſilire; quod, vt opinor, non gratius fuiſſet Graecis, quam nobis nunc eſt. *Clericus.*

743. Αὖον ἀπὸ χλωρῷ] Vngues a carne. *Guietus.*

744. Οἰνοχόην] Τὸν κύαθον. *Idem.*

Πινόντων· ὁλοὴ γὰρ ἐπ' αὐτῷ μοῖρα τέτυκται. 745
Μηδ' δόμον ποιῶν, ἀνεπίξεσον καταλείπειν,

Bibentium: pernicioſum enim in eo fatum eſt ſitum.
Neque domum faciens imperfectam relinquito,

745. ὁλοὴ] φθαρτικὴ. τέτυκται] ἐστὶ. 746. ἀνεπίξεσον] ἀτέλεστον.

Οἰνοχόην] Guttum, gutturnicum etiam vocabant veteres. *Scaliger.*

Μηδέ ποτ' οἰνοχόην] Haec eſt anilis ſuperſtitio, potius quam praeceptum ethicum, ſymbolorum more expreſſum. Hic enim Poëta religioſa tradit, non moralia. Itaque fruſtra eſt *Proclus*, qui vult myſtice ab *Heſiodo* ſignificari, non eſſe priuata praeferenda communibus, quia κρατὴρ commune erat, quo ex οἰνοχόῃ hauriebant. Verum communis etiam erat οἰνοχόη, quandoquidem ex ea etiam vinum commune hauriebant omnes conuiuae. Alia eius interpretamenta non ſunt veriſimiliora, vt nec cetera omnia allegorica commenta, quae ad incruſtanda ſuperſtitioſa deliria Maiorum ſuorum Graeci poſteriores adinuenerunt; vt ſapientiores viderentur fuiſſe, quam fuerant. Etiamnum hodie veterum ſuperſtitionum veſtigia videre licet, multis in locis. Sunt qui, exempli cauſa, mali ominis eſſe putant panem inuerſum, ita vt planior pars ſit ſuperior, cultros decuſſatim in menſa iacentes, ſalillum in menſam effuſum, et ſimilia; quibus myſticos ſenſus non minus facile eſſet inuenire, quam Heſiodeis nugis. *Clericus.*

Plutarchus de audd. poett. ἀλλ' οἱ πολλοὶ τῶν μὲν τοιούτων τὰς αἰτίας πικρῶς ἀπαιτοῦσι, καὶ διαπυνθάνονται, πῶς λέλεκται, Μηδέ ποτ' οἰνοχόην τιθέμεν κρητῆρος ὕπερθεν. Τῶν δὲ μειζόνων ἀβασανίστως παραδέχονται τὴν πίστιν. Ex quo loco appareret Plutarchum exiſtimaſſe, eum, qui in huius dicti cauſa quaerenda nimis curioſe laboret, tempus operamque perdere. Expoſitionem dicti Heſiodei apud Plutarch. in Conviu. Septem Sapientum reiicit, et illud inter aniles ſuperſtitiones refert *Krebſius*.

745. Πινόντων] Bibentibus ſubintellige conuiuis, compotoribus. bibendo, inter bibendum. Ὁλοὴ γὰρ ἐπ' αὐτῷ μοῖρα] Eſt mali ominis. μοῖρα omen. *Guietus.*

746. Ἀνεπίξεσον καταλείπειν] Superſtitioſum hic aliquid eſſe mihi perſuadeo, potiuſquam id quod volunt Graeci Interpretes; qui putant irriſionem ſignificari eorum, qui imperfectum aedificium ſunt conſpecturi. Exiſtimaſſe videtur *Heſiodus* mali eſſe ominis,

ſi cornix

Μή τοι ἐφεζομένη κρώζῃ λακέρυζα κορώνη.
Μηδ' ἀπὸ χυτροπόδων ἀνεπιῤῥέκτων ἀνελόντα

Ne forte insidens crocitet stridula cornix.
Neque ab ollis nondum dedicatis rapiens

747. μὴ] [subaud.] ἵνα. ἐφεζομένη] καθημένη. κρώζῃ] βαρ. λακέρυζα] ἡ πολλὰ βοῶσα. 748. χυτροπόδων] χυτρῶν. ἀνεπιῤῥέκτων] ἀθύτων. ἀνελόντα] λαβόντα.

747. Μή τι B. 60. August. Ald. Iunt. 1. 2. κρώξῃ Acad. Coislin. λακέρυξα Iunt. 2.

si cornix imperfecto aedificio insideret, quod facile et frequentius fieri potuit, si diu imperfectum relinqueretur. Agit autem hic de lignea rustici casa, ad quam absoluendam longo tempore opus non est. Eius opinionis vestigia remanserant apud Romanos, tempore *Plinii*, qui H. N. Lib. X. c. 12. sic de Cornice loquitur: *Ipsa ales est inauspicatae garrulitatis, a quibusdam tamen laudata.* Deinde: *inauspicatissima foetus tempore.* Eodem Capite, de bubone agens, ostendit a multis ferale habitum si domui insideret, quod confutat hisce verbis: *Priuatorum domibus insidentem plurimum scio non fuisse feralem.* Simile quiddam de cornice sensisse *Hesiodum* credibile mihi fit. Prodidit etiam *Aelianus* de Animalibus Lib. III. c. 9. vnam cornicem mali esse ominis: οἵ τε ἕδρας ὀρνίθων καὶ πτήσεις παραφυλάττοντες ἀπ συσύμβολον εἰς μαντείαν ὀττεύσσιν εἶναί φασιν, εἰ ὑπακούσοιτο κορώνη μία: *qui obseruant vbi insideant aues, et earum volatus non esse faustum auguria capientibus aiunt, si audiatur vna cornix.* Scio interdum boni ominis fuisse cornicem, qua de re vide Intt. ad Eclog. IX. *Virgilii*, v. 15. Sed satis mihi est inauspicatam saepe fuisse, vt eo *Hesiodum* respexisse existimem. *Clericus.*

747. Λακέρυζα] Α λάκω, λακίω, λακύρεω, λακερύω, λακερύζω, λακέρυζα, hoc est, λακέσσα strepera, garrula. *Guietus.*

748. Μηδ' ἀπὸ χυτροπόδων ἀνεπιῤῥέκτων] Vetus mos sub hoc verbo latere videtur, ollas nouas lustrandi et ad vsum felicem consecrandi, hoc est, benedicendi, vt loquimur. ἀνεπιῤῥέκτοι χυτρόποδες· hoc est, ἐφ' ὧν οὐκ ἐῤῥέχθη τὰ ἱερά. *Idem.*

Ἀνεπιῤῥέκτων] Scio quidem vasa dedicare solitos veteres, sed vox haec, et verbum ἀναίρειν suadent agi potius de carne rapta ex olla, siue de *aulicoquis extis*, vt loquitur *Festus*, antequam sacra essent facta.

Ἔσθειν, μηδὲ λόεσθαι· ἐπεὶ καὶ τοῖς ἔνι ποινή.
Μηδ' ἐπ' ἀκινήτοισι καθίζειν (ἐ γὰρ ἄμεινον) 750

Comedito, neque lauator: quia et hiſce noxa ineſt.
Neque ſuper immobilibus locato (non enim bonum eſt)

749. ἔσθειν] ἐσθίειν. λόεσθαι] λούεσθαι. τοῖς] τούτοις. ἔνι] ἐστὶ. ποινὴ] τιμωρία. 750. ἐπ' ἀκινήτοις (ſic) τάφοις.

750. μηδέ ποτ' Trinc. ἀκινήτοις Auguſt.

facta. Adſentior itaque *Sam. Bocharto* ſic hunc locum interpretanti Hieroz. Part. I. Lib. II. c. 50. Fuere qui dapes prope crudas eripuerint non ſolum ex popinis, ſed etiam ex locis ſacris. Vide 1. Sam. II, 13. vbi filii Helis ita ſe geſſiſſe narrantur. Qualis apud *Athenaeum* deſcribitur mulier quaedam, quae ſacra nondum immolata deuorabat, ἐφαρπάζεσ' ὀβελίσκε, *a veru illa rapiens*; et in *Suetonio* Vitellius c. 13. *homo non profundae modo, ſed intempeſtiuae quoque ac ſordidae gulae, ne in ſacrificio quidem vmquam, aut itinere vllo, temperauit, quin inter altaria ibidem ſtatim viſcus et farra paene rapta e foco manderet.* Denique, vt Poëta auctor,

Eſt etiam e mediis victima rapta focis.

Cuiuſmodi ventres ferit illud *Simonidis*, quod tandem in prouerbium ceſſit:

Ἄθυτα δ' ἱερὰ πολλάκις κατεσθίει.

Nondum immolata ſacra ſaepe deuorat. Proinde in *Heſiodo*, inter alia praecepta, hoc quoque habetur, *ne ab ollis nondum ſacrificatis* (cibum) *rapiens comedito.* Nam vt ἐέζειν et ἐπιῤῥέζειν *ſacrificare* eſt: ita ἀνεπιῤῥέκτος eſt ἄθυτος, *nondum ſacrificatus* vel *immolatus*, vt a *Tzetze* redditur. Addatur hiſce locus *Ciceronis* e Lib. II. de Fin. c. 7. *Reperiemus aſotos primum ita non religioſos, vt edant de patella.* Non neceſſe eſt nos hic colligere quae a Veteribus dicta ſunt περὶ τῶν βωμολόχων et θυαρπάγων, qui ex altari carnes ab alio oblatas rapiebant; neque enim de iis verba facit *Heſiodus*; ſed de iis qui ipſi ſacra facientes, nondum peractis ſacris, hoc eſt, antequam proſicias porrexiſſent, et adoleuiſſent, carnes victimae ſuae comedebant. *Clericus.*

750. Μηδ' ἐπ' ἀκινήτοισι καθίζειν] Per ἀκίνητα ſolum et lapides intelligere videtur, quae frigida ſunt et dura. Hoc praeceptum Pythagorico illi cognatum videtur, ne ſedeas ſuper lapidem. Vel ἐπ' ἀκινήτοισι καθίζειν eſt ἀκίνητον ποιεῖν.

ποιεῖν. Theocr. ἐπὶ ξηροῖσι καθίζῃ. *Guietus.*

Ἐπ' ἀκινήτοισι] *Proclus* ſepulcra interpretatur, quae movere nefas erat; at eodem iure terminos agrorum interpreteris. Malim intelligere de ſaxis quibusuis, quibus imponi pueros nollet *Heſiodus*; ſed tantum tabulis ligneis, aut aliis, quae poſſunt amoueri. Videtur credidiſſe ſi duodecimo die, aut duodecimo menſe puer collocaretur in rupe, infirmum eum fieri. Quod ſi diceretur de frequenti impoſitione pueri in ſedili ſaxeo, et per totam infantiam, non careret ratione; ſed ea res exitialior non fuit duodecimo die vel menſe, quam aliis infantiae temporibus. Mera haec fuit ſuperſtitio, cuius ratio certa non magis reddi poteſt, quam ſomniorum febricitantis. *Clericus.*

Μηδ' ἐπ' ἀκινήτοισι καθίζειν] Notum eſt omnibus quam multa de his Veteres. Ceterum cur hoc praeceptum, de non mouendis ſepulcris, ad παῖδα δυωδεκαταῖον ſpectet, numquam oſtendere potuerunt. Nos hos verſus, etiam ſine Grammaticorum ſuffragio, hoc modo tranſponendos eſſe non dubitamus, qui nimium miſere truncarunt, mutilarunt, auxerunt, tranſpoſuerunt olim, tamquam vultures quidam Homerum et Heſiodum:

Μηδὲ γυναικείῳ λετρῷ χρόα φαιδρύνεσθαι
Παῖδα δυωδεκαταῖον, ὅτ' ἀνέρ' ἀνήνορα ποιεῖ,
Μηδὲ δυωδεκάμηνον. ἴσον καὶ τοῦτο τέτυκται
Ἀνέρι. λευγαλέη γὰρ ἐπὶ χρόνον ἐς ἐπὶ καὶ τῷ
Ποινή.

Quanta cura τὰ θερμότερα τῶν λετρῶν, quae γυναικεῖα vocabant, et abſolute λετρὰ, in deliciarum deſcriptionibus, Lampridius *lauacra muliebria*, Capitolinus *excaldationes*, ſicut viri magni nuper notarunt, veteres diſtinxerint, pueris notum eſt; cum ex aliis, tum ex Comico, qui ἐκ τῶν λετρῶν totam diſciplinam Athenienſium conſiderari vult. Pueri autem δυωδεκαταῖοι et δυωδεκάμηνοι, omnia communia cum matribus habebant, δίαιταν, τροφὴν, οἶκον, id eſt, ipſum Gynaeceum. Heſiodus ergo ne eiuſmodi puerulos matrum λετροῖς adſueſcere ſinant, ex diſciplina veteri, quia θηλύνεσθαι τὰ σώματα ex aquae tepore exiſtimabant, diligenter monet. Senſus erit ita perſpicuus planuſque, vt nihil ſupra, hoc modo.

Neque muliebri lauacro corpus purgare
Puerum ſinas duodecennem, quia maſculos eneruat,
Neque duodecim menſium: nocet et illud aequali modo
Viro: dura enim ſuo tempore et hanc rem ſequitur
Poena.

Apparet hinc ante omnia praeceptum περὶ τῶν ἀκινήτων huc non ſpectare: quod ſeorſim conſiderabimus. *Heinſius.*

Μηδ' ἐπ' ἀκινήτοισι καθίζειν] Ἀκίνητα ſunt οἱ νόμοι:

Παῖδα δυωδεκαταῖον, ὅτ' ἀνέρ' ἀνήνορα ποιεῖ·

Puerum duodecennem, quia virum inertem facit:

751. παῖδα δυωδεκαταῖον] ἀγύμναστον ἀφῆς. ἀνέρ'] ἀνέρα· ἄνδρα. ἀνήνορα] ἄνανδρον.

751. δυωχεταῖον Acad. δυωδεταῖον Senat. Trinc.

de quibus vſitatam fuiſſe elegantiſſimam paroemiam μὴ κινεῖν τὰ ἀκίνητα, qua hic Heſiodus vtitur, ſatis ex illo Platonis apparet, tertio De legibus: Οὐκ ἦν τοῖς νομοθέταις ἡ μεγίστη τῶν μέμψεων, ἰσότητα αὐτοῖς τινα κατασκευάζεσι τῆς οὐσίας, ἣ περ ἐν ἄλλαις νομοθετουμέναις πόλεσι πολλαῖς γίνεται, ἐάν τις ζητῇ γῆς τε κτῆσιν κινεῖν, καὶ χρεῶν διάλυσιν, ὁρῶν ὡς ἂν οὐκ ἂν δύναιτο ἄνευ τούτων γενέσθαι ποτὲ τὸ ἴσον ἱκανῶς. ὡς ἐπιχειροῦντι δὴ νομοθέτῃ κινεῖν τῶν τοιούτων τι πᾶς ἀπαντᾷ λέγων, μὴ κινεῖν τὰ ἀκίνητα. Et Euſebius Praeparat. Euang. lib. III. Ἡμᾶς δὲ τὰ μέγιστα ἀσεβεῖν, τὰς ἄτως ἐμφανεῖς καὶ εὐεργετικὰς δυνάμεις ἐν ἀδενὶ λόγῳ τιθεμένους· ἄντικρυς δὲ παρανομοῦντας, δέον σέβειν ἕκαστον τὰ πάτρια, μηδὲ κινεῖν τὰ ἀκίνητα, στοιχεῖν δὲ καὶ ἕφεσθαι τῇ τῶν προπατέρων εὐσεβείᾳ, ἀλλὰ μὴ πολυπραγμονεῖν ἔρωτι καινοτομίας. Καθίζειν ἐπ' ἀκινήτοισι, pro κινεῖν τὰ ἀκίνητα, quam eleganter dictum ſit, oſtendimus ad Proclum. *Idem.*

Οὐ γὰρ ἄμεινον] Vetus clauſula qua potiſſimum vtebantur in interdictis ſuis Principes, erat, ἃ γὰρ ἄμεινον. Sic apud Herodotum in cautione ſepulcrali in Epitaphio Nitocridis: τῶν τις ἐμεῦ ὕστερον γινομένων Βαβυλῶνος βασιλεων, ἢν σπανίσῃ χρημάτων, ἀνοίξας τὸν τάφον, λαβέτω ὁκόσα βούλεται χρήματα, μὴ μέν τοίγε μὴ σπανίσας γε. ἃ γὰρ ἄμεινον. Quia autem vulgo etiam in Ethicis cautionibus ea vtebantur clauſula, Horatius Philoſophiam alibi, *meliora* dixit, id eſt, τὰ ἀμείνω.

Cum tu coemtos vndique nobiles
Libros Panaeti, Socraticam et
domum
Mutare loricis Iberis
Pollicitus meliora tentas.

Pollicitus *meliora*, eſt, ὁ τῆς φιλοσοφίας ἀντιποιούμενος. *Heinſius.*

751. Παῖδα δυωδεκαταῖον] An 12. dierum? vide Plutarchi expoſitionem apud Proclum, qui περὶ νεογνῶν intelligit. Hunc et ſequentes quatuor verſus aliter diſpoſuit Heinſius, quem vide. *Guietus.*

753. Μηδὲ

Μηδὲ δυωδεκάμηνον· ἴσον καὶ τῦτο τέτυκται.
Μηδὲ γυναικείῳ λετρῷ χρόα φαιδρύνεσθαι
Ἀνέρα. λευγαλέη γὰρ ἐπὶ χρόνον ἔς' ἐπὶ καὶ τῷ
Ποινή· μηδ' ἱεροῖσιν ἐπ' αἰθομένοισι κυρήσας,
Μωμεύειν ἀΐδηλα· θεὸς νύ τι καὶ τὰ νεμεσσᾷ.

Neque duodecim menſium: aequale et hoc eſt.
Neque muliebri in balneo corpus abluito
Vir: grauis enim ſuo tempore erit et huius rei
Poena. neque in ſacrificia accenſa incidens,
Reprehende arcana: Deus quippe et haec indigne fert.

752. τέτυκται] ἐστὶ. 752. χρόα] σῶμα. φαιδρύνεσθαι] καλλωπίζεσθαι. 754. λευγαλέη] ἀλγεινὴ. 755. ἐπαιθομένοισι (ſic)] θυσιαζομένοις. κυρήσας] τυχὼν. 756. μωμεύειν] ψηθυρίζειν (ſic). ἀΐδηλα] ἀφανῆ. τὰ] ταῦτα. νεμεσσᾷ] μισεῖ.

752. ἴσον Auguſt. 753. λυτρῷ Heinſ. 755. μὴ διεροῖσιν Trinc. ἐπαιθομένοισι Auguſt. Trinc. 756. Κωμεύειν Trinc. θεὸς νύ τοι B. 60. θεὸς τοι Coiſl. Auguſt. Ald. Iunt. 1. 2. Trinc. Steph. marg. Heinſ.

753. Μηδὲ γυναικείῳ λετρῷ] Nihili fecerunt poſteriores Graeci hoc *Heſiodi* praeceptum, quod iis exprobrat *Clemens Alexandrinus*, in Paedagogo, Lib. III. c. 5. ubi agit πῶς περὶ τὰ λετρὰ ἀνατρεπτέον, et haec habet: ἔξεσι δὲ τοῖς βελομένοις τῶν ἄλλων οἴκοι τὰς κατακλείσας γυμνὰς ἐν τοῖς βαλανείοις θεάσασθαι. ἐνταῦθα γὰρ ἀποδύσασθαι τοῖς θεαταῖς, ὥσπερ καπήλοις σωμάτων, ἐκ αἰσχύνονται. ἀλλ' ὁ μὲν Ἡσίοδος· Μηδὲ γυναικείῳ λετρῷ χρόα φαιδρύνεσθαι, παραινεῖ. κοιναὶ δὲ ἀνέῳκται, ἀνδράσιν ὁμῶς καὶ γυναιξὶ τὰ βαλανεῖα: *Licet autem aliis volentibus eſſe, quae domi ſunt inclauſae, nudas videre in balneis; hic enim ſe exuere ſpectatoribus, tamquam corporum cauponibus, non erubeſcunt. Sed Heſiodus quidem corpus foemineo non exhilarare lauacro, ſuadet. Viris autem et foeminis communia aperta ſunt balnea.* Nonnulli tamen Principes hoc, apud Romanos emendare conati ſunt. Vide *Hieron. Mercurialem* de Arte Gymnaſt. Lib. I. c. 10. *Clericus.*

756. Μωμεύειν ἀΐδηλα] Hoc eſt, vt quidem videtur, irridere ritus, quorum rationem ignoraueris, quia tibi non placent. Quod praeceptum ſuperſtitioſiſſimas quaſque caerimonias in tuto locat, quae poterunt ſemper defendi ab iis quibus placebunt, hoc praetextu quod earum rationes ab

iis

Μηδέ ποτ' ἐν προχοῇ ποταμῶν ἅλαδε προρεόντων,
Μηδ' ἐπὶ κρηνάων ἰρεῖν· μάλα δ' ἐξαλέασθαι·
Μηδ' ἐναποψύχειν· τὸ γὰρ ἧσσόν τοι λωΐτον ἔσται
Ὧδ' ἔρδειν· δεινὴν δὲ βροτῶν ὑπαλεύεο φήμην. 760
Φήμη γάρ τε κακὴ πέλεται, κεῖφη μὲν ἀεῖραι

Nec vmquam in alueo fluuiorum mare influentium,
Neque ſuper fontes meito; quin valde euitato;
Neque incacato; id enim nihilo eſt melius
Sic facere; grauem vero mortalium euitato famam.
Fama enim mala eſt, quae celeriter quidem excitatur

757. προχοῇ] προχεύσει. ἅλαδε] εἰς τὴν θάλασσαν. 758. [ἐξαλέασθαι] ἐκφεύγειν. 759. ἐναποψύχειν] ἀποπατεῖν. χέζειν. λώϊον] καλὸν. 760. ὧδ'] ὕτως. ἔρδειν] ποιεῖν. ὑπαλεύεο (sic)] φεῦγε. 761. κεῖφη] ἐλαφρὰ. ἀεῖραι] ὑψῶσαι.

757. προῤῥεόντων Trinc. 759. τῦτο Trinc. ἔτι Auguſt. 760. ὑπαλεύεο B. 699. Auguſt. Iunt. 1. 2.

iis, qui eas improbant, ignorentur. At quidquid Rationi et rectae de Numine notioni aduerſatur, id merito poſſumus μωμεύειν, quamuis inſtitutionis eius cauſas ignoremus. Res ipſa ſaepe docet nullas ſatis graues eſſe potuiſſe. *Clericus.*

757. Μηδέ ποτ' ἐν προχοῇ.] Hos verſus delendos cenſet Plutarchus, teſte Proclo. ἐπέχω. vide Plut. *Guietus.*

759. Μηδ' ἐναποψύχειν] Ἀφοδρεύειν, ἐναποπατεῖν, a ψύω, πτύω ſpuo, ψύχω, ἀποψύχω etc. *Idem.*

760. Δεινὴν δὲ βροτῶν ὑπαλεύεο φήμην] Non ſunt, nimirum, ea facienda, quae cum omitti ſine crimine poſſint, ſi fierent famam prauam crearent; nam in rectè factis, et quae virtus a nobis poſtulat, parum curandam famam docent Philoſophi. Vbi agitur officium quodpiam, a vera virtute praeſcriptum, *nihil magis praeſtandum eſt, quam ne, pecorum ritu, ſequamur antecedentium gregem, pergentes non qua eundum eſt, ſed qua itur. Atqui nulla res nos maioribus malis implicat, quam quod ad rumorem componimur; optima rati ea quae magno adſenſu recepta ſunt, quorumque exempla nobis multa ſunt; nec ad rationem, ſed ad multitudinem viuimus. Inde iſta tanta coaceruatio aliorum ſupra alios ruentium.* Verba ſunt *Senecae*, ex Cap. I. de vita beata, vbi et alia in eamdem ſententiam. *Clericus.*

761. Κεῖφη μὲν ἀεῖραι] Subito facilis, valde facile eſt eum ſubire. *Guietus.*

764. Θεὸς

Ῥεῖα μάλ', ἀργαλέη δὲ φέρειν, χαλεπὴ δ' ἀποθέσθαι.
Φήμη δ' οὔ τις πάμπαν ἀπόλλυται, ἥν τινα πολλοὶ
Λαοὶ φημίζωσι· θεὸς νύ τις ἐσσὶ καὶ αὐτή.

ΕΡΓΩΝ ΤΕΛΟΣ.

Facillime, moleſta vero portatu, difficiliſque depoſitu.
Fama vero nulla prorſus perit, quam quidem multi
Populi diuulgant; quippe Dea quaedam eſt et ipſa.

OPERVM FINIS.

762. ἀργαλέη] λυπηρὰ. φέρειν] ὑπομένειν. ἀποθέσθαι] ἀποβαλεῖν. 763. οὔτις] ὐδεμία. πάμπαν] παντελῶς. ἀπόλλυται] φθείρεται.

762. μάλα Auguſt. δὲ in eodem codice deeſt. 764. φημίξωσι B. 731. R. S. Auguſt. Acad. Trinc. φημίξωσι Steph. marg. τι Acad. τοι Iunt. 1. 2. Steph. marg.

764. Θεὸς νύ τι καὶ] Alii σοι. forſan τε. *Idem.*

Θεὸς νύ τις ἐσσὶ] Poëtae poſtquam proſopopoeia abuſi ſunt, vt commentitias perſonas ex affectibus facerent, aliiſque id genus; poſtea ſibi ipſi perſuadent verum eſſe quod finxerunt. Sic *Heſiodus* noſter, qui in Theogonia tot diuinas perſonas liberrime finxit, hic *Famam*, in ſeriis praeceptis, quaſi Deam habet, rationemque hanc profert, vt perſuadeat ita inſtituendam vitam ne rumoribus ſiniſtris occaſionem praebeamus. Atqui ſi fama facinoris alicuius, aut flagitioſae vitae ſit vera, res fugienda fuit, non propter famam, ſed quia mala erat; ſi vero ſit falſa, nec vlla noſtra culpa excitata, ſpernenda eſt. *Rumor* autem neutra ratione Deus dici poteſt, niſi poetica τερατολογίᾳ, quae etiam prauum *Rumorem* Deum eſſe fingit; cuius rei exſtat inſigne exemplum, apud *Virgilium* Aeneïdos IV, 174. in deſcriptione Famae. *Clericus.*

ΗΣΙΟΔΟΥ ΤΟΥ ΑΣΚΡΑΙΟΥ
ΗΜΕΡΑΙ.

Ἤματα δ' ἐκ διόθεν πεφυλαγμένος, εὖ κατὰ μοῖραν,
Πεφραδέμεν δμώεσσι. τριηκάδα μηνὸς ἀρίστην [765
Ἔργα τ' ἐποπτεύειν, ἠδ' ἀρμαλιὴν δατέασθαι,

HESIODI ASCRAEI DIES.

Dies vero ex Ioue obseruans, bene secundum decorum,
Doce seruos. tricesimúm mensis optimum
Ad opera inspicienda, demensumque diuidendum,

765. διόθεν] ἐκ τῦ Διὸς. εὖ] καλῶς. 766. πεφραδέμεν] ἀντὶ τοῦ λέγειν. δμώεσσι] δούλοις. τριηκάδα] τριακοστὴν. 767. ἐποπτεύειν] ὁρᾶν. ἠδ'] καὶ. ἀρμαλιὴν] τροφὴν. δατέασθαι] ἀπομερίζειν.

765. Ἤματα δ' ἐκ διόθεν] De superstitiosis hisce deliri, hac certe in re, Poëtae praeceptis iudicium *Plutarchi* vide ad v. 824. *Clericus.*

766. Πεφραδέμεν] Τὸ πεφραδέμεν hic est agendo praecipere, σημαίνειν imperare. Τριηκάδα μηνὸς ἀρίστην] Supple πεφραδέμεν. *Guietus.*

Πεφραδέμεν] Hoc est, prius doce, ne quid infaustis diebus aggrediantur. *Hesychius*: φράζει, δεικνύει, σημαίνει, λέγει. Quamobrem et apud Romanos, nonnullorum in Triclinis, affixae erant Tabulae, in quibus *qui dies boni, quique incommodi essent* notatum erat, vt est apud *Petronium* Cap. XXX. *Clericus.*

Τριηκάδα μηνὸς ἀρίστην] Hoc est, vltimum diem cuiusque mensis; nam antiquissimi Graeci, vt etiam Orientales, menses Lunares habebant, quos singulos triginta diebus claudebant, vt ostendit multis *Dionys. Petauius* Lib. I. de Doctr. Temporum, et eminentissimae dignitatis ac eruditionis vir *Henr. Norisius* in Dissert. de Mense et Anno Macedonum Cap. I. *Clericus.*

767. Ἐποπτεύειν] Hoc est, diligenter expendenda seruis attributa opera in mensem, vt videas an ea recte perfecerint. *Clericus.*

Ἀρμαλιὴν] *Hesychius* interpretatur ἀρμαλιὴν τὴν τροφὴν, παρὰ ἁρμόζειν καὶ ἰσχυροποιεῖν

Εὖτ' ἂν ἀληθείην λαοὶ κρίνοντες ἄγωσιν.

Nempe, cum in iure dicendo populus verſatur.

768. ἄγωσιν] αὐτὴν τὴν λ.

768. κρίνωντες Iunt. 1. 2.

ροποιεῖν τὰ μέλη. Hanc quoque, et alias originationes non meliores habet Etymologicon Magnum. At ſatius eſt interpretari ἁρμοσθεῖσαν ἑκάςῳ τροφὴν, *conuenientem vnicuique cibum*, quem *demenſum* vocabant Latini, et quem ſingulis Calendis diſtributum ſeruis docuerunt viri docti ex hoc *Plauti* loco, in Sticho Act. I. S. 2. v. 3. vbi herus ſeruos ſic alloquitur: *vos meminiſtis quot Calendis petere demenſum cibum.* Ad quem locum vide Intt. *Pignoriumque* et *Popmam* de Seruis. *Clericus.*

768. Εὖτ' ἂν ἀληθείην] Quamuis communis interpretatio bona ſit, tamen aliter intelligo. Nam εὖτ' ἂν ἀληθείην indicari illis verbis tempus diei, quod vocatur πλήθουσα ἀγορὰ, frequens forum quando ius dicitur, hoc vero eſt ἀληθείην κρίνειν. *Scaliger.*

Εὖτ' ἂν ἀληθείην] Ordo εὖτ' ἂν λαοὶ ἄγωσι τὴν τριηκάδα, ſupple κρίνοντες ἀλήθειαν, hoc eſt, reuera, ex rei veritate; hoc eſt, quando ἡ σύνοδος γίνεται ἐν τῇ τριακάδι ἀληθῶς. vide Proclum. *Guietus.*

Plenius mentem ſuam expreſſit *Ioſ. Scaliger* de Emend. Temporum Lib. I. p. 4. vbi agit de partibus diei. Itaque verba eius hic apponemus: „Tempus antemeridianum de„ſignantes dicebant πληθυούσης vel πληθούσης ἀγορᾶς, „conuenientibus, ſcilicet, eo „tempore in comitium viris; „vt *Heſiodus* dicit, εὖτ' ἂν „ἀληθείην λαοὶ κρίνοντες „ἄγωσι. Quod tamen longe „aliter Graeci Interpretes illius „Poëtae exponunt. Aiunt „enim *Heſiodum* intellexiſſe „de triceſima menſis Lunaris, „et ſenſum loci Heſiodei eſſe „perinde ac ſi dixiſſet: *quando homines veram triacada lunarem agunt*, et non ſecun„dum vſum politicum, ſed ſe„cundum motum Lunae. Quod „tamen nobis valde coactum „videtur, et mentem *Heſiodi* „hanc fuiſſe dicimus: τριακάδα eſſe valde idoneam re„bus gerendis ea hora, qua „homines ad ius in forum con„ueniunt. *Homerus* Odyſſ. M.

„— Ἦμος δ' ἐπὶ δόρπον ἀνὴρ
ἀγορῆθεν ἀνέσῃ
„Κρίνων νείκεα πολλὰ δικαζομένων ἀϊζηῶν.

„*Quando ad coenam vir e foro* „*ſurrexit, poſtquam iudicauit* „*de multis litibus, iuuenibus* „*litigantibus.* Quae ſane in„ter-

Αἵδε γὰρ ἡμέραι εἰσὶ Διὸς παρὰ μητιόεντος,

Hi enim dies sunt Ioue a prudente.

769. μητιόεντος] βελευτικῶ.

„terpretatio melior vulgari. „Sic etiam paullo post dicit, „ἥματος ἐκ πλείω, quod nos „interpretamur, *iam adulto* „*die*. Haec vir summus, cui „adsentimur. Nimirum, hic ἀληθείη non est *veritas*, sed *ius*, aut *iustitia*, vt passim apud Poëtas; et κρίνειν ἀληθείην idem est ac κρίνειν θέμιστας, vt loquitur *Hesiodus* Theogon. v. 85. hoc est, *ius dicere*. Ἄγειν vero vox est iuridica, quae dicitur de occupatione Iudicum ius dicentium, hominumque propterea ad eos conuenientium, de qua vide Interpretes ad Act. XIX, 38. Aliter sensum expresseris his verbis: ὅτε ὑπὸ τῶν λαῶν ἄγονται ἀγόραιοι καὶ κρίνονται δίκαι κατ' ἀλήθειαν: *cum a populis celebrantur dies fasti, quibus ius dicitur, et lites secundum iustitiam iudicantur*. Clericus.

769. Αἵδε γὰρ ἡμέραι] Superiores quatuor versus spurii videntur. Hic autem incipit Hesiodus. Sic liber ἔργων et abrupte incipit ἐκ ἄρα μεῖνος etc. Theogonia autem ἤτοι μὲν πρώτιστα, etc. *Guietus*.

Διὸς παρὰ μητιόεντος] Errauit vir summus Angelus Politianus, cum tres dies Iouis ab Hesiodo statui obseruat, ex hoc loco. Vetustissimi Poëtae, ominis causa, vtebantur ἐκ περιττῆ voce Διὸς, eleganter, in narrationibus etiam, quacumque de re agebant. Ita in principio continuo τῶν Ἔργων, Ὅν τε διὰ βροτοὶ ἄνδρες ὁμῶς, ἄφατοί τε φατοί τε, Ῥητοί τ' ἀῤῥητοί τε. Διὸς μεγάλοιο ἕκητι. Vbi illud postremum ominis causa ponitur, et ex abundanti: nam nihil est quo referatur. Peculiariter autem singulos dies Poetae, ἡμέρας ἐκ Διὸς dicunt simpliciter. Sic in illo ὅσσαι γὰρ νύκτες τε καὶ ἡμέραι ἐκ Διός εἰσι. Auctor Megarae Idyllii Dorici: σὺ δ' ἤϋτε λείβεαι ὕδωρ Νύκτας τε κλαίουσα καὶ ἐκ Διὸς ἤματ' ὄπωσσα. Ita Hesiodus cum rationem τῶν ἡμερῶν incipit, in genere iubet φυλάσσεσθαι ἤματα ἐκ διόθεν. id est, simpliciter, *dies quos natura constituit*: ita ea vox millies a Poetis ponitur. Sic Apollonius et Nonnus αὔρας ἐκ Διὸς dixerunt, sicut Hesiodus ἤματα ἐκ Διός. Omnes enim res ominis causa Διὸς dicebant. Ita vt inde τὸ Διὸς, ἐκ περιττῆ, in vsu remanserit. Vt cum Theocritus dixit, Μισάων ἀπάνευθε, Διὸς μέγα βελεύοντος: quod etiam veteres magistri videntur ex eo loco ad Homerum notare.

Id

Πρῶτον ἔνη, τετράς τε, καὶ ἑβδόμη, ἱερὸν ἦμαρ· 770
Τῇ γὰρ Ἀπόλλωνα χρυσάορα γείνατο Λητώ.

Primum, nouilunium, quartuſque, et ſeptimus, ſacer dies:
Hoc enim Apollinem enſe aureo armatum peperit Latona.

770. ἔνη] ἡ νεμηνία. 771. χρυσάορα] χρυσοειδῆ. γείνατο] ἐγέννησε (ſic).

Id quod illi toties ἐκ Διὸς dicunt, Heſiodus hic παρὰ Διὸς, dicit. Αἱ δὲ, inquit, ἡμέραι εἰσὶ παρὰ Διὸς: id eſt, *Hi ſunt dies de quibus acturi ſumus*: quicquid non interpretamur, ominis cauſa dicitur. Atque haec cauſa eſt, cur Proclus, qui tam ſtudioſe ex more familiae ſuae, dies perſecutus eſt, nihil περὶ Διὸς ἡμερῶν dicat, niſi quod πάσας τὰς ἀγαθὰς ita dici exiſtimat. Atqui Heſiodus, poſt hanc formulam, non τῶν ἀγαθῶν ſolum, ſed et τῶν κακῶν aggreditur diuiſionem. Tzetzes ad omnes dies retulit: quamquam more ſuo nugaciſſime ſupra, ἐκ Διόθεν, ἐκ νοὸς καὶ Φρονίμων exponat, hic vero παρὰ τῆς εἱμαρμένης. Sed veniam meretur qui a Grammaticis diſſentit, cum ipſi toties a ſe abeant. *Heinſius.*

770. Πρῶτον ἔνη] Ἡ τριακὰς ſupra dicta *Guietus.* Fallitur, vt ſequente nota *Scaligeri* liquet. *Clericus.*

Πρῶτον ἔνη] Ἕνη vocabatur temporibus Heſiodi prima menſis. Sed Solon omnium primus vocauit τὴν τριακάδα ἕνην καὶ νέαν. *Scaliger.*

Καὶ ἑβδόμη] Nimirum, menſis, non hebdomadis, vt recte oſtendit *Ioan. Seldenus* de Iure Nat. et Gentium Lib. III. c. 17. contra Veteres et Recentiores, qui fruſtra hic veſtigia Iudaïci Sabbathi quaeſiuerant. *Clericus.*

Ἱερὸν ἦμαρ] Non ſignificatur dies profeſtus, quo ferias agitari oporteret, ſed dies fauſtus. Vidè v. 819. Idem eſt ac τετελεσμένον ἦμαρ v. 799. hoc eſt, dies valde accommodus ad res gerendas, quod vidit etiam idem *Seldenus*, loco memorato. *Clericus.*

771. Τῇ γὰρ Ἀπόλλωνα χρυσάορα γείνατο] Nempe, menſis Thargelionis. *Diogenes* in vita Platonis §. 2. Γίνεται Πλάτων — Θαργηλιῶνος ἑβδόμῃ· καθ' ἣν Δήλιοι τὸν Ἀπόλλωνα γενέσθαι φασί: *naſcitur Plato Thargelionis ſeptimo, quo Delii natum Apollinem dicunt.* Ad quem locum vide Intt. quibus ſuccenturiandus vir illuſtris atque eruditus *Ezech. Spanhemius*, ad Callimachi hymnum in Delum v. 251. Propterea vniuscuiuſque menſis dies ſeptimus ſacer erat Apollini, non tantum dies ille Thargelionis

Ὀγδοάτη τ' ἐνάτη τε, δύω γε μὲν ἤματα μηνὸς
Ἔξοχ' ἀεξομένοιο βροτήσια ἔργα πένεσθαι.
Ἐνδεκάτη τε, δυωδεκάτη τ', ἄμφω γε μὲν ἐσθλά·
Ἡ μὲν ὄϊς πείκειν, ἡ δ' εὔφρονα καρπὸν ἀμᾶσθαι. 775

Octauusque et nonus, ambo dies mensis
Egregie crescentis ad curandum opera mortalium.
Vndecimus vero, duodecimusque, ambo quidem boni:
Hic quidem tondendis ouibus, ille vero laetis segetibus metendis.

772. ὀγδοάτη] ὀγδοηκοστὴ (sic). ἐννάτη τε] καὶ ϕ. ἤματα (sic)] ἡμέρα. 773. ἀεξομένοιο (sic)] αὐξανομένης. πένεσθαι] ἐνεργεῖσθαι. 774. ἐσθλὰ] ἀγαθά. 775. ὄϊς] πρόβατα. πείκειν] κείρειν. ἀμᾶσθαι] ἀμᾶν.

772. ἐννάτη Auguſt. μὲν Auguſt. ἤματα idem cod. et ſic ſemper. 773. ἀεξομένοιο Auguſt. Ald. Iunt. 1. 2. Trinc. 774. τε deeſt Iunt. 1. 2. 775. ϕ' Auguſt. Ald.

menſis, vt obſeruauit et *Seldenus* eo, quem antea indicauimus, loco. *Clericus.*

773. Ἔξοχ' ἀεξαμένοιο] Subintellige ἐϛὶ, hoc eſt, ἔξοχά ἐϛι πένεσθαι ἔργα βρ. μ. α. Egregia ſunt. *Guienus.*

775. Ὄϊς πείκειν] *Sam. Bocharus* Hieroz. Part. I. Lib. II. c. 45. poſtquam egit de vulſione lanae; „Vellendi, inquit, morem quod attinet, „is olim Romae fuit in vſu, „et in vicinis locis, non in Iudaea, nec in Graecia. Sal„tem, apud *Heſiodum*, qui „de re pecuaria ſcripſit primus „omnium, ὄϊας πείκειν, non „eſt *oues vellere*, ſed *tondere*, „vt in *Theocriti* Bucoliaſtis,

„— — ἐππόνα πεξῶ
„Τὰν ὄϊν, τὰν πέλλαν.
„*Cum quem pullam tondebo.*

„Verbum enim πείκειν Scho„liaſtes notat hic idem eſſe „quod κείρειν *tondere*, ὡς „καὶ παρ' Ἡσιόδῳ, vt et *apud* „*Heſiodum*. *Heſychio* etiam „πέξαι eſt κεῖραι, et πέξις „ψίλωσις, κεῖρα, ξύρησις. „Et quamuis apud *Archippum*, „*Crateinum* et *Philemonem* να„κοτίλτων et νακοτίλτης vel„lerum vulſorem proprie ſo„net, veteres tamen tonſo„rem explicant, (*Heſychius*: „νακοτίλται, οἱ κείροντες τὰ „πρόβατα. *Suidas*: νακο„τίλται, οἱ τῶν προβάτων „κείρεις) quia in vocum ex„plicatione non tam etymon, „quam vſus, reſpicitur. *Cle„ricus.*

Εὔφρονα καρπὸν] Laetificum. Sic εὐφρόνη nox quiete reficiens, recreans corpora, laetificans homines. *Guienus.*

777. Τῇ

Ἡ δὲ δυωδεκάτη τῆς ἐνδεκάτης μέγ' ἀμείνων.
Τῇ γάρ τοι νεῖ νήματ' ἀερσιπότητος ἀράχνης,
Ἤματος ἐκ πλείου, ὅτε τ' ἴδρις σωρὸν ἀμᾶται.

Duodecimus tamen vndecimo multo melior.
Hoc enim net fila in aëre ſuſpenſus araneus
Die adulto, quum et prudens (formica) aceruum colligit.

776. ἀμείνων] κρείττων. 777. νεῖ] κλώθει. ἀερσιπότητος] ὁ ἐν τῷ ἀέρι πετόμενος. 778. ἤματος ἐκ πλείου] ἀρχομένης (ſic). ἴδρις] ἐπιστήμων μύρμηξ. σωρὸν] σῖτον. ἀμᾶται] ἀμᾷ· θησαυρίζει.

777. et 778. deeſt in cod. Senat.

777. Τῇ γάρ τοι] Subintellige ἡμέρᾳ ex ſuperioribus. *Idem.*

Ἀερσιπότητος] A verbo ἀείρω et ποτὴ volatus, aduerſus aliorum opinionem. *Scaliger.*

778. Ἤματος ἐκ πλείου] Ἐκπλείῳ vna voce, hoc eſt, die pleno, aeſtiuo ſcilicet. Nam hiberni dies ſunt dimidii tantum. Infra εἰκάδι δ' ἐν μεγάλῃ πλέῳ ἤματι. *Guietus.* Gallice ad verbum exprimas *en plein jour*, hoc eſt, medio die, quemadmodum interpretatur hunc locum *Ioſ. Scaliger*, vt diximus ad v. 768. Sic dicebant πλεώνυξ, *la pleine nuit*, quamuis aliter vocem interpretetur *Heſychius.* Clericus.

Ὅτε ἴδρις] Hoc nomen formicae κατ' ἐξοχὴν datum. Horat. *Parvula nam exemplo magni eſt formica laboris.* Guietus.

Solet *Heſiodus* deſignare animalia nominibus adiectiuis, quibus eorum natura vel ſollertia optime deſcribitur. Sic pro Cochlea habet φερέοικον, *domiportam*, pro hirundine ὀρθογόην, *mane lugentem.* Nullum Epitheton formicae melius conueniat, quam ἴδρις, quam in rem vide quae collegit *Sam. Bochartus* Hieroz. Part. II. Lib. IV. c. 22. Quod autem hic dicitur duodecimo die menſis colligere aceruum, nemo neſcit tam verum eſſe, quam araneum telam eo potiſſimum die texere, hoc eſt, plane ridiculum et falſum. Quare miror Poëtam noſtrum tam confidenter mentitum, in re quae a puerulis argui poterat. Superſtitione, ſcilicet, animus praepeditus mendacio patet, clauſus eſt veritati. Sed quod magis mireris, non Poetae, ſed Phyſici, hoc eſt, veritatis indagatores, ſomnia eiuſmodi, pro rebus compertis, venditarunt; quod ex *Bocharti* collectaneis eiuſdem Libri Cap. XXI. agnoſces. Sunt enim prolixiora, quam huc transferri queant. *Clericus.*

Τῆδ' ἰσὸν ϛήσαιτο γυνὴ, προβάλοιτό τε ἔργον.
Μηνὸς δ' ἰσαμένυ τρισκαιδεκάτην ἀλέασθαι 780

Hoc telam ordiatur mulier, et inchoet opus.
Menſis autem inchoati decimotertio caueto

779. προβάλλοιτο (ſic)] αἴξοι. 780. ἀλέασθαι] ἀυφιέγειν.

779. προβάλλοιτο Auguſt.

779. Τῆδ' ἰσὸν ϛήσαιτο γυνὴ] Ἰϛὸς Graeci vocant ligna illa erecta, quibus ſtamina intenduntur ad telam faciendam. *Heſychius*: ἰϛὸς τὸ ὀρθὸν ξύλον τῆς νεὼς καὶ τὸ ὑφαντικόν. Latinis *iugum*, vel *tela iugalis* Catoni. Ἰϛοπέδη etiam dicebatur. *Heſychius*: ἰϛοπέδη ξύλον ὀρθὸν ἐπὶ τῆς τραπέζης, ᾧ προσδέδεται ὁ ἱϛός. Latinis dicta ea ligna *pedes telae*. Gloſſae: *pedes telae*, ἱϛοπόδες. Dionyſius, in Baſſaricis, de Dardania vrbe Indiae, in qua mulieres, intra vnum diem detexebant:

Ἣ οἱ Δαρδανίην ναῖον πόλιν εὐρυάγυιαν
Ἐνθάδε πέπλα γυναῖκες Ἀθηναίης ἰότητι
Αὐτῆμαρ κροκόωσιν, ἐφ' ἱϛοπόδων τανύσσαι,
Αὐτῆμαρ δ' ἔταμόν τε καὶ ἐξ ἱϛῶν ἐρύσαντο:

Vno die, ſtamen in tela iugali extenderunt, detexuerunt et deſecuerunt. Primum igitur, in tela contexenda, telae pedes erigere et iugum iis imponere, quod *Ouidius telam iugo iungere* dixit, *Heſiodus* ἰϛὸν ϛήσασθαι. Deinde ſtamina telae, vel iugo telae adnectere, quod *telam ſtamine intendere* dixit *Ouidius*, et *ſtamen tela ſuſpendere*. Graeci ϛήμονα ϛῆσαι, atque inde etymologia τὸ ϛήμονος et *ſtaminis*. Graecis enim ϛήμων ἀπὸ τοῦ ϛῆσαι, quod in tela ſtaret. Dorice ϛάμων, Latine *ſtamen*, vt τέρμων, *termen*, et ſimilia. Attici dicebant προφορεῖσθαι, cum telam ſtamine intendebant. *Pollux*: ϛῆσαι τὸν ϛήμονα, ἢ τὰ ϛημόνια, καὶ προφορεῖσθαι. *Heſychius*: προφορεῖσθαι τὸ ταῖς διαζομέναις τὸν ϛήμονα παραδιδόναι. *Heſiodus* προβάλλεσθαι hoc idem dixit:

Ἰϛὸν δὲ ϛήσασα προβάλληται μέγα ἔργον.

Haec *Cl. Salmaſius* ad *Iulii Capitolini* Pertinacem p. 127. quae vera ſunt, quamquam ex memoria male *Heſiodi* verſum profert. *Clericus.*

Προβάλοιτό τε ἔργον] Inſtituat opus. *Guiesus.*

780. Μηνὸς δ' ἰσαμένυ] Poſterioribus temporibus, ἰσάμενος μὴν ad primam dumtaxat decadem porrigebatur; ſequens decas tribuebatur μεσσέντι μηνὶ. Vide *Iulium Pollucem* Lib. I. C. VII. §. 5. Sed *Heſiodi*

Σπέρματος ἄρξασθαι· φυτὰ δ' ἐνθρέψασθαι ἀρίστη.
Ἕκτη δ' ἡ μέσση μάλ' ἀσύμφορός ἐστι φυτοῖσιν·
Ἀνδρογόνος τ' ἀγαθή· κούρη δ' ἀ σύμφορός ἐστιν,
Οὔτε γενέσθαι πρῶτ', οὔτ' ἄρ γάμῳ ἀντιβολῆσαι.
Οὐδὲ μὲν ἡ πρώτη ἕκτη κούρῃσι γενέσθαι. 785
Ἄρμενος, ἀλλ' ἐρίφους τ' ἀμνειν καὶ πώεα μήλων·
Σηκόν τ' ἀμφιβαλεῖν ποιμνήϊον ἤπιον ἦμαρ.
Ἐσθλὴ δ' ἀνδρογόνος, φιλέει δέ τε κέρτομα βάζειν,

Sementem facere incipias: plantis vero inſerendis optimus eſt.
Sextus vero medius valde incommodus eſt plantis:
Viriparus bonus: puellae vero non vtilis eſt,
Neque gignendae primum, nec nuptui collocandae.
Nec primus quidem ſextus puellis gignendis
Aptus eſt, ſed hoedis caſtrandis et gregibus ouium.
Stabuloque circumſepiendo paſtorali benignus dies eſt.
Bonus vero viriparus, amatque conuitia loqui,

782. ἕκτη - ἡ μέση (ſic)] ἑκκαιδεκάτη. ἀσύμφορος] ἀνωφελὴς. 784. οὔτε γενέσθαι βουλῆσαι] ἐπιτυχεῖν. 786. ἄρμενος] ἁρμοδία. πώεα] ἀρνία. 787. σηκὸν] μάνδραν. ἀμφιβαλεῖν] συσήσασθαι. ἤπιον (ſic)] ἥμερον. 788. φιλέει] φιλεῖ. κέρτομα] ὑβριστικὰ. βάζειν] λέγειν.

781. Σπέρματος δ' Auguſt. ἐνθρέψασθαι B. 60. 699. Iunt. 1. 2. 782. μέση Auguſt. φυτοῖσι Ald. Iunt. 1. 2. 783. Ἀνδράγενος Coiſl. δ' ἀγαθὴ Auguſt. Acad. Trinc. Steph. marg. 785. κούρη τε B. 60. 699. Coiſl. Acad. Iunt. 1. 2. Trinc. Steph. Gom. κούρη τε Auguſt. Ald. 787. ἀμφιβολεῖν Iunt. 2. ἤπιον Auguſt. 788. φιλέει δέ κε κέρδεα Trinc. κέρδεα Steph. marg.

Heſiodi aeuo, ad vigeſimum diem menſis erat ἑβδόμενος. Vide v. 798. *Clericus.*

781. Ἐνθρέψασθαι ἀρίστη] Scribe ἐκτρέψασθαι. ab ἐκτρέφειν. *Guietus.*

782. Ἕκτη δ' ἡ μέσση] Hoc eſt, ἕκτη μεσοῦντος, ἕκτη ἐπὶ δέκα. *Idem.* Fallitur *Pollux*, loco antea memorato, vbi dicit *Heſiodum* vocare μέσην decimam quintam, cum ſic vocet omnes dies ſecundi δεκημέρου. Μετὰ τὴν I, inquit, Ἡσίοδος μὲν Ε, τὴν μέσην φησὶ: *poſt decimam Heſiodus quintam vocat mediam.* Clericus.

785. Ἡ πρώτη ἕκτη] Vere et primo ſexta. *Guietus.*

Ἡ πρώτη ἕκτη] Hoc eſt, ſextus dies primae decadis, ſeu μηνὸς ἑξαμέγα. *Clericus.*

Ψεύδεά θ', αἱμυλίους τε λόγους, κρυφίους τ' ἀριστῆας.
Μηνὸς δ' ὀγδοάτῃ κάπρον καὶ βοῦν ἐρίμυκον
Ταμνέμεν, ἡρῆας δὲ δυωδεκάτῃ ταλαεργούς.
Εἰκάδι δ' ἐν μεγάλῃ, πλέῳ ἤματι, ἴσορα φῶτα

Mendaciaque, et blandos ſermones, et occulta colloquia.
Menſis vero octauo caprum et bouem mugientem
Caſtrato, mulos autem duodecimo laborioſos.
Viceſimo vero in magno, pleno die, prudentem virum

789. ἀριστῆας] ὁμιλίας γυναικώδεις. 790. ἐρίμυκον] πολλὰ μυκώμενον. 791. ταμνέμεν] τάμνειν. ἡρῆας] ἡμιόνους. ταλαεργούς] ἀθλίους· ταλαιπώρους.

789. αἱμυλίους Ald. ἀορισμοὺς Iunt. I.

791. Οὐρῆχς δὲ] Subintellige ταμνέμεν. *Guietus.*

792. Εἰκάδι δ' ἐν μεγάλῃ πλέῳ] Hoc eſt, vigeſima menſis aeſtiui. ſubintellige, ἤματος ἐκπλείου. Πλέῳ ἤματι] Largo, aeſtiuo, vt ſupra ἤματος ἐκπλείου. *Idem.*

Πλέῳ ἤματι] Hoc eſt, cum nihil deeſt plenae luci, orto ſole, eoque etiamnum ſupra horizontem verſante. Vide ad v. 778. *Clericus.*

Εἰκάδι δ' ἐν μεγάλῃ] Nimium hic nos ſtruſtrantur Interpretes. Itaque quamuis haec reiicere poteramus in notas noſtras, ad ipſos, hic tamen monere viſum. Εἰκὰς in menſe multiplex eſt: μεγάλη dicitur poſtrema, reſpectu priorum. Atque haec eſt cauſa, cur in Nebulis Comicus dicat σελήνην ἄγειν εἰκάδας. Ὁρῶν ἄγουσαν τὴν σελήνην εἰκάδας. Non bene intellexit locum illum Graecus Interpres. Quaeritur enim cur cum τῇ τριακάδι finis ſit plerumque lunae et menſis, cum τῇ τριακάδι ſit ſatisfaciendum foeneratoribus, miſer tamen Strepſiades περὶ τῶν εἰκάδων agat. Atque hic Interpretis rationes videntur mihi λίαν ἀπροσδιόνυσοι. Εἰκάδες eleganter πληθυντικῶς dicuntur, cum plures ſint. Ἡ μεγάλη εἰκὰς vltima eſt menſis Veterum. Eſt autem dies illa, quae vigeſimarum vltima eſt: μεγάλη enim eſt ἡ ὑςάτη quae τὴν ἕνην καὶ νέαν praecedit. Obſeruant enim Veteres, etiam Athenienſes ante Solonem, ἄχρι τριακάδος μόνον τὸν μῆνα ἠριθμημένας. Εἰκὰς μεγάλη, eſt Pridie Calendarum: nona et vigeſima. At Interpres Ariſtophanis ἡ μεγάλη εἰκὰς, inquit, ἀπὸ εἰκοστῆς πρώτης, ἕως εἰκοστῆς ἐνάτης τῆς Φθίνοντος. Ita totum tempus a XXI. vſque ad XXIX. μεγάλη εἰκὰς eſſet. Sed hic, vt diximus, terminus illius temporis intelligitur, quae eſt viceſima et nona. Quam nugentur

Γείνασθαι· μάλα γάρ τε νόον πεπνυμένος ἐστίν.
Ἐσθλὴ δ' ἀνδρογόνος δεκάτη, κούρη δέ τε τετρὰς
Μέσση· τῇ δέ τε μῆλα, καὶ εἰλίποδας ἕλικας βοῦς, 795
Καὶ κύνα λαιχαρόδοντα, καὶ ἠρῆας ταλαεργοὺς
Πρηΰνειν, ἐπὶ χεῖρα τιθείς· πεφύλαξο δὲ θυμῷ
Τετράδ' ἀλεύασθαι φθίνοντός θ' ἱσαμένης τε,
Ἄλγεα θυμοβορεῖν. μάλα τοι τετελεσμένον ἦμαρ.

Generato: valde enim animo ſapiens eſt.
Bonus autem viriparus decimus, puellae vero et quartus
Medius. hoc vero et oues, et pedes flectentes camuros boues,
Et canem aſperis dentibus, muloſque laborioſos
Cicurato, manum imponens. teneto vero memoria
Quarto die vt vites finientis et inchoantis menſis
Doloribus conficere animum. valde hic ſacer eſt.

794. et 795. τετρὰς μέσση] ἤγουν τεσσαρεσκαιδεκάτη. μῆλα] πρόβατα. εἰλίποδας ἕλικας] ἑλικοειδῶς κινοῦντας τὰς πόδας. 796. καρχαρόδοντα] ὀξεῖς ἔχοντας ὀδόντας. ἠρῆας] ἡμιόνους. ταλαιπώρους. 797. πρηΰνειν] πραΰνειν· ταπεινῶν. πεφύλαξο] φύλαττε. 798. ἀλεύασθαι] ἐκφεύγειν. 799. θυμοβορεῖν] κινεῖν τὴν ψυχήν. τετελεσμένον] ἱερόν.

793. Γείνεσθαι B. 60. γίνεσθαι Acad. Trinc. Steph. Com. Heinſ. μέγα Senat. Trinc. Com. πεπνυμένος Trinc. Steph. marg. 794. δεκάτη Ald. τε deeſt in cod. Auguſt. 795. τῇδε Auguſt. εἰλίποδας Ald. 799. τε τελεσμένον Ald.

gentur Interpretes, qui πλέον ἦμαρ idem cum εἰκάδι μεγάλῃ eſſe putant, in notis ad ipſos oſtendimus: ex quibus reliqua petenda quae ad Heſiodi intellectum faciunt. Quicquid enim hic praetermittimus, ad Interpretes olim notauimus. *Heinſius.*

Ἑπτά μ' ἔτη ζώειν *γενεὰς μερόπων ἀνθρώπων.

Ex Eodem.

Τρὶς μάκαρ Αἰακίδη, καὶ τετράκις ὄλβιε Πηλεῦ,
Ὅς τοῖς δ' ἐν μεγάροις ἱερὸν λέχος εἰσαναβαίνεις.

Ex Eodem.

Ille enim omnium rex et dominus eſt
Immortalium; tecum nemo alius de potentia certarit.

Ex Eodem.

Muſarum quae virum reddunt celebrem,
Diuinum, vocalem.

Ex Eodem.

Dulce eſt reſciſcere, quae mortalibus conſtituerunt
Immortales malorum et bonorum ſignum manifeſtum.

Ex Scholiaſte Lycophronis.

Iupiter pater vtinam mihi minus ſpatium vitae
Dediſſes, et bona conſilia ſciremus
Mortalibus hominibus: nunc vero me ne tantillum honoraſti,
Qui me longum ſtatuiſti habere ſpatium vitae,
Septem me viuere aetates varie loquentium hominum.

Ex eodem, in Epithalamio Pelei et Thetidis.

Ter beate Aeacida, et quater beate Peleu,
Qui domi ſacrum lectum conſcendis.

168. Ζεῦ πάτερ] Legitur p. 112. Ed. Pauli Stephani. *Clericus.*

Ex Eodem.

Οἴην μὲν μοῖραν δέκα μοιρῶν τέρπεται ἀνὴρ,
Τὰς δέκα δ' ἐμπίπλησι γυνὴ τέρψασα νόημα.

Ex Eodem. ἐκ τῆς Ἡροϊκῆς γενεαλογίας.

Ἤματι τῷ ὅτε τεῖχος ἐϋδμήτοιο πόληος
Ὑψηλὸν ποίησε Ποσειδάων καὶ Ἀπόλλων.

Ex Eodem.

Χαίρετε Λυγκῆος γενεή — • —

Ex Euſtratio.

Ἄργος ἄνυδρον ἐὸν Δαναὸς ποίησεν ἔνυδρον.

Ex Eodem.

Vna ſorte ex decem delectatur vir,
Decem vero implet mulier oblectans animum.

Ex Eodem.

Die illo quo murum bene fabricatae vrbis
Excelſum fecit Neptunus et Apollo.

Ex Eodem.

Saluete Lyncei genus — —

Ex Euſtratio.

Argos, quod erat ſine aqua, Danaus reddidit aquoſum.

175. Οἴην μὲν] Citantur etiam hi verſus ab Apollodoro Bibl. l. 3. Peſſime autem vertuntur in *Clerici* editione: *Quali ſorte delectatur vir decem ſortium Tales decem implet mulier delectans ſapientia.* Primo enim ſcribitur *οἵην* pro *οἴην*. Perperam etiam, *delectans ſapientia.* Quem, quaeſo, delectans? Quid deinde *ſapientia*? Nihil certe ad rem, de qua agitur, *ſapientia* attinet. Omnino igitur vertendum, *oblectans animum*? quo ſenſu vſurpatur in ἔργοις: Χρυσέῳ ἄτε φύην ἐναλίγκιον, ἄτε νόημα. *Robinſ.*

177. Ἤματι] Occurrit apud *Scholiaſten Lycophronis* ad v. 393. *Fr. ined.* Rob.

179. Occurrit ad v. 1124. *Fragm. ined.* Rob. Sed in Ind. Errator. deleri vult hoc fragm. Exſtat enim in Aſp. 327. Fragmentum ex Euſtratio, quod ſequitur, hoc loco omiſit Robinſonus et omnium fragmentorum vltimum eſſe iuſſit. Nos ſuo loco, quem in ed. Cler. habet, reliquimus.

181. Πατρὸς] In Legatione pro Chriſtianis, paullo ante finem. *Clericus.*

184. Φαι-

Ex Athenagora.

— — πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε
Χώσατ', ἀπ' Οὐλύμπυ δὲ βαλὼν ψολόεντι κεραυνῷ
Ἔκτανε Λητοΐδην, φίλον σὺν θυμὸν ὀρίνων.

Ex Scholiaſte Arati et Heſiodi.

Φαισύλη ἠδὲ Κορωνὶς, εὐστέφανός τε Κλέεια,
Φαιώθ' ἱμερόεσσα καὶ Εὐδώρη τανύπεπλος, 185
Ἃς Ὑάδας καλέουσιν ἐπὶ χθονὶ φῦλ' ἀνθρώπων.

Ex Etymologico.

Ὅττι κε χερσὶ λάβεσκεν, ἀείδελα πάντα τίθεσκεν.

Ex Athenagora.

— — pater hominumque et Deorum
Iratus eſt, et ab Olympo iaculatus ardenti fulmine
Occidit Letoidem, ſuam iram excitans.

Ex Scholiaſte Arati et Heſiodi.

Phaeſyla et Coronis et bene cincta Cleea
Phaeoque amabilis et Eudora amplo peplo,
Quas Hyadas vocant in terra populi hominum.

Ex Etymologico.

Quidquid manibus arripuiſſet, inconſpicua omnia reddebat.

184. Φαισύλη] Ad Tm. 15. Φαινομένων Morelianae Edit. vbi de Hyadibus. *Clericus.*

187. Ὅττι] In voce ἀείδελον, ſeu col. 21. vbi poſtquam dixit Etymologici Auctor ἀείδελον ſignificare ἀόρατον, quamuis apud *Nicandrum* contrario ſignificatu legatur, pro ſemper conſpicuo, docet hunc verſum profudiſſe *Heſiodum* de *Autolyco* furum nobiliſſimo, qui furabatur equos, faciebatque vt alii viderentur, quia mutabat eorum colorem. Sed potius inconſpicuos reddidiſſe dicitur, quos occultabat furto ſublatos. *Clericus.*

187. Hic verſus a Scholiaſte Lycophronis ad v. 344. ſic citatur, Πάντα γὰρ ὅσσα λάβεσκεν ἀΐδελα πάντα τίθεσκε. Narratur autem ab eo Autolyci hiſtoria hoc modo: Ὁ Αὐτόλυκος κλεπτοσύνῃ πάντας ὑπερέβαλε· κλέπτων γὰρ πάντων ἵππας τε, καὶ βόας καὶ ποίμνια, τὰς σφραγῖδας αὐτῶν μετεποίει, καὶ ἐλάνθανε τὰς δεσπότας αὐτῶν, ὡς φησὶ καὶ Ἡσίοδος. Σίσυφος δὲ μονογράμμῳ τυπώματι τὸ τέτε ὄνομα ἐγχαράττων ταῖς τῶν ἑαυτῦ ζώων ὄπλαις καὶ χηλαῖς, ἐπιγίνωσκεν. *Robinſ.*

Ex Eodem.

Βύβλόν τ' Ἄγχιάλον καὶ Σιδῶν' ἀνθεμόεσσαν.

Ex Porphyrio in antro Nympharum.

Ὡς κε πόλις ῥέζῃσι· νόμος δ' ἀρχαῖος ἄριστος.

Ex Scholiaſte Theocriti.

— — ὀλίγον δ' εἴσεται ἱσσυβίῳ 190

Idem ad Id. XI.

Νήπιος ὃς τὰ ἕτοιμα λιπὼν ἀνέτοιμα διώκει.

Ex Scholiaſte Nicandri.

— — χρὴ πατρὶ κτίλον ἔμμεναι.

Ex Theone.

Καί τε διερχόμενος ἠπειγμένος ἐστὶ δράκων ὥς.

Aſpaſius in III. Ethicorum Ariſtotelis.

Ὅτι τὸ πονηρὸς ἐπὶ τῷ ἐπιπόνῳ τάττεται καὶ δυσυχὴς ἱκανὸς Ἡσίοδος παραστῆσαι ἐν ταῖς μεγάλαις ἠοίαις, ἐν αἷς τὴν Ἀλκμήνην ποιῶν (l. ποιεῖ) πρὸς τὸν Ἡρακλέα λέγουσαν·

Ὦ τέκνον· ἦ μάλα δή σε πονηρότατον καὶ ἄριστον

Ex Eodem.

Byblum et Anchialum et Sidonem florentem.

Ex Porphyrio in antro Nympharum.

Vt vrbs faciat, lex antiqua optima eſt.

Ex Scholiaſte Theocriti.

— — parum ſciet Ciſſybio.

Ex Eodem ad Idyll. XI.

Stultus, qui, paratis relictis, imparata ſectatur.

Ex Scholiaſte Nicandri.

— — oportet patri arietem eſſe.

Ex Theone.

Et tranſiens feſtinans eſt inſtar draconis.

Aſpaſius in III. Ethic. Ariſtotelis.

Πονηρὸς *poni pro laborioſo et infelice oſtendere poteſt Heſiodus, in magnis Eoeis, in quibus Alcmenam inducit dicentem Herculi:*

O fili, ſane te laborioſiſſimum et optimum

188. Βύβλον] In voce Βύβλος, ſeu col. 216. *Clericus.*

190. Exſtat ad Id. I, 27. vbi cf. *Valkenarius.*

193. Καί τε διερχόμενος] Ad Tm. 6. φαινομένων. *Clericus.*

195. Ὦ

Ζεὺς ἐτέκνωσε πατήρ·
Καὶ πάλιν·
Τέκνον ἐμὸν αἱ μοῖραί σε πονηρότατον καὶ ἄριστον. 196

Ex Scholiaſte Euripidis.

— — Τῇσι δὲ φιλομμειδὴς Ἀφροδίτη
Ἠγάσθη προσιδοῦσα· κακὴν δὲ σφ' ἔμβαλε φήμην.

Iupiter genuit pater. *Et iterum*:
Parcae te, o fili, et laborioſiſſimum et optimum.

Ex Scholiaſte Euripidis.

— — Illis amans genitalia Venus
Irata eſt intuita; malam autem iis iniecit famam.

194. Ὦ τέκνον] Duo priores verſus ex *Euſtratio*, Ariſtotelis Interprete, (non ex *Euſtathio*, vt legitur in nonnullis Editionibus) et quidem vitioſius fuerant prolati. Cetera fragmenta quaerant harum rerum ſtudioſi, quibus et otium et editionum commodiorum copia ſupperet; nam ad me quidem quod attinet, nolo dare poenas negligentiae eorum, qui primi haec fragmenta collegerunt. *Clericus.*

197. Τῇσι δὲ] Occurrunt in Scholiis ad Oreſten v. 249.

Ἐπίσημον ἔτεκε Τυνδάρεως εἰς τὸν ψόγον
Γένος θυγατέρων, δυσκλεές τ' ἀν' Ἑλλάδα.

Inſigne genuit Tyndarus ad vituperium
Genus filiarum, et infame per Graeciam.

Ad quod ſic Scholiaſtes: Στησίχορός φησιν, ὡς θύων τοῖς θεοῖς Τυνδάρεως Ἀφροδίτης ἐπελάθετο. Ἡ δὲ θεὸς ὀργισθεῖσα, διγάμους τε καὶ τριγάμους, καὶ λειψάνδρους αὐτὰς τὰς θυγατέρας ἐποίησεν. ἔχει δὲ ἡ χρῆσις ἕτως·

Οὕνεκα Τυνδάρεως ἐέζων ἅπασι θεοῖς
Μιᾶς λάθετο ἠπιοδώρου Κύπριδος·
Κείνα δὲ Τυνδάρεω κούραις χολωσαμένη
Διγάμους τε καὶ τριγάμους τίθησι καὶ λιπεσήνορας.

Καὶ Ἡσίοδος, vt ſupra —

Καὶ Ὅμηρος·

Ὡς δὲ Κλυταιμνήστρη λείψασ' Ἀγαμέμνονα δῖον
Αἰγίσθῳ παρέλεκτο καὶ εἵλετο χείρονα πόσιν,
Ὡς δ' Ἑλένη ἤσχυνε λέχος ξανθοῦ Μενελάου.

Hi autem Verſus non iam apud Homerum extant, ſed Barneſio videntur pertinere ad v. 438. Odyſſ. λ. *Fragm. ined.* Rob.

Ex Harpocrationis Lexico.

Ἔργα νέων, βυλαὶ δὲ μέσων, εὐχαὶ δὲ γερόντων.

Ex Harpocrationis Lexico.

Opera ſunt iuuenum, conſilia maturorum, preces vero ſenum.

199. Ἔργα] Hunc Verſum ex teſtimonio Hyperidis *Heſiodo* attribuit Harpocration. Τοῦτο καὶ Ὑπερίδης ἐν τῷ κατ' Αὐτοκλέους Ἡσιόδου φησὶν εἶναι. Παροιμία τίς ἐστιν ἣν ἀνέγραψε καὶ Ἀριστοφάνης ὁ γραμματικὸς ἔτως ἔχουσαν. *Fragm. ined.* Robinſon.

De hoc dicto accurate egit *H. Stephanus* Var. Schediaſm. IIII, 17. 18.

FINIS.

DAV. RVHNKENII
ET ALIORVM QVORVMDAM
ANIMADVERSIONES.

Theogon. Vſ. 217. 218. 219.

Καὶ Μοίρας καὶ Κῆρας ἐγείνατο νηλεποίνας
Κλωθώ τε Λάχεσίν τε καὶ Ἄτροπον· αἵτε βροτοῖσι
Γεινομένοισι διδοῦσιν ἔχειν ἀγαθόν τε, κακόντε.

Si hi verſus Heſiodo debentur, vt deberi putamus, neceſſe eſt, alius quis infra addiderit v. 904. 905. 906. Nam Parcae hic Noctis filiae, ibi Iouis et Themidis dicuntur: quam poſteriorem genealogiam ſecutus eſt Apollodor. *Lib. I. p. 7.* Sed recte Io. Clericus et ante eum Thom. Galeus ad *Apollodor. l. c.* interpolationem animaduerterunt: quibus fruſtra obloquitur Robinſonus. Ex iis v. 217. citat Stobaeus *Ecl. Phyſic.* p. 9. vbi pro νηλεποίνας vulgatur ἠλεποίνας· ſed rectius p. 11. νηλεποίνας. Multo deteriorem lectionem, κλεοπόνας in Codice ſuo reperit Ioan. Diaconus: qua miſere deceptus ea commentatur, quae referre non eſt ſtomachi noſtri. Iam etſi nihil eſt, quod quemquam in vulgata lectione offendat: ab Heſiodo tamen ſcriptum arbitror: Καὶ Μοίρας καὶ Κῆρας ἐγείνατο νηλιτοποίνας. Orpheus *Argon.* v. 1361. ſ.

Κίρκης ἐννεσίῃσιν ἀποῤῥίψεσθαι ἔμελλον
Ἀρᾶς τ' Αἰήτεω καὶ νηλιτόποινον Ἐρινύν.

Ita hunc locum emendo. Νηλιτὴς eſt ipſum ἀλίτης vel ἀλείτης, mutato ſecundum Ioniſmum α in η et praefixo ν, vt in νήδυμος, νητρεκὴς etc. Itaque non vtimur h. l. Grammaticorum νη ἐπιτατικῷ vel ςερητικῷ, neque eos qui νηλητὴς ſcribunt, probamus; quod tamen Barneſius Homero Odyſſ. Π. 317. T. 498. X. 418. obtruſit. Hanc deriuandi viam cum Grammatici quidam ignorarent, non mirum eſt, eos in vocis vi explicanda vehementer diſſentire. Nam Heſychio et Euſtathio νηλιτὴς eſt ἀναμάρτητος: at τοῖς Παλαιοῖς et Suidae, ἁμαρτολός. Poſteriorem poteſtatem — praeter Homerum — iam olim ne de Orpheo dicam praetulit Apollonius Rhodius, Criticus fortaſſe excellentior, quam Poeta *Lib. IV.* 702.

— — οἵη τ' ἀπολυμαίνοντα
Νηλιτεῖς ἱκέτας, ὅτ' ἐφέξιοι ἀντίσωσεν.

Ruhnkenius Epiſt. Crit. I. p. 57. ſſ.

Vſ. 223. 239.

Τίκτε δὲ καὶ Νέμεσιν, πῆμα etc.

v. 224. Guieto monſtrum excidit, quod omnes ſi concurrant haruſpices, vix expient. At miror eum, qui tot egregios verſus in morboniam miſerit, hunc ferre potuiſſe, qui, ſi quis alius, ſpurius et inſititius eſt. Nemo enim arbitretur, Heſiodum adeo parum ſibi conſtare, vt, cum ſupra v. 205. 209. Veneri attributa dixerit

Παρθενίας τ' ὀάρους, μειδήματά τ' ἐξαπάτας τε,
Τέρψιν τε γλυκερὴν, φιλότητά τε μειλιχίην τε.

hic blandas amantium fraudes inter diriſſima quaeque referret. Quae σοφώτατος ille Diaconus, Clericus et Robinſonus ad h. l. philoſophantur, vix vnius aſſis ſunt. Miſereris, licet, auctorum ſortem, qui iſto ingenio hominibus explicandi committuntur. Ceterum et in ſequentibus aliquid turbatum puto. Certe qua ratione Λήθη Ἔριδος filia dicatur, vix diuinando aſſequor. At nouit Magiſter Graecus. Πολλάκις γὰρ, inquit, Ἔριδος πρός τινα γινομένης ἐπιλανθανόμεθα καὶ τῶν προσηκόντων. Qui cum haec ſcriberet, quaſi de Lethea aqua bibiſſet, Lethes flumen huc aduocare oblitus eſt. Sed extra iocum: ita locus conſtituendus videtur:

Αὐτὰρ Ἔρις στυγερὴ τέκε μὲν Πόνον ἀλγινόεντα,
Ἄτην τε Λιμόν τε — — — —
Δυσνομίην Ἀπάτην τε, συνήθεας ἀλλήλοισι.

Ἄτην, et λιμὸν coniungit Heſiodus Ἔργ. 228. 229. Δυσνομίῃ vero rectius Ἀπάτῃ tanquam comes tribuitur, quam Ἄτῃ. *Ruhnken.* Ibid. *p.* 61.

Vſ. 268. 269.

Αἳ ῥ' ἀνέμων πνοιῇσι καὶ οἰωνοῖς ἅμ' ἕποντο
Ὠκείῃς πτερύγεσσι· μεταχρόνιαι γὰρ ἴαλλον.

Voce μεταχρόνιος omnium princeps vſus videtur. Imitatus *Apollon. Rhod.* II. v. 330.

— — ἡ δ' ἀνόρεσεν
Οὔλυμπόνδε θοῇσι μεταχρονίῃ πτερύγεσσιν

Scripturae ratio non ſatis conſtat. Nam modo legas μεταχρόνιος, modo μεταχθόνιος. Apud ipſum Apollonium ita variatur II. 589.

— — ὑψοῦ δὲ μεταχρονίῃ πεφόρητο

Lib.

Lib. III. 1150.

ψυχὴ γὰρ νεφέεσσι μεταχθονίη πεπότητο

add. IV. 952. 1296. 1385. 1568.

Μεταχρόνιος agnoſcit etiam Etymol. M. p. 581. 41. ſed cum illa vox non ex μετὰ et χρόνος compoſita ſit, vt Scholiaſt. Heſiodi *l. c.* ineptit, ſed ex μετὰ et χθὼν; veriorem ſcripturam arbitror μεταχθόνιος: quamuis facile largiar doctiores Graecos deprauatam vulgi in pronunciando ſcribendoque conſuetudinem eſſe ſecutos. Heſychius: Μεταίσιον (l. Μετάρσιον) μεταχρόνιον. vbi inuerſo ordine explicatio, vt paſſim, praecedit vocabulum, quod explicatur. Suidas: Μεταχρονίη· ἡ εἰς ὕψος φερομένη. Exemplum quod ſubiicit ἐκ τῶν Μυθικῶν petitum videtur

Τίς γὰρ ἐμοὶ σεο μισθὸς ἐπάξιος ἦν σε διδάξω
Ὑψοῦ ὑπὲρ πόντοιο μεταχρονίην ποτέεσθαι;

Maximus Philoſoph. περὶ καταρχῶν v. 420. qui plura debet Apollonio:

— — ἐν νεφέεσσι μεταχρόνιον φορέεσκεν.

Idem Ep. Crit. II. p. 57. ſ.

Vſ. 436.

Ἔνθα Θεὰ καὶ τοῖς παραγίνεται ἠδ' ὀνίνησι.

Verſus frigide e ſuperioribus repetitus: cui rei vel iſtud καὶ τοῖς indicio eſt. Sic infra vſ. 774. itidem ſuo pellendus loco eſt, quem manus περίεργος retraxit ex v. 768. Haec tam importuna repetitio mirificum nobis verſum peperit Θεογον. v. 137. 138.

Τοὺς δὲ μεθ' ὁπλότατος γένετο Κρόνος ἀγκυλομήτης
Δεινότατος παίδων· θαλερὸν δ' ἤχθηρε τοκῆα.

Ridiculum illud, θαλερὸν τοκῆα, iam olim caſtiſſimas Ariſtarchi aures offendit, referente ad h. l. Scholiaſte: quem ſane miror hoc non reſecuiſſe. Nam nihil certius eſt, quam v. 138. pro ſcioli captu mutatum et huc retractum eſſe ex v. 155.

Δεινότατοι παίδων, σφετέρῳ δ' ἤχθοντο τοκῆι.

Idem Epiſt. Crit. I. p. 63.

Vſ. 610.

Τῷ δὲ ἀπ' αἰῶνος κακὸν ἐσθλῷ ἀντιφερίζει
Ἔμμεναι·

Cl. Robinſonus quidem τῷ ἔμμεναι hanc vim tribuit: *vt ſit*: Scholiaſta autem παρέλκειν dicit. Apud Atticos εἶναι etiam in aliis formulis ſaepe abundat. v. Bergler. ad Alciphr. Ep. I. 1. τὸ τήμερον εἶναι. Hemſterhuſ. ad Lucian. Iud. voc. ſubfin. et quem ibi laudat Petit. Miſc. III. 9. p. 153. *Bachius* ad Xenophon. *Hier.* 7, 11.

Vſ. 611.

Vſ. 611. 612.

Ζώει ἐνὶ ϛήθεσσιν ἔχων ἀλίαϛον ἀνίην
Θυμῷ καὶ κραδίῃ, καὶ ἀνήκεϛον κακὸν ἐϛιν.

Scio ab Homero, Heſiodo, aliiſque centies coniungi θυμὸν et κραδίην. At qui ϛήθεα, θυμὸν et κραδίην coniunxerit, ſcio neminem. Sed vel mediocriter attentus videt, θυμῷ et κραδίῃ natum eſſe ex gloſſa vocum ἐνὶ ϛήθεσσιν. Vnde vero irrepſit, iſtud ἀνήκεϛον? An gloſſa dicenda vocis ἀλίαϛον? Non, vt opinor. Quid ergo? Is, cui ἀνήκεϛον debetur, in Codice ſuo reperit ἀνίαϛον. Rectene, an ſecus, nihil ad rem noſtram. Heſychius. Ἀνήκεϛον· ἀνίαϛον. Deleamus ergo v. 612. vt ſua Heſiodo elegantia conſtet. *Ruhnkenius* Epiſt. Crit. I. p. 27.

Vſ. 720. 721.

Τόϲϲον ἔνερθ' ὑπὸ γῆϛ, ὅϲον ἀϱανὸϛ ἐϛ' ἀπὸ γαίηϛ,
Ἶϲον γὰϱ τ' ἀπὸ γῆϛ ἐϛ τάϱταϱον ἠϵϱϵϵντα.

Quis non miretur, ſtolidum ſtolidiſſimi Grammatici ἔμβλημα Criticorum aciem tam diu effugere potuiſſe? Heſiodus imitatus eſt Homerum Il. Θ. v. 13 et 16.

Ἦ μιν ἐλὼν ϱίψω ἐϛ Τάϱταϱον ἠϵϱόϵντα
— — — — —
Τόϲϲον ἔνερθ' ἀΐδεω, ὅϲον ἀϱανὸϛ ἐϛ' ἀπὸ γαίηϛ.

Ab alterutro habet Lucretius L. IV. v. 418. 419.

Deſpectum praebet ſub terras impetus tanto:
Et terris quantum coeli patet altus hiatus.

Heſiodea, abſque turpi hac lacinia expreſſit Apollodorus *Lib.* I. *p.* 2. Ἀλλὰ τέτϵϱϵϛ μὲν Οὐϱανὸϛ δήϲαϛ, εἰϛ Τάϱταϱον ἔϱϱιψϵ· τόπος δὲ οὗτος ϵἰϱϵβώδηϛ ἐϛὶν ἐν ᾅδου τοϲοῦτον ἀπὸ γῆϛ ἔχων διάϲτημα, ὅϲον ἀπ' ἀϱανοῦ γῆ. In Homeri loco, quem adſcripſimus, id vel maxime admiratur Heraclitus Allegor. p. 457. quod vno verſu Sphaericam mundi figuram nobis menſuratam propoſuerit. Quid doctum hominem putes dicturum fuiſſe, ſi hunc Pſeudo-Heſiodeum legiſſet? Ceterum conferendus ad h. l. eſt Leontius *de Sphaera Aratea* p. 131. *ed. Morell.* *Ruhnkenius* Epiſt. Crit. I. p. 63.

Vſ. 802. 803. 804.

Οὐδέ ποτ' ἐϛ βελὴν ἐπιμίϲγεται, ἐδ' ἐπὶ δαῖταϛ
Ἐννέα πάντ' ἔτεα. δεκάτῳ δ' ἐπιμίϲγεται αὖτιϛ
Εἰϱέαϛ ἀθανάτων, οἱ ὀλύμπια δώματ' ἔχϵϲι

Scio aliquid contra dici poſſe. Sed hoc me non retinet, quominus ſcribendum putem:

Οὐδέ

Οὐδέ ποτ' ἐς βελὴν ἐπινίσσεται, ἐδ' ἐπὶ δαῖτας
Ἐννέα πάντ' ἔτεα. δεκάτῳ δ' ἐπινίσσεται αὖτις
Εἰς εἰρὰς μακάρων, οἱ ἐλύμπια δώματ' ἔχουσι.

Antonin. Liber. *cap. XV.* Οὗτοι ἀνθρώπων ἐδενὶ συνῆλθον, ἔτε εἰς ἄξυ κατιόντες, ἔτε πρὸς εἰλαπίνας καὶ θεῶν ἑορτάς. Apud Callimach. h. in Iou. v. 13. itidem confusa sunt ἐπιμίσγεται et ἐπινίσσεται. vbi — praetulerim ἐπινίσσεται. Nam quod magnus Bentleius hoc sibi lectum negat, non meminerat se illud cum alibi legisse, tum apud Nicandrum *Theriac.* v. 470.

Οὔρεα μαιμώσσων ἐπινίσσεται ὀρυόεντα.

Cf. Lamb. Bos *Animadv.* p. 126. Si quis ἐπιμίσγεται retinere malit, non valde obnitar. Sed tum v. 804. corrigendum:

— — — δεκάτῳ δ' ἐπιμίσγεται αὖτις
Εἴρχις ἀθανάτων — — —

Nam forma εἰρέα vitii suspicionem habet, nec apud vllum Glossographorum reperitur. Vide Hesych. v. Εἰράων, Εἴρη ibique Interpp. *Idem* Epist. Crit. I. p. 94 et II. p. 9.

Vs. 827. 828.

— — — ἐκ δέ οἱ ὄσσων
Θεσπεσίῃς κεφαλῇσιν ὑπ' ὀφρύσι πῦρ ἀμάρυσσε.
Πασέων δ' ἐκ κεφαλέων πῦρ καίετο δερκομένοιο·

Locus glossemate foedatus. Ecquis non animaduertit, ἐκ κεφαλῶν explicationis loco additum fuisse voci κεφαλῇσιν, et πῦρ καίετο verbis πῦρ ἀμάρυσσε? Neque est quod in his Grammaticum reprehendas. Sed in eo mala fide egisse censendus est, quod glossulas suas in metrum redactas, pro versu Hesiodeo venditarit. Ceterum, quod nos in his locis coniectura freti praestitimus, Robinsonus Codicis ope praestitit Θεογον. v. 532. et 533. *Idem* Ep. Crit. I. p. 28.

Vs. 867.

Ὡς ἄρα τήκετο γαῖα, σέλᾳ πυρὸς αἰθομένοιο

Maior nobis cum Hesiodo intercedit familiaritas, quam vt hunc versum ab eo profectum crederemus. Saepe hoc a sciolis factum obseruauimus, vt si Poetae ῥῆσις longitudine sua aliquid obscuritatis contrahere videretur, huic, vt stulte putabant, vitio, adiecto aliquo versu mederentur. Misericordes scilicet homines et vnici Poetarum sospitatores. Dici vix potest, quam late haec corruptela serpserit. Callimach. *Hymn. in Del.* v. 140. 141.

— — τοῖος γὰρ ἀπ' ἀσπίδος ἔβραχεν ἦχος.
Ὡς δ' ὁπότ' Αἰτναίῃ ὄρτος πυρὶ τυφομένοιο

Vides,

Vides, Poetam ordinem inuertisse, vt praecedat ἀπόδοσις, sequatur πρόταsις — — Similem plane corruptelam notauimus in Theocrito *Idyll.* XVIII. 28. 31.

Ὧδε καὶ ἁ χρυσέα Ἑλένα διεφαίνετ' ἐν ἡμῖν
Πίερα, μεγάλα· ἄτ ἀνέδραμεν ἔγμος ἀρούρᾳ
Ἢ κάπῳ κυπάρισσος, ἢ ἅρματι Θέσσαλος ἵππος

Haecne satis perspicua et concinna? Quis aliquid amplius exspectet? Et tamen inficetus Poetaster haec tali supplemento auxit:

Ὧδε καὶ ἁ ῥοδόχρως Ἑλένα Λακεδαίμονι κόσμος

Quod nec priori periodi membro, neque Theocriti menti respondet. — *Idem* Epist. Crit. I. p. 65.

Vs. 903.

Αἴτ' ἔργ' ὠραίοισι καταθνητοῖσι βροτοῖσι

Multa ad hunc locum notat Graeuius: quem, mirum est, non animaduertisse ὠραιόεσσι dicendum fuisse, non ὠραίοισι. Recepta lectio cum sine dubio in mendo cubet, iam locum cedat meliori:

Αἴτ' ἔργ' ὠρεύοισι καταθνητοῖσι βροτοῖσι

Hanc enim cum Diaconi, tum Scholiastae codex praetulit: quod ex vtriusque interpretatione liquet. Stobaeus Serm. LI. p. 184. hunc locum citans legit ὠρέοισι; cui si litteram addideris exit ὠρεύοισι. Quin et Cornutus de *Natur. Deor.* c. 29. veriorem scripturam conseruauit: Ζεὺς λέγεται γεννῆσαι τὰς Ὥρας, ὑφ' ὧν τὰ ἀγαθὰ πάντα καθ' ὑμᾶς ὠρεύεται καὶ φυλάττεται· Hesychius: Ὀρεύειν· φυλάσσειν. sollemni errore O pro Ω. Conf. v. Ὠρεῖν et Ὠρεύειν. *Idem* Ibid. p. 66. Probat ista *Valkenarius* ad Theocrit. Adoniaz. p. 394.

Ἔργ. καὶ Ἡμ. Vs. 66.

Καὶ πόθον ἀργαλέον καὶ γυιοκόρους μελεδῶνας

Mirifice hic nugantur Graeci Magistri: a quibus, nollem in fraudem inductus esset exquisita vir doctrina I. G. Graeuius: Nam et ipse γυιοκόρους μελεδῶνας explicat *curas, quae totae in ornando corpore sunt occupatae.* Qua lectione, nescio, an vlla cogitari possit ineptior, et ab Hesiodea simplicitate magis aliena; quamuis eandem etiam agnoscat Etym. M. v. Μελεδῶναι. Neque tamen Proclus et Tzetzes pristinae scripturae vestigium plane obliterarunt. Nam quid sibi volunt illa Φροντίδας ἐσθίουσας τὰ μέλη, nisi hoc, quibusdam in Codd. exaratum fuisse:

Καὶ πόθον ἀργαλέον, καὶ γυιοβόρους μελεδῶνας

quod

quod Guieto etiam in mentem venerat. Sed exemplis ſententia noſtra confirmetur. Paulus Silentiarius in *Epigrammate* (in *Miſc. Lipſ. Nov. T. IX. p.* 678. edito).

Ὁππόσον ἠβάσκει Φλογὸς ἄνθεα, τόσσον ἐμοῖο
Ἄψεα γηράσκει Φροντίδι γυιοβόρῳ.

Idem P. Silentiarius alio Epigrammate (ibid. p. 673.)

Καὶ πάλιν ἠρήρειςο τὰ χείλεα· γυιοβόρον γὰρ
Εἶχον ἀλωφήτε λιμὸν ἐρωμανίης.

Confer eundem Anthol. L. I. p. 54. et L. VII. p. 591. Quod Heſiodo vindicaui, extra omnem dubitationis aleam ponit Iulianus *Miſopog.* p. 347. C. Ὁ δὲ ὑπονοήσας ἐκ τῶν Ὁμήρε τίνες ποτέ εἰσι γυιοβόροι μελεδῶνες, καὶ ὅτι πολλάκις etc. Sed memoria lapſus eſt Imperatorum doctiſſimus, Homero tribuens, quae Heſiodo debentur. Γυιοβόρες δύας dixit Oppianus Ἁλιευτ. *Lib.* I. v. 302. ne Nonnum, aliosque ad partes vocem. *Idem* Epiſt. Crit. I. p. 48. et II. p. 8.

Vſ. 76.

Πάντα δὲ οἱ χροῒ κόσμον ἐφήρμοσε Παλλὰς Ἀθήνη.

At hic Minerua ſecus, quam oportebat in Pandora ornanda Veneris partes occupat. Nam Iupiter v. 63. 64. iuſſerat

— — — Ἀθήνην
Ἔργα διδασκῆσαι πολυδαίδαλον ἱστὸν ὑφαίνειν·
Καὶ χάριν ἀμφιχέαι κεφαλῇ χρυσὴν Ἀφροδίτην

Nemo negauerit, hoc ab Heſiodo ſcriptum negligentius. Sed tamen ſimilis negligentiae exempla paſſim apud optimos quoſque ſcriptores reperiuntur. At quid opus erat addere, πάντα δὲ οἱ χροῒ κ. λ. cum modo praeceſſerit v. 72.

Ζῶσε δὲ καὶ κόσμησε θεὰ γλαυκῶπις Ἀθήνη.

An et hoc loco dormitauit Heſiodus? Minime vero. Nam v. 76. a tenebrionis manu eſt; cuius fraus, vide, quam clare pelluceat. Omnem cultum a Minerua Pandorae aptatum dicit. Quo nihil falſius. Nam et Gratiis et Suadae et Horis ſuae partes fuere. Hoc ἀπροσδιόνυσον etſi Proclus quoque ſenſit, nihil tamen expedit contorta hac interpretatione: Πάντα δὲ οἱ χροῒ, ἀντὶ τοῦ, τὸν λοιπόν. (ita leg.) Κόσμον δὲ τὸ ἱμάτιον λέγει, ἐπειδὴ τὸ σῶμα κοσμεῖ.

Vſ. 201.

Ὣδ' ἴρηξ προσέειπεν ἀηδόνα ποικιλόδειρον

Atqui luſcinia non eſt ποικιλόδειρος ſed χλωραύχην vt eleganter vocatur Simonidi ap. *Etym. M.* v. χλωρὶς ἀηδών. Quod fortaſſe Tzetzen et Moſchopulum mouit, vt ποικιλόδειρος explicarent ποικιλόφωνος, plane contra linguae rationem. Quid ergo?

ergo? Nempe affinis ſonus litterarum ει et η, qui tot veterum auctorum locos corrupit, hunc etiam, niſi fallimur, afflixit. Itaque emendandum putamus:

Ὣδ' ἴρηξ προσέειπεν ἀηδόνα ποικιλόγηρυν

Venuſtè, vt omnia, Theocritus Epigr. IV. v. 11. 12.

Ξεῖνε ἀηδονίδες μινυρίσμασιν ἀνταχεῦσι
Μέλποισαι ζόμασι τὰν μελίγηρυν ὅπα.

Idem ibid. p. 49. 50.

Vſ. 298. 299.

Ἀλλά σύγ' ἡμετέρης μεμνημένος αἰὲν ἐφετμῆς
Ἐργάζευ Πέρση, διὸν γένος — —

Quem hoc opere ethicis oeconomicisque praeceptis inſtruxit Perſen fratrem ſuum, eum et ipſum, vt hoc obiter animadvertam, Gyraldus aliique Poetam crediderunt. Sed homines eruditos corruptus Suidae locus deluſit; qui primum quod ſciam, ſuſpectus fuit Io. Alb. Fabricio *Bibl. Gr.* Vol. I. p. 373. Πέρσης, inquit Suidas, Ἀσυριῶς, ἐποποιὸς, ἀδελφὸς Ἡσιόδε τῦ ποιητῦ. Meo periculo lege: γεωπόνος. Nam agrum coluit Perſes non ingenium: quod fratris Opus legenti patebit. *Ruhnken.* Epiſt. Crit. I. p. 48.

Voicis, une note importante ſur Heſiode tirée de l'Hiſtoire de l'Academie Royale des Inſcriptions et belles lettres T. 3. p. 122. comme elle eſt peu connue, il faut la mettre dans Votre Edition.

„Heſiode exhorte Perſés ſon frere au travail. Or M. l'Abbé „Sevin obſerve que l'Epithete de διὸν γένος ne ſçauroit lui „convenir; puiſque les poetes ne la donnent d'ordinaire qu'à „des perſonnes diſtinguées par leur naiſſance, ou par des „actions Heroiques. Perſés n'avoit ni l'un ni l'autre de ces „avantages; et quand il les auroit eus, qui s'imaginera qu' „Heſiode l' ait icy traité avec tant d'honneur, lui qui partout „aillieurs, ſe plaint de ces iniuſtices, et qui ne le deſigne „jamais que par l'épithete injurieuſe *d'extravangant et d'inſenſé*, „il is a donc toute apparence que cet endroit a eté alteré; ainſi à la place de διὸν γένος, *deſcendu des dieux*, il „vaudroit beaucoup mieux lire Διὸς γένος, *fils de Dius*. „Cette leçon ſauve tous les inconvenients; et de plus, elle „quadre parfaitement avec le temoignage des anciens, qui „font tous Heſiode et Perſés fils de Dius.“ Sic per epiſtolam Pariſiis huc datam admonuit Clariſſimus *Villoiſonus*.

Vſ. 472.

Vſ. 472.

Ἐι τέλος αὐτὸς ὄπισθεν Ὀλύμπιος ἐσθλὸν ὀπάζοι.

Eſt, qui egregiam hanc, vt vocat, ſententiam ab ipſa Patrum religione manaſſe, et Heſiodo velut per manus traditam putat. Miſeret me hominis, cui verſus tam elumbis tamque inficetus ſummo Poeta dignus videtur. Chriſtiani hominis manum odoror, probi illius quidem, ſed nimis inuenuſti. *Ruhnkenius* Epiſt. Crit. I. p. 50.

Vſ. 546 — 551.

Ἠῶος δ' ἐπὶ γαῖαν ἀπ' ἀρχνοῦ ἀίσσοντος
Ἀὴρ πυροφόρος τέταται μακάρων ἐπὶ ἔργοις
— — — — — —
Ὑψοῦ ὑπὲρ γαίης ἀρθεὶς ἀνέμοιο θυέλλη etc.

Plura ad manum tela ſunt, quibus hi verſus iugulari poſſunt. Primum, Graecis magiſtellis balbutientibus, explicet mihi aliquis, qui ſit ἀὴρ πυροφόρος. Seleucus, vetus Grammaticus, apud Proclum, has ineptias non ferens, audacter reponebat ἀὴρ ὀμβροφόρος. Mox

— — — μακάρων ἐπὶ ἔργοις

quale tandem eſt? Scholiaſtae capiunt *de diuitum operibus*: ad quorum auctoritatem ſe contulit Cl. Graeuius. Sed, ne iam dicam abſurde ditiorum tantum mentionem fieri, cedo mihi locum Heſiodi vel Homeri, vbi μάκαρες abſolute *fortunati homines* dicantur. Ἔργα μακάρων *Deorum* ſunt *opera*. Dionyſius *Periegeſ.* v. 1109. 1110.

Ἥν ῥά τ' ἀνερχόμενος μακάρων ἐπὶ ἔργα καὶ ἀνδρῶν
Ἠέλιος πρώτησιν ἐπιφλέγει ἀκτίνεσσι.

Sed ne interpolator quidem, quamuis in ſcribendo nouare potuerit, ita ſcripſiſſe videtur. Dedit opinor:

— — μερόπων ἐπὶ ἔργοις

Maximus Philoſoph. περὶ καταρχῶν v. 543.

Ἀρχὴν καὶ τέλος ἐσθλὸν ἄγει μερόπων ἐπὶ ἔργοις.

At hoc ipſo oſtendit, quantum ab Heſiodi aetate abfuerit. Nam hic cum Homero dicit μέροπες ἄνθρωποι; nuſquam μέροπες ſubſtantiue ſolum. Sed quid audio v. 549? an vapor ille ſupra terram leuatur procella? Ridebis, ſcio, hunc Phyſicum — Verſus 550 factus eſt ad exemplum notiſſimi Theocritei *Idyll.* IV, v. 43. (vbi probat haec *Valkenarius*)

Χὠ Ζεὺς ἄλλοκα μὲν πέλει αἴθριος, ἄλλοκα δ' ὗει.

quem etiam ſcitiſſime expreſſit incertus Poeta in Anthologia:

Καί ποτε μὲν Φαίνεις πολὺν ὑετόν· ἄλλοτε δ' αὖτε
Εὔδιος ἀβρὰ γελῶν δ' ὄμμασιν ἐκκέχυται.

Idem ibid. p. 51.

Vs. 595.

Δμωσὶ δ' ἐπωτρύνειν Δημήτερος ἱερὸν ἀκτὴν
Δινέμεν, — — —

Quid sit δινεῖν hoc sensu recte explicant Proclus et Moschopulus. Callimach. Fragm. LI. procul dubio dedit:

Δινομένην ὑπὸ βωσὶν ἐμὴν ἐφύλασσον ἄλωα

Hinc δῖνος pro area apud Aelian. *Hist. Anim.* II. 25. IV, 25. *Ruhnkenius* Ep. Crit. II. p. 43.
De ipso verbo egit *Valkenarius* ad Theocr. Adoniazus. p. 375.

Ad Fragmenta:

Ἄκρον ἐπ' ἀνθερίκων καρπὸν θέσν, ἐδὲ κατέκλα.

Hinc sumsit Maximus Philosophus v. 423. 424.

Ὅσε καὶ ἀνθερίκεσσι ἐπέτρεχεν ἐδέ τι καρπὸν
Σίνετ' ἀήσυρε γυῖα φέρων ἐπὶ λήϊον αὖον

reliqua ab Homero Il. Υ, 227. et Apollon. Rh. II, 1103. *Ruhnken.* Epist. Cr. I. p. 55.

Multa Hesiodo tribuuntur fragmenta quae sunt aliorum. Sic Etymolog. M. v. Τῶ· Hesiodo hoc hemistichium adscribit:

— — — πικρὰς ὠδῖνας ἔχεσαν.

Sed est Homeri Il. Λ, 291. Ibidem Herodianus v. Ἀπτερέως, et, Ἀψεγέως Poetae nostro tribuit vocem ἀπτερέως. Frustra. Est Apollonii Rhodii IV, 1765. Ibidem v. Βύβλος, hic versus ad Hesiodum refertur.

Βύβλόν τ' ἀγχίαλον καὶ Σιδῶν' ἀνθεμόεσσαν.

Sed est Dionysii Perieg. v. 912. quod etiam notauit Berkel. *ad Steph. Byz.* v. Βύβλος. Ab eodem Etymologo v. Ἐσία, vox ἀνέσιος Hesiodo vsurpata dicitur, quae nusquam in eius scriptis occurrit. Neque tamen hic error Etymologi est, sed oscitantis librarii. Sic igitur quae turbata sunt, leui traiectione restitue: Ἀμφότερα (ἑσία καὶ ἰσίη) εἰσὶ παρὰ τῷ Ποιητῇ· Ἰσίη τ' Ὀδυσῆος — (Odyss. T. 304) καὶ διὰ τοῦ ε, ἐν τῷ ἀνέσιος (Il. I, 63) ὁ μὴ ἔχων οἰκίαν, ὁ ἄδικος· καὶ παρὰ Ἡσιόδῳ (Theog. v. 454) ἡ σωματοειδὴς Θεός.

Ἰσίην, Δήμητρα, καὶ Ἥρην χρυσοπέδιλον.

Idem Etymologus: Λάταξ. παρὰ τὸ Λα ἐπιτατικὸν, καὶ τὸ σάζω, σάξω, σὰξ καὶ λάταξ, ἡ μεγάλη σαγώνη. Ἡσίοδος. Substituatur in eius locum Ἡρωδιανὸς, Alexandrinus Grammaticus, paene singulis paginis Etymologo laudatus; de

de quo vide Kuſter. *ad Suidam in v.* Euſtathius vbi de Cephiſſo agit *ad Il. B, v.* 523. p. 275. *ed. Rom.* hunc Heſiodo verſum tribuit:

Ὅσσε Λιλαίηθεν προχέει καλλίῤῥοον ὕδωρ.

At is debetur Homeridae *Hymn. in Apollon.* v. 241. Crediderim tamen eodem et Heſiodum vſum eſſe: quem Strabo lib. IX. p. 424. copioſe de Cephiſſo ſcripſiſſe refert, allato etiam hoc fragmento:

Ὃς παρὰ Πανοπῆδα Γλήκωνα τ' ἐρυμνὴν
Καί τε δι' Ὀρχομενὸν εἰλιγμένος εἶσι δράκων ὥς.

Poſteriorem fragmenti verſum citat Theon *in Arati Phaenom.* v. 45. 46. vbi ab indoctis librariis adeo contaminatus eſt, vix vt priſtinae lectionis veſtigium appareat:

Καί τε διερχόμενος ἠπειγμένος ἐσὶ δράκων ὥς.

Reuoca lectionem antiquam quae eſt apud Strabonem. Atque haec iam ſcripſeram et cum amicis communicaram, cum idem notaſſe viderem eruditiſſimum Heringa *Obſerv.* c. II. p. 18. Iuuat praeterea vnum alterumque Heſiodi ἀποσπασμάτιον reſtituere. Scholiaſtae Apollon. Rh. L. I. v. 456. ſi credimus, dixit Heſiodus — λαροῖς ποσὶ — pro τοῖς κατ' ὄψιν ἥδεσιν. Idem fragmentum vno verbo auctius profert Etym. M. v. Λαρόν

— — Βαίνε λαροῖς ποσὶ — —

Sylburgio βαίνε ſuſpectum eſt, nec ipſi, an verum ſit βαίνεσα, ſatis liquet. Ego duplicem in his errorem deprehendo, alterum librarii, alterum Grammaticorum: Dedit enim Heſiodus:

— — Βαίνον λιπαροῖς ποσὶ — —

Ita paſſim Homerus, a quo vix diſcedit Heſiodus. Rurſus Etymol. M. v. Ἀμαρύσσω, hoc Heſiodeum affert:

— Χαρίτων ἀμάρυγματ' ἔχεσα —

Nuſquam hoc reperio in Heſiodeis, quae extant. Neque tamen ex deperditis hauſtum putem: cum nihil fere Etymologus in toto opere afferat, quod non vel in ipſo Heſiodo, vel in Scholiaſtis adhuc ſuperſtitibus legatur. Quid ergo? Locus commodus in editis indagandus eſt, quem id olim occuparit. Et ecce feliciter reperimus. Nam Schol. Pindari *Pyth. IV. init.* Tale ex Ἠοίαις fragmentum ſeruauit:

Ἡ οἵη Φθίη Χαρίτων ἀπὸ κάλλος ἔχεσα
Πηνειῷ παρ' ὕδωρ καλὴ ναίεσκε Κυρήνη.

Hic olim elegantius legebatur:

Ἡ οἵη Φθίη Χαρίτων ἀμάρυγματ' ἔχεσα.

Κάλλος ex interlineari gloſſa in textum delapſum, ἀμάρτημα expulit de legitima poſſeſſione. Minime ignorandum eſt, quam frequens ſit hoc corruptelae genus. Eſt mihi ad manum Orphei locus, vbi verbum, quod explicatur, cum gloſſae parte in textu remanſit. *Argonaut.* v. 926.

Δεινὸς ὄφις, θνητοῖς ὁλοὸν τέρας, ἀ φατὸν εἰπεῖν.

Emendauimus haut dubitanter:

Δεινὸς ὄφις, θνητοῖς ὁλοὸν τέρας, ἔτι φατειόν.

Εἰπεῖν ſupereſt ex gloſſa interlineari, ὃ ἀ δύναταί τις εἰπεῖν. Infra v. 973. 974. 975.

— — σὺν αἰολόμορφος ἵκανε
Τρισσοκέφαλος ἰδεῖν, ὁλοὸν τέρας, ἔτι δαητὸν
Ταρταρόπαις Ἑκάτη. — —

Δαητὸν etſi analogia defendi poteſt, tamen minus aptum eſt huic loco. Ne dubites quin Poëta ſic dederit:

Τρισσοκέφαλος ἰδεῖν, ὁλοὸν τέρας, ἔτι φατειόν.

Heſiod. *Aſp.* v. 144.

Ἐν μέσσῳ δὲ δράκοντος ἔην φόβος, ἔτι φατειός.

Et v. 161.

Ἐν δ' ὀφίων κεφαλαὶ δεινῶν ἔσαν, ἔτι φατειῶν.

Ruhnkenius Ep. Crit. I. p. 55. et p. 66. ſſ.

Ad Theog. Vſ. 106. 899. 1013. 1016.: ad Ἔργ. Vſ. 92. 123. 288. iuuat conſuluiſſe, quae e tribus codicibus et antiquis editionibus, de Varietate lectionis et eiuſdem veritate, deque interpolationibus attulit *Doruillius* Obſeru. Miſcell. Vol. II. Tom. III. p. 317. et 319.

Quod autem v. 77. fragmentum legitur, id fere, ſicut a Robinſono editum eſt, emendarunt etiam *Potterus* ad Lycophr. v. 248, et *Adr. Heringa* Obſeru. Critic. c. II. p. 19.

ΟΜΗΡΟΥ ΚΑΙ ΗΣΙΟΔΟΥ

ΑΓΩΝ

HOMERI ET HESIODI

CERTAMEN

CVM

PRAELOQVIO ET ANNOTATIONIBVS

IOSVAE BARNESII.

PRAELOQVIVM IOSVAE BARNESII.

De hoc *Homeri* et *Heſiodi* Certamine nonnihil videtur congruum praelibare. *Varro* quidem apud *Gellium*, l. 3. c. 11. de Homero et Heſiodo non dubium eſſe ait, quin aliquo tempore eodem vixerint, idque ex *Epigrammate* oſtendi, quod in *Tripode* ſcriptum eſt, qui in monte *Helicone* ab *Heſiodo* poſitus traditur. Videtur hoc ipſum etiamnum exſtare apud *Dionem* et *Anthолog.* I. 3. fol. 270. Ἡσίοδος Μούσαις Ἑλικωνίσι τόνδ' ἀνέθηκεν, Ὕμνῳ νικήσας ἐν Χαλκίδι θεῖον Ὅμηρον. Fertur et aliud Epigramma, quo memoratur, *Heſiodum* cum *Homero* aliquando certaſſe, at non in *Chalcide*, quod aliud teſtatur, verum in *Delo*: et hi verſus ipſius Heſiodi nomine proferuntur:

*) Ἐν Δήλῳ τότε πρῶτον ἐγὼ καὶ Ὅμηρος ἀοιδοὶ
Μέλψαμεν, ἐν νεαροῖς ὕμνοις ῥάψαντες ἀοιδήν,
Φοῖβον Ἀπόλλωνα χρυσάορον· ὃν τέκε Λητώ.

Verum hoc carmen nec victum *Homerum*, nedum contendiſſe memorat; at ſolummodo vtroſque *Apollinem* celebraſſe. Exſtat quidem apud ipſum Heſiodum locus, qui illum ad exſequias *Amphidamantis* hymno certaſſe dicat, et victoriam reportaſſe, victoriaeque praemium, *tripodem*; quem et *Muſis* dedicaſſe: at nihil ibi de victo *Homero*; quae res ſi vera eſſet, maioris foret *Heſiodo* gloriationis argumentum, Opp. et Dier. l. 2. v. 652.

*) Duo priores verſus apud Euſtath. fol. 5. et Scholiaſt. fol. 5. et Schol. Pindari ad Nemeon. §. 2. Vltimus verſus additur his, in *Heſiodi* vita, a *Lilio Gyraldo* conſcripta.

Ἐνθάδ' ἐγὼν, ἐπ' ἀέθλα δαΐφρονος Ἀμφιδάμαντος,
Χαλκίδα τ' εἰσπέρησα. τὰ δὲ προπεφραδμένα πολλὰ
Ἆθλ' ἔθεσαν παῖδες μεγαλήτορες· ἔνθά με φημὶ
Ὕμνῳ νικήσαντα φέρειν τρίποδ' ὠτώεντα.
Τὸν μὲν ἐγὼ Μούσης Ἑλικωνιάδεσσ' ἀνέθηκα·
Ἔνθα **) με τὸ πρῶτον λιγυρῆς ἐπέβησαν ἀοιδῆς.

Plures tamen etiam docti homines, nec heri illi, aut nudius tertius, huius *Concertationis* meminerunt, quales sunt *Plutarchus* Sympos. l. 5. Quaest. 2. et in Conu. Sept. Sapient. fol. 153. item *Philostratus* in Heroicis; *Libanius* in Socratis Apologia §. 29. f. 633. *Ioh. Tzetzes* Prolegg. ad Hesiodum, *Eustathius* in Prooemio fol. 3. lin. 47. cuius verba mox proferenda in Notis ad hoc *Certamen*. Praeterea videsis *Iani Rutgersii* Varias Lectiones. *Dan. Heinsii* Introductionem ad Hesiod. c. 18. et *Erasmum* denique in Adagio Παίνιδος ψῆφος· nec non *Ioh. Alb. Fabricii* Biblioth. Gr. I. Volum. l. 2. c. 8. §. 2. fol. 370.

Nos nihil hic disputamus, vtrum opus hoc sit *genuinum*, an non; moneo tantum, opus esse prudentiae plenum, et *Homeri* famae et nomini destinatum; licet illum exhibeat victum: nam id certe non sine *iudicum* iniquitate, nec cum vllo *Hesiodi* merito. Quod si post *Hadriani* Imperatoris tempora, hoc, quod prae manibus habemus, sit scriptum; nihil tamen impedit, quin res ipsa sit longe antiquior, et breuia illius momenta diu ante sint hinc inde sparsa et conseruata; tum vero tandem collecta et orbi litterato exhibita. Atque haec de hac re sufficiant.

**) Confer. Hesiod. Theog. 22.

ΟΜΗΡΟΥ ΚΑΙ ΗΣΙΟΔΟΥ ΑΓΩΝ.

Ὅμηρον καὶ Ἡσίοδον τοὺς θειοτάτους Ποιητάς, πάντες ἄνθρωποι πολίτας ἰδίους εὔχονται γενέσθαι· ἀλλ' Ἡσίοδος μὲν τὴν ἰδίαν ὀνομάσας πατρίδα πάντας τῆς φιλονεικίας ἀπήλλαξεν, εἰπών, ὡς ὁ πατὴρ αὐτοῦ,

[a] Κύμην Αἰολίδα προλιπὼν ἦλθεν εἰς Βοιωτίαν,]

b) Εἵσατο τ' ἄγχ' Ἑλικῶνος, ὀϊζυρῇ ἐνὶ κώμῃ,
Ἄσκρῃ, χείμα κακῇ, θέρει ἀργαλέῃ, οὐδέ ποτ' ἐσθλῇ.

Ὅμηρον δὲ πᾶσαι, ὡς εἰπεῖν, αἱ πόλεις, καὶ οἱ ἔποικοι αὐτῶν, παρ' ἑαυτοῖς γεγενῆσθαι λέγουσι· καὶ πρῶτοί γε Σμυρναῖοι, Μέλητος ὄντα τοῦ παρ' αὐτοῖς ποταμοῦ, καὶ Κριθηΐδος Νύμφης, κεκλῆσθαί φασι πρότερον, Μελησιγένη· ὕστερον μέντοι τυφλωθέντα Ὅμηρον μετωνομασθῆναι, διὰ τὴν παρ' αὐτοῖς ἐπὶ τῶν τοιούτων

HOMERI ET HESIODI CERTAMEN.

Homerum et Heſiodum, Poëtarum excellentiſſimos, omnes ſuos fuiſſe ciues gloriantur. Heſiodus autem, ſua patria nominata, omnem contentionem diremit, dicens de patre ſuo,

Habitauit autem prope Heliconem miſero in vico,
Aſcra, bieme malo, aeſtate autem moleſto, nunquam bono.

Homerum autem omnes pene vrbes, earumque coloni apud ſe natum affirmant: primi quidem Smyrnaei Meletis, patrii fluuii, et Critheidos Nymphae filium fuiſſe, et exinde Meleſigenem primo nominatum dicunt; deinde vero, cum caecus factus eſſet, Homeri nomen accepiſſe, quod quidem

a) Κυμ. Αἰολ. προλ.] Ex ipſo Heſiodo v. 634. Voces, ἦλθεν εἰς Βοιωτίαν, ad ſenſum ſupplendum, οἴκοθεν.

b) Εἵσατο] γρ. νάσσατο, Heſiod. ibid. v. 637.

c) Αὐτῶν]

συνήθη προσηγορίαν. Χῖοι δὲ πάλιν τεκμήρια φέρουσιν, ἴδιον εἶναι πολίτην c) αὐτῶν, λέγοντες, καὶ περισώζεσθαί τινας ἐκ τοῦ γένους αὐτοῦ παρ' αὐτοῖς, Ὁμηρείδας καλουμένους. Κολοφώνιοι δὲ καὶ τόπον δεικνύουσιν, ἐν ᾧ φασὶν αὐτὸν γράμματα διδάσκοντα τῆς ποιήσεως ἄρξασθαι, καὶ ποιῆσαι πρῶτον τὸν Μαργίτην.

Περὶ δὲ τῶν γονέων αὐτοῦ πάλιν πολλὴ διαφωνία παρὰ πᾶσίν ἐστιν. Ἑλλάνικος μὲν γὰρ καὶ Κλεάνθης, d) πατέρα αὐτοῦ Βίωνα λέγουσιν. Εὐμαίων δὲ, Μέλητα· Καλλικλῆς δὲ, e) Δμασαγόραν; Δημόκριτος δὲ Τροιζήνιος, Δαίμονα ἔμπορον· ἔνιοι δὲ, Ταμύραν· Αἰγύπτιοι δὲ, Μενέμαχον, [τὸν] προγραμματέα· εἰσὶ δ', οἳ Τηλέμαχον, τὸν Ὀδυσσέως, μητέρα δ', οἱ μὲν Μῆτιν· οἱ δὲ Κριθηίδα· οἱ δὲ, *f) Θεμιστῶ· οἱ δὲ

imponere visu priuatis in ista regione mos erat. Chii rursus argumenta adhibent, quibus eum ciuem esse suum euincant, dicentes, etiamnum apud se restare quosdam de genere eius Homeridas appellatos. Colophonii autem vel locum ostentant, in quo dicunt eum, dum litteras doceret, poësin primo attigisse, initio facto a poëmate, quod nuncupatur, ὁ Μαργίτης.

De parentibus autem eius summa est apud omnes disceptatio. Hellanicus quidem et Cleanthes dicunt, patrem eius Bionem fuisse; Eumaeon autem, Meletem; Callicles, Dmasagaram; Democritus Troezenius, Daemonem mercatorem; quidam vero Tamyram; Aegyptii autem Menemachum illum scribam; sunt etiam, qui Telemachum Vlyssis filium. Matrem autem eius, hi, Metin; hi, Critheida; hi, Themisto;

c) Αὐτῶν] addo.

d) Πατέρα αὐτοῦ] Has voces recte additas agnoscet, qui sequens τὸ μητέρα aduerterit. Idem dicendum mox ad τὸν, et similia, quae vncinis inclusa videris.

e) Δμασαγόραν] Ita pro Δημασαγόραν, ex Eustathio. Vid. Not. in Textum ad Odyss. μ, 63.

f) Θεμιστῶ] Ita pro Θεμίσην legendum censeo, vt et Εὐγναθῶ, pro corrupto Εὐγνηθῶ, cum illud ab εὖ et γνάθος oriatur, συνώνυμον τῷ καλλιπάρῃος, at hoc sit *monstrum* potius, quam *nomen*.

g) Καλ-

*Εὐγναθῶ ἔνιοι δὲ Ἰθακησίαν τινὰ, ὑπὸ Φοινίκων αἰχμαλωτισθεῖσαν· οἱ δὲ, g) Καλλιόπην, τὴν Μοῦσαν· τινὲς δὲ, Πολυκάστην, τὴν Νέστορος. Ἐκαλεῖτο δὲ, Μέλης· ὡς δέ τινες φασι, Μελησιγένης· ὡς δὲ ἔνιοι, Αὐλήτην ὀνομασθῆναι αὐτόν φασι. τινὲς Ὅμηρον, διὰ τὸ τὸν πατέρα αὐτῷ b) ὅμηρον δοθῆναι ὑπὸ Κυπρίων Πέρσαις· οἱ δὲ, διὰ τὴν πήρωσιν τῶν ὀμμάτων· παρὰ γὰρ τοῖς i) Αἰολεῦσιν ἔτως οἱ πηροὶ καλοῦνται.

hi Eugnatho, aliqui vero Ithacenſem quandam a Phoenicibus in ſeruitutem venditam; alii Calliopen, Muſam; alii, Polycaſten, Neſtoris filiam. Vocabatur autem Meles, vel, vt alii ferunt, Meleſigenes; vel ſecundum nonnullos, Auletes; aliqui vero Homerum nominatum praedicant ex eo, quod pater eius in obſidem Perſis a Cypriotis traditus fuerit; alii vero, ob coecitatem; ita enim coeci ab Aeolis vocantur.

g) Καλλιόπην τ. M.] Suidas V. Ὅμηρος, ὁ Ποιητὴς, Μέλητος, τὸ ἐν Σμύρνῃ ποταμοῦ, καὶ Κριθηΐδος· ὡς δὲ ἄλλοι, Ἀπόλλωνος καὶ Καλλιόπης, τῆς Μούσης.

b) ὅμ. δοθ.] Suidas Ὅμηρον, παρὰ Θεκυδίδῃ, ἐνέχυρον, τὸ εἰς εἰρήνην διδόμενον ἐπὶ συνθήκαις. Αἰλιανὸς· Ὁ δὲ ὑφαιρεῖται τὸν κώδωνα καὶ φιλίας σύμβολον καὶ ὅμηρον πρῶτον νομίζει τῷ ἑταίρῳ αὐτοῦ. Ὅμηροι δέ εἰσιν, οἱ ἐπὶ συμβιβάσει διδόμενοι. ὁμηρῆσαι γὰρ τὸ συμβαλεῖν. Θεόπομπος δὲ ὁμηρεῖν φησι, παρὰ τοῖς ἀρχαίοις λέγεσθαι τὸ ἀκολουθεῖν. τὰς ἓν ἐπ' ἀκολουθίᾳ τῶν ὡμολογημένων διδομένας, ἐντεῦθεν Ὁμήρους φασὶ λέγεσθαι. Vid. ad Odyſſ. π, 468. et Heſych. v. Ὅμηρος.

i) Αἰολ. οἱ π. ομ. καλέονται] Vid. Etymol. M. v. Ὅμηρος. Huiuſmodi ineptias in etymologiis Graeci more ſuo commenti ſunt, verae originis ignari; nempe qui omnia ad ſuam linguam referre ſolebant. Dixerunt itaque Ὅμηρος, ὁ μὴ ὁρῶν, et hinc Homerus caecus. Heſychius Mileſius, Ὅμηρος, ἰσορρεῖται γενέσθαι τυφλὸς· ὡς μὴ ἡττηθεὶς ἐπιθυμίας, ἢ διὰ τῶν ὀφθαλμῶν ἔρχεται. Verum ab *Omer*, Participio Hebraico verbi *Amar*, ductam vocem putant veriſimilius nonnulli, vt alias probo.

k) Νεσ.

Ὅπερ δὲ ἀκηκόαμεν, ἐπὶ τῦ θειοτάτυ αὐτοκράτορος Ἀδριανῦ, εἰρημένον ὑπὸ τῆς Πυθίας περὶ Ὁμήρυ, ἐκθησόμεθα· τῦ γὰρ βασιλέως πυθομένυ, πόθεν Ὅμηρος, καὶ τίνος· ἀπεφοίβασε δι' Ἐξαμέτρυ τόνδε τὸν τρόπον·

Ἄγνωστόν μ' ἔρεαι γενεὴν καὶ πατρίδα γαῖαν
Ἀμβροσίυ Σειρῆνος· ἔδος δ' Ἰθακήσιός ἐστιν·
Τηλέμαχος δὲ πατὴρ καὶ k) Νεσορέη l) Ἐπικάστη
Μήτηρ, ἥ μιν ἔτικτε βροτῶν πολὺ πάνσοφον ἄνδρα. m) Οἷς μάλιστα δεῖ πιστεύειν διά τε τὸν πυθόμενον, καὶ τὸν ἀποκρινάμενον· ἄλλως τε, ὅτως τῦ ποιητῦ μεγαλοφυῶς τὸν προπάτορα διὰ τῶν ἐπῶν δεδοξακότος.

Quod vero audiuimus, Adrianum *ſc.* diuinum illum Imperatorem, Pythiam de Homero conſuluiſſe, id exponemus. Cum enim rex ille interrogaret, qua patria et patre natus fuerit Homerus, huiuſmodi reſponſum verſibus Hexametris comprehenſum, tulit:

Ignotum me percontaris genus; et patriam
Diuini Seirenis: patria certe eſt Ithacenſis.
Telemachus vero pater, et filia Neſtoris Epicaſte
Mater, quae eum peperit hominum longe ſapientiſſimum.

Quibus omnino fides eſt adhibenda, et eius gratia, qui interrogauit, et eius, qui reſponſum dedit; praeſertim vero cum ipſe poëta (Vlyſſem) auum ſuum tam magnifice carminibus celebrauerit.

k) Νες. Ἐπικ.] Neſtoris filiae nomen Πολυκάστη, *Heſiodo*, Τηλεμάχῳ δ' ἄρ' ἔτικτεν ἐύζωνος Πολυκάστη, Νέσορος ὁπλοτάτη κούρη Νηληϊάδαο, Περσέπολιν μιχθεῖσα διὰ χρυσέην Ἀφροδίτην. Suidas V. Ὅμηρος· κατὰ δὲ ἄλλας, Τηλεμάχυ, τῦ Ὀδυσσέως, καὶ Πολυκάστης, τῆς Νέσορος. Adeo et Suidas videtur ad hoc oraculum reſpexiſſe.

l) Γρ. Πολυκάστη Heſiod. Vid. Not.

m) Οἷς μ. δ. π.] Hinc apparet Auctorem huius Certaminis *Ethnicum* fuiſſe, cum haec ſcriberet; quod *Adriano* Imperatori et *Pythio* daemoni tantopere fidendum putaret. At ſi *Pythius* vere locutus, quomodo hoc *Heſiodo* ignotum; qui *Telemachi* et *Polycaſtae* non niſi vnum memorat filium, *Perſepolin*?

n) Ἀπόλ-

Ἐνιοι δὲ μὲν ἂν αὐτὸν προγενέστερον Ἡσιόδου φασὶν εἶναι· τινὲς δὲ, νεώτερον, καὶ συγγενῆ· n) Ἀπόλλωνός φασι καὶ Θοώσης, τῆς Ποσειδῶνος γενέσθαι Λίνον· Λίνου δὲ, Πίερον· Πιέρου δὲ καὶ Νύμφης, Μεθώνης, Οἴαγρον· Οἰάγρου δὲ, καὶ Καλλιόπης, Ὀρφέα· Ὀρφέως δὲ o) Ὄρτην; τοῦ δὲ Ἁρμονίδην· τοῦ δὲ, Φιλοτέρπην· τοῦ δὲ, Εὔφημον· τοῦ δὲ, Ἐπιφράδην· τοῦ δὲ, Μελάνωπον· τούτου δὲ Δῖον καὶ Ἀπέλλαιον. Δίου δὲ καὶ Πυκιμήδης, τῆς Ἀπόλλωνος θυγατρὸς, Ἡσίοδον καὶ Πέρσην. Πέρσου δὲ, Μαίονα· Μαίονος δὲ θυγατρὸς [p) τῆς Κριθηίδος] καὶ Μέλητος, τοῦ ποταμοῦ, Ὅμηρον.

Τινὲς δὲ συνακμάσαι φασὶν αὐτούς· ὥστε καὶ ἀγωνίσασθαι ὁμόσε, ἐν Αὐλίδι τῆς Βοιωτίας· ποιήσαντα γὰρ τὸν Μαργίτην, Ὅμηρον, περιέρχεσθαι κατὰ πόλεις ῥα-

Aliqui autem dicunt, antiquiorem eum Heſiodo fuiſſe; nonnulli autem iuniorem, et cognatum. Ab Apolline, vt dicunt, et Thooſa, Neptuni filia, genitus erat Linus; a Linó Pierus; a Piero et Nympha Methone Oeagrus; ab Oeagro et Calliope Orpheus; ab Orpheo Ortes; ab eo Harmonides; ab eo Philoterpes; ab eo Euphemus; ab eo Epiphrades; ab eo Melanopus; ab eo Dius, et Apellaeus; a Dio vero, et Pycimede Apollinis filia, Heſiodus et Perſes; a Perſe Maeon; a (Critheide) vero Maeonis filia, et Melete fluuio, Homerus.

Aliqui autem eos vna floruiſſe dicunt, ſimulque certaſſe Aulide in Boeotia. Homerum enim, cum poema ſuum, Mar-

n) Ἀπόλλωνος Φ. καὶ Θοώσης τ. Π. Λ. γενέσθαι] Suidas paullo aliter hanc genealogiam deducit V. Ὅμηρος. Ἔσι δὲ ἡ τοῦ γένους τάξις, κατὰ τὸν ἰσορικὸν Χάραξα, αὕτη· Αἰθούσης, Θραύσης, Λῖνος· τοῦ δὲ, Πίερος· τοῦ δὲ, Οἴαγρος· τοῦ δὲ, Ὀρφεύς· τοῦ δὲ, Δρής· τοῦ δὲ, Εὔκλοος (ita lego pro Εὐκλέης)· τοῦ δὲ, Ἰδμονίδης· τοῦ δὲ, Φιλοτέρπης· τοῦ δὲ, Εὔφημος· τοῦ δὲ, Ἐπιφράδης· τοῦ δὲ, Μελάνωπος, τοῦ δὲ, Ἀτελλῆς· (ita pro Ἀπελλῆς) τοῦ δὲ, Μαίων· ὃς ἦλθεν ἅμα ταῖς Ἀμαζόσιν ἐς Σμύρνην, καὶ γήμας Εὔμητιν, τὴν Εὐέπους, τοῦ Μνησιγένους, ἐποίησεν Ὅμηρον.

o) An Ὄθρυν?

p) Κριθηίδος] has voces reſtituo ex hiſtoria.

q) Ἔσιν

ψωδῶντα· ἐλθόντα δὲ καὶ εἰς Δελφοὺς, περὶ τῆς πατρίδος αὐτῷ πυνθάνεσθαι, τίς εἴη· τὴν δὲ Πυθίαν εἰπεῖν,

q) Ἔστιν Ἴος νῆσος, μητρὸς πατρίς· ἥ σε θανόντα
Δέξεται· ἀλλὰ r) νέων παίδων αἴνιγμα φυλάξαι.

Τὸν δὲ, ἀκούσαντα, περιίσασθαι μὲν τὴν εἰς Ἴον ἄφιξιν, διατρίβειν δὲ περὶ τὴν ἐκεῖ χώραν. Κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν χρόνον Γανύκτωρ s) ἐπιτάφιον τῷ πατρὸς Ἀμφιδάμαν-

gitem compoſuiſſet, id canentem vrbes circumiſſe; cum Delphos vero aduenisſet, de patria ſua percontatum quaenam eſſet; Pythiam autem reſpondiſſe;

Eſt Ios inſula, matris patria, quae te mortuum
Accipiet; ſed iuuenum aenigma caue.

Eum autem, hoc audito reſponſo, in Ium noluiſſe proficiſci, ſed in illa regione commoratum. Hoc vero tempore Ganyctor funebres ludos patri ſuo Amphidamanti, Euboeae regi,

q) Ἔστιν Ἴος νῆσος] Hoc oraculum extat in Plutarchi vita Homeri; vbi et aliud oraculum prolixius; item Pauſaniae Phocic. c. 24. Plinius l. 4. c. 12. *Ios, Homeri* ſepulcro nobilitata.

r) νέων π. α. φυλ.] De hac re Herodot. in Homeri vita, et ab illo alii, nec non aliud oraculum, apud Plutarch. et Euſeb.

Ἐν τῇ σοὶ μοῖρ' ἐστὶ τελευτῆσαι βιότοιο
Εὖτ' ἂν ἀπὸ γλώσσης παίδων μὴ γνῷς ἐπακούσας
Δυσξύνετον σκολιοῖσι λόγοις εἰρημένον ὕμνον.

Suidas tamen negat illum, ex dolore ob aenigmatis perplexitatem concepto, fato conceſſiſſe: res enim erat ludicra, ſed ex morbo, ἐξ ἀσθενείας· ἐ παρὰ τὸ μὴ γνῶναι τὸ παρὰ τῶν παίδων λεχθέν· καθάπερ οἴονταί τινες.

s) ἐπιτάφιον] Subaudi ἀγῶνα. Mos perantiquus ad regum aut principum funera certare; vt ex Homero conſtat, qui de *Euryalo* Iliad. ψ, 679. Ὅς ποτε Θήβας ἦλθε δεδεκότος Οἰδιπόδαο Ἐς τάφον. Tale certamen et ipſe deſcribit ad *Patrocli* funus, ψ, v. 258. etc. — et ad ipſius *Achillis* Odyſſ. ω, v. 87. excepto, quod ingeniorum certamen, decori memor, ibi omittat, nempe inter *armatos*; licet alias et ipſe etiam huius rei meminerit, videl. hymn. in Apoll. v. 149. Οἱ δέ σε πυγμαχίῃ τε, καὶ ὀρχηθμῷ, καὶ ἀοιδῇ, Μνησάμενοι τέρπουσιν, ὅταν ςήσωνται ἀγῶνα. Inter veteres etiam noſtros Britannos ingeniorum

τος, βασιλέως Εὐβοίας, ἐπιτελῶν, πάντας τοὺς ἐπισήμους ἄνδρας οὐ μόνον ῥώμῃ, καὶ τάχει, ἀλλὰ καὶ σοφίᾳ, ἐπὶ τὸν ἀγῶνα, μεγάλαις δωρεαῖς τιμῶν συνεκάλεσε. καὶ ὅτοι ἂν ἐκ τύχης, ὥς φασι, συμβαλόντες ἀλλήλοις ἦλθον εἰς τὴν Χαλκίδα, Ὅμηρός τε καὶ Ἡσίοδος.

Τοῦ δὲ ἀγῶνος ἄλλοι τε τινὲς τῶν ἐπισήμων Χαλκιδέων ἐκαθέζοντο κριταὶ, καὶ μετ' αὐτῶν Πανοίδης, ἀδελφὸς ὢν τοῦ τετελευτηκότος· ἀμφοτέρων δὲ τῶν ποιητῶν θαυμασίως ἀγωνισαμένων, ι) νικῆσαί φασι τὸν Ἡσίοδον τὸν τρόπον τοῦτον· προελθόντα γὰρ εἰς τὸ μέ-

instituens, omnes non robore solum et velocitate, sed sapientia etiam praecellentes viros, magnis praemiis ad certamen inuitabat; illi autem fortuito, vt dicunt, sibi inuicem obuii Chalcida venerunt, Homerus et Hesiodus.

Certaminis autem iudices constituebantur aliqui maxime conspicui è Chalcidensibus viri, et inter eos Panoedes, defuncti regis frater; et vtroque poëta admirabiliter certante, Hesiodum tandem hoc modo vicisse dicunt: In medium enim

orum certamina fuerunt celebrata, praemiis additis ingentibus qualia aureae, aut argenteae, citharae, etc. vt *Seldenus* noster, ad *Draytonii* Polyolbion fol. 67. Vid. quae Nos ad Anacreon. v. 855. et v. 992.

ι) Νικ. Φ. τ. Ἡσ. τ. τρ. τοῦτον] Cum ergo Hesiodo victoria non iure sit data, quod et Auctor Certaminis agnoscit, et res ipsa legentibus sit manifesta, non erat, vt Eustathius ita loqueretur, Εἰ δὲ καὶ ἤρισεν Ὅμηρος Ἡσιόδῳ τῷ Ἀσκραίῳ, καὶ ἠττήθη, ὅπερ ὄκνος τοῖς Ὁμηρίδαις, καὶ λέγειν· ζητητέον ἐν τοῖς εἰς τοῦτο γεγράψασιν, ἐν οἷς ἔκειντο καὶ τὰ ζητὰ τῆς Ἔριδος. Multo minus, vt Ioh. Alb. Fabricius, Vir infinitae lectionis, *Vicerit itaque* Homerum, *aetate prouectum, vicerit, inquam*, Homerum; *illum celebratissimum*, Hesiodus *florens adhuc annis; vt* Aeschylus *senex victus est a puero Sophocle.* Dicendum potius, *Victus est, non iudicio*, sed *praeiudicio; non iure*, sed *iniuria; non ingenio*, sed *fraude; non rei merito*, sed *iudicum ignorantia, aut maleuolentia; quale iudicium haud raro subiisse summos Viros constat.*

κ) Ita

σον πυνθάνεσθαι τῷ Ὁμήρῳ καθ' ἓν ἕκαστον· τὸν δὲ Ὅμηρον ἀποκρίνασθαι· φησὶν οὖν Ἡσίοδος,

Υἱὲ Μέλητος, Ὅμηρε, θεῶν ἀπὸ μήδεα εἰδὼς,
Εἰπ' ἄγε μοὶ πάμπρωτα, τί φέρτατόν ἐστι βροτοῖσιν;

Ὅμηρος, υ) Ἀρχὴν μὲν μὴ φῦναι ἐπιχθονίοισιν ἄριστον·
Φύντα δ', ὅπως ὤκιστα πύλας ἀΐδαο περῆσαι.

Ἡσίοδος τὸ δεύτερον,

Εἰπ' ἄγε μοὶ καὶ τοῦτο, θεοῖς ἐπιείκελ' Ὅμηρε,
Τί χ) θνητοῖσιν ἄριστον ὀΐεαι ἐν φρεσὶν εἶναι;

Ὁ δὲ Ὅμηρος,

ψ) Ὁππόταν εὐφροσύνη μὲν ἔχῃ κατὰ δῆμον ἅπαντα·
Δαιτυμόνες δ' ἀνὰ δώματ' ἀκηάζωνται ἀοιδῷ,
Ἥμενοι ἑξείης· παρὰ δὲ πλήθωσι τράπεζαι
Σίτου καὶ κρειῶν· μέθυ δ' ἐκ κρητῆρος ἀφύσσων
Οἰνοχόος φορέῃσι, καὶ ἐγχείῃ δεπάεσσι·
Τοῦτό τι μοὶ κάλλιστον ἐνὶ φρεσὶν εἴδεται εἶναι.

prodeuntem quaeſtiones ſeriatim Homero propoſuiſſe, Homerum autem reſpondiſſe: Dicit igitur Heſiodus,

Fili Meletis, Homere qui a diis ſapientiam obtinuiſti,
Age, dic mihi primum, quid optimum ſit mortalibus?

Homerus. *Primum quidem non naſci mortalibus eſt optimum*
Natum vero, quam primum Orci portas tranſire.

Secunda vice Heſiodus,

Age, dic mihi et hoc, diis ſimilis Homere,
Quid mortalibus (dum viuant) exiſtimas optimum eſſe

Homerus. *Quoties laetitia quidem detineat populum vniuerſum,*
Conuiuanteſque per domum audiant cantorem
Sedentes ordine; iuxta itidem impleantur menſae
Pane et carnibus; vinumque ex cratere hauriens
Pincerna adferat, et infundat poculis:
Hoc quidem mihi pulcherrimum in mente videtur eſſe.

υ) Ita Salomon Prouerb. 7, 1. *Dies mortis potior die natiuitatis.*

χ) hoc eſt, dum in hac miſera degunt vita.

ψ) Odyſſ. ι, v. 6. vbi totus fere hic locus. Et ibi v. 3. accedit huic etiam loco Salomonis ſuffragium.

α) Haec

Ῥηθέντων δὲ τῶν ἐπῶν, ὕτω σφοδρῶς φασι θαυμασθῆναι ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων τὰ ἔπη, ὥστε χρυσᾶς αὐτὰς στίχας προσαγορευθῆναι· καὶ ἔτι καὶ νῦν, ἐν ταῖς κοιναῖς θυσίαις πρὸ τῶν δείπνων καὶ σπονδῶν προκατεύχεσθαι πάντας.

Τῆς δὲ Παννυχίδος λυθείσης, ὁ Ποιητὴς εἰς Ἶον ἔπλευσε, πρὸς Κρεώφυλον· κἀκεῖ χρόνον διέτριβεν, πρεσβύτης ὢν ἤδη. Ἐπὶ δὲ τῆς θαλάσσης καθήμενος, παίδων τινῶν ἐφ' ἁλιείας ἐρχομένων, ὡς φασι, πυθόμενος,

Ἄνδρες, ἀπ' Ἀρκαδίης ἁλιήτορες, ἦ ῥ' ε) ἔχετ' ἰχθῦς;

Εἰπόντων δὲ ἐκείνων,

Ὅσσ' ἕλομεν, λιπόμεσθα· ὅσ' οὐχ ἕλομεν, φερόμεσθα,

συνοήσας τὸ λεχθὲν, ἤρετο αὐτοὺς, ὅ, τι λέγοιεν. οἱ δὲ φασιν, ἐν ἁλείᾳ μὲν ἀγρεῦσαι μηδέν· ἐφθειρίσθαι δὲ, καὶ τῶν φθειρῶν, ὃς ἔλαβον, καταλιπεῖν· ὃς δὲ οὐκ ἔλαβον, (ἔτι) ἐν τοῖς ἱματίοις φέρειν.

Ἀναμνησθεὶς δὲ τοῦ μαντείου, ὅτι τὸ τέλος αὐτοῦ ἥκοι τοῦ βίου, ποιεῖ τὸ τοῦ τάφου αὐτοῦ ἐπίγραμμα· ἀναχωρῶν δὲ ἐκεῖθεν ὄντος πηλοῦ, ὀλισθὼν καὶ πεσὼν ἐπὶ τὴν πλευρὰν, τριταῖος, ὡς φασι, τελευτᾷ, καὶ ἐτάφη ἐν Ἰῳ. Ἔστι δὲ τὸ ἐπίγραμμα τόδε,

plum retulerunt. Dimisso vero conuentu, poëta ad Ion nauigauit, ad Creophylum; ibique aliquantisper commoratus est, cum iam senex esset. Cum vero iuxta mare consedisset, adolescentes quosdam piscatum venientes fertur interrogasse,

Viri Arcadici piscatores, habetisne pisces?

Illis autem dicentibus,

Quae cepimus, reliquimus; quae non cepimus, habemus,

responsum non intelligens, percontatus est eos, quid dicerent; Illi autem responderunt, in piscatione quidem se nihil cepisse; sed pediculos venatos fuisse, eorumque quos ceperant, reliquisse, quos vero non ceperant, iam in vestibus ferre.

Recordatus igitur vaticinii, vitaeque finem sibi iam instare intelligens, sepulchri inscriptionem componit; inde vero recedentem, lutulento solo, lapsum, et in latus concidentem, tertio post die mortuum esse dicunt, et in Io sepultum. Epigramma autem hoc est:

ε) γρ. ἔχομεν τι, olim; male.

)'Ενθάδε τὴν ἱερὴν κεφαλὴν κατὰ γαῖα καλύπτει,
Ἀνδρῶν ἡρώων κοσμήτορα, θεῖον Ὅμηρον.

Hic ſacrum caput terra tegit,
Virorum Heroum praeconem, diuinum Homerum.

f) Huc addatur Paulli Silentiarii illud, Anthol. l. 3. f. 266.

Ἐνθάδε Πιερίδων τὸ σοφὸν σόμα, θεῖον Ὅμηρον,
Κλεινὸς ἐπ' ἀγχιάλῳ τύμβος ἔχει σκοπέλῳ.
Εἰ δ' ὀλίγη γεγαῦια τόσον χάδεν ἀνέρα νῆσος,
Μὴ τόδε θαμβήσῃς, ὦ ξένε, δερκόμενος·
Καὶ γὰρ ἀλητεύσασα κασιγνήτη πότε Δῆλος,
Μητρὸς ἀπ' ὠδίνων, δέξατο Λητοΐδην.

IOHANNIS GEORGII GRAEVII

LECTIONES HESIODEAE.

VIRO PERILLVSTRI, AC DIGNITATE, INGENIO ET VIRTVTE PRAECELLENTI

EVSEBIO RENAVDOTO

REGI CHRISTIANISSIMO

A CONSILIIS

S. P. D.

IOANNES GEORGIVS GRAEVIVS.

A quo tempore tua mihi humanitas aditum patefecit ad tuam amicitiam, nihil tu tibi ſtudii reliquiſti ad me non modo complectendum, ſed et rebus omnibus, quibus potuiſti, potuiſti autem plurimis, ornandum: ego nihil mihi reliqui curae et officii in te colendo ac obſeruando. Nam et quantum tibi debeam, et quantum te pro tot illuſtribus ſingularis beneuolentiae documentis amem et ſuſpiciam, mihi quidem ipſe locuples ſum teſtis, ſed vt tibi etiam, et aliis, ac, ſi meae id facultatis fuerit, poſteris quoque hoc ſit teſtatum, dudum ſummopere ſtudui. Nihil mihi honeſtius eſſe poteſt, quam a te tantae dignitatis et doctrinae Viro non diligi tantum, ſed et ſic ornari, vt me apud primarios viros in gratia poſueris, quod prolixae tuae beneficaeque naturae certiſſimum eſt argumentum. Niſi haec tanta tua in me merita praedicarem apud omnes, et tanti ea mihi ſint, quanti quae maximi facienda ſunt hominibus, nae ego aut ingratiſſimus eſſem mortalium, aut ſtupidiſſimus, indignus certe beneuolentia, quam mihi nullo meo prouocatus officio praeſtitiſti. Sed

licet me tanto tuo ſtudio tibi non deuinxiſſes, mirificae tamen illae tui ingenii ſuauitates, elegantia vitae, morum integritas, praeſtantia eruditionis, recti de doctrinarum ſtudiis ſenſus, ſincerum et ſubtile iudicium, cui inanis eruditionis fucoſae venditatio non poſſit imponere, hinc quod tibi probatur omnibus eſt probatiſſimum, et quod tu damnas, omnium, qui de his litteris vere poſſunt exiſtimare, calculis damnatum habetur, qui nihil das gratiae, nihil odio aut cupiditati, me ad te colendum inflammaſſent. Qui enim illum non amat, cuius tam multa ingenii animique ornamenta omnes amant et in coelum ferunt, is non meretur a quoquam amari, cum quid ſit amabile non intelligat. Accipe igitur hoc mei in te amoris et obſeruantiae pignus Lectiones Heſiodeas recognitas, et non paucis acceſſionibus auctiores; tenue quidem et quod minime reſpondet animi in gratia referenda ſtudio, ſed quod hoc nomine non, credo, aſpernandum putabis, quod, cum maius, quod tibi, vt nunc eſt, offerrem non inuenirem, perquam effuſae voluntatis meae ſit monumentum. Voluntatem autem ſemper viri boni potius ſpectant, quam verborum honorem, aut munerum magnitudinem. Huc accedit quod nullam rationem inire queam, qua tua merita ſiue oratione, licet eſſem diſertiſſimus, ſiue rebus, licet eſſem ad hoc munus perſoluendum ab omnibus facultatibus inſtructiſſimus, poſſim aſſequi. Id tantum velim tibi ſit perſuaſiſſimum, nullam mihi curam antiquiorem eſſe, quam vt referam gratiam tibi, quamdiu ſuperſtes fuero, grata memoria et obſeruantia perpetua. Vale Vir Illuſtris, et me, quod facis, ama. Traiecti D. XV. Kl. Ianuar. CIↃIↃCCI.

CAN-

CANDIDO LECTORI

S. P. D.

IOANNES GEORGIVS GRAEVIVS.

In Hesiodi hac noua editione quid praestitum sit, et quibus subsidiis instructus ei adornandae me accinxerim, paucis accipe. Graeca verba non nisi ex antiquis codicibus et Interpretibus, iisque scriptoribus, qui huius poëtae sententias olim laudarunt, emendaui locis non paucis, quorum rationem in lectionibus meis reddidi. Ex Latina quoque versione magnam vim errorum sustuli. De multis in iisdem agi notis, de aeque multis non puraui verba esse perdenda, cum essent tam manifesti, vt in iis notandis paullo humaniores operam me lusisse iudicaturi fuissent. Et vereor iam ne fastidiosis et delicatis lectoribus nimius hic fuisse videar. Vsum duorum manuscriptorum librorum mihi praestitit Vir summi ingenii, plurimaeque et multifariae eruditionis, Isaacus Vossius, recentium eorum quidem et charzaceorum, sed qui tamen summopere mihi profuerunt. Ex bonis enim et antiquis libris eos fuisse descriptos apparet. In vtroque vero solum illud carmen reperiebatur quod rei rusticae et familiaris praecepta complectitur. Theogonia et Ἀσπὶς desiderabantur. Alteri subiectus erat Tzetzae commentarius et interstita fere versibus singulis explicatio verborum singulorum, tanquam quaedam metaphrasis, quam sub glossarum veterum Vossiani codicis nomine nonnumquam laudo. Librum vero hunc primum apello. Alter, qui secundus est, subnectitur aliquot Euripidis Tragoediis. Expositionem Procli, insignis illius Philosophi Platonici, manu exaratam mecum communicauit clarissimus et elegantissimus Vir, Marquardus Gudius, cui et hoc plurimisque nominibus aliis sum deuinctus. Ineditas quasdam annotationes Illustris Scaligeri, et perpetuas fere notas eruditissimi Francisci Guieti, ex duobus exemplaribus, quorum marginibus eas adscripserat, excerptas ad me curauit Emericus Bigotius, decus illud suae Galliae, qui natus est ornandis literis, illorumque conatibus, qui in arte aliqua egregia illustranda elaborant, promouendis. Has Guieti curas (quas nouissimas ei fuisse, et postremum librorum, quem

euoluit, antequam in fatalem morbum incideret, is, cui eas debemus, nobis confirmauit Bigotius) si maturius vidissem, correctior haec editio non vno in loco prodiisset. Sed cum mihi traderentur iam maxima pars Hesiodei operis, mearumque in id lucubrationum erat profligata et descripta typis: certe quae in Ἔργα scripseram et in Aspidem omnia. Hinc non licuit annotare, in quibus postea virum illum egregium mecum in easdem cogitationes et emendationes incidisse deprehendi, ne quis suspicetur eius me compilasse scrinia. Norunt multi apud nos viri docti, dudum meis obseruationibus vltimam fuisse impositam manum, vt nihil post haec iis accesserit, cum Guieti liber ad me perferretur, quamuis postea per horum temporum, quibus vexamur, diritatem interuenerint, quae paene confectam editionem diu retardarunt. Ista praefixeram editioni primae, quae apud Danielem Elzeuirium prodiit anno CIↃ IↃC LXVII, *quam etiam, vt eam tum correxeram, tam in Graecis, quam in Latina versione, secuti sunt Huguetani. In hac secunda editione, quam denuo recensui, et multis in locis emendaui, vsus sum manu exarato libro in* Ἔργοις, *qui sane mihi profuit nonnunquam, vt et editione Veneta Francisci Trincauelli, quae prodiit anno* M D XXXVII. *cuius marginibus nonnullas adnotationes Graecas adscripserat ex antiquis scholiis erudita manus, cui accepta referes nonnulla in Lectionibus meis non contemnenda. Vale.*

IOHAN.

IOHANNIS GEORGII GRAEVII

LECTIONES HESIODEAE.

CAPVT I.

Primi duo vexati versus in ἔργοις illustrati. ἐννέπετε ὑμνείσας. Δεῦτε δή. Antiqua Hesiodi lectio bis vindicata. Plato emendatus. Ἄεξειν. Augere. Κάρφειν. Δίκη. Iupiter Iustitiae Praeses. Callimachus illustratus. Hesiodus emendatus. Διάνδιχα θυμὸν ἔχειν. ἔρις ἀγαθὴ est φιλία. Moschopulus correctus. Ἀγορῆς ἐπαικτός. Ὦρη. Vetus Hesiodi lectio defensa. Elegans praesentium vsus apud Graecos. Interpretes Latini saepe notati.

In ἔργοις καὶ ἡμέραις.

v. 1. Μῶσαι Πιερίηθεν ἀοιδῇσι κλείσαι

Δεῦτε δὴ ἐννέπετε σφέτερον] Non veteres solum Interpretes, Proclus, Moschopulus, Tzetzes, sed et Hesychius κλείσαι exponunt ὑμνῆσαι, δοξάζεσαι. Scholia inedita libri Vossiani. ἀοιδῇσι κλείσαι, ᾠδαῖς καὶ τραγῳδαῖς δοξάζεσαι. et sequenti versu: δεῦτε, ἔλθετε. Eustathius quoque ad Ὀδυσσ. ε. Hesiodum Musas ex Pieria arcessere scribit. Κλείων pro κλειτὸς nemo Veterum dixit. Inde liquet hos versus sic recte exponi: *Musae ex Pieria carminibus gloriam conciliare solitae Adeste, quaeso, dicite patri vestro hymnum.* Cum Moschopulo ad κλείσαι intelligendum existimamus ᾗς ἂν ἐθέλητε. Nam vt ille ait: Ἐκ γὰρ Μουσάων κλέος ἔρχεται. *A Musis venit gloria.* ἐννέπετε ὑμνείσας, est ὑμνεῖτε. vt inferius v. 33. Ἀλλά τε πολλὰ Ἀρπάζων ἐφόρεις pro ἥρπαζες, et v. 43. κρύψαντες ἔχουσι βίον, pro ἔκρυψαν. Apud Hom. βῆ δ' ἰὼν pro ἔβη, ὤχετο φεύγων pro ἔφυγε, et sexcenta talia. Solere vero Poëtas Numina, quorum opem implorant ex locis, quae iis erant sacrata, vocare; Musas ex Parnasso, Pieria,

Pieria, Helicone, Pindo; Apollinem ex Delo, Lycia, Xantho, quis tam hospes est in illorum lectione qui ignoret? Et sic hunc locum intellectum olim fuisse locuples testis est Aristides hymno in Iouem: Εἶεν δὴ Μοῦσαι Διὸς παῖδες· ἃ γὰρ ἔγωγε ἐρῶ ποτε ἂν τις ὑμᾶς ἄμεινον καλέσειεν ἢ νῦν. εἴθ' ὑμεῖς γε ἐπ' Ὀλύμπῳ σὺν Ἀπόλλωνι Μουσηγέτῃ τὴν θείαν ᾠδὴν ἄδετε ὑμνοῦσαι τὸν ὑμέτερόν τε καὶ τῶν ὅλων πατέρα, εἴτε Πιερία φίλον ὑμῖν ἐνδιαίτημα, εἴτε ἐν Ἑλικῶνι τῷ Βοιωτίῳ χορεύετε. *Agite ergo Musae, Iouis filiae, (nec enim vos vmquam alias quam nunc inuocare praestiterit) siue in Olympo cum duce Apolline diuinum canitis canticum, vestrum simul et vniuersorum patrem celebrantes, siue Pierium vos delectat domicilium, siue in Boeotid Helicone choreas ducitis.* In versu secundo δὴ legitur in vtroque MS. Vossiano, vt et meo, nec non in editionibus priscis, Veneta Victoris Trincauelli, Florentina Iuntae, aliisque, et id omnes agnoscunt Interpretes veteres, vt mirer H. Stephanum solius Eustathii auctoritate compulsum reposuisse δι', quod deinceps pleraque editiones occupauit. Habet ista particula obsecrandi vim in hisce formulis, δεῦρο δὴ, Φέρε δὴ, ἴθι δὴ, age, sis, quaeso. Hom. ἄξον δὴ ἔγχος Διομήδεος. Socrates in Phaedro apud Platonem: ἄγετε δὴ ὦ Μοῦσαι, quo expressit hoc nostri Poëtae: δεῦτε δὴ ὦ Μοῦσαι. Sed totus locus Platonis addendus est, vt ex illo menda eluatur. Socrates ibi ait: ἄγετε δή, ὦ Μοῦσαι, εἴ τε δι' ᾠδῆς εἶδος λίγειαν, εἴτε διὰ γένος μουσικὸν τὸ λιγύων ταύτην ἔχετ' ἐπωνυμίαν, ξυλλάβετε τῷ μύθῳ, ὃν με ἀναγκάζει ὁ βέλτιων ἅπασι λέγειν. Quid hic τὸ λιγύων scribendum puto τὸ λιγυρὸν, et vertendum: *Agite igitur, o Musae, dulces siue propter cantus genus, siue propter Musicae genus suaue, hoc nomen consecutae estis, mihi adsitis in hoc sermone quem me hic amicus optimus iubet habere.*

v. 3. Ὅν τε διὰ βροτοί] Hos duos versus aliter distinximus, et exposuimus quam vulgo fit, vti apparet ex nostra editione. Vide inferius rationes in notis ad v. 430. Θεογονίας. Ὅν τε διὰ est, vt apud Demosthenem διὰ τὰς θεὰς, *Deorum beneficio et munere.* Sic et Iohann. VI, 51. καθὼς ἀπέστειλέ με ὁ Πατὴρ, κἀγὼ ζῶ διὰ τὸν πατέρα. *Sic ego viuo, beneficio patris.*

v. 5. Ῥέα μὲν γὰρ βριάει, ῥέα δὲ βριάοντα χαλέπτει] Vterque Codex MS. vtroque loco legit ῥεῖα. quam veram lectionem esse Tzetzes ostendit: Τὸ ῥεῖα συνίζησίς ἐστι τῆς ῥέα μακρᾶς συλλαβῆς, καὶ τῆς ἄλφα εἰς μίαν μακράν. Nec aliter apud Homerum in omnibus legitur codicibus Iliad. ρ.

Ῥεῖα μὲν γὰρ φεύγεσκεν ὑπ' ἐκ Τρώων ὀρυμαγδοῦ.

Quae

Quae loca male Guilielmus Canterus, decus noſtrae Traiecti, ſollicitauit. Heſiodus:

Εἴαρι πολεῖν, θέρεος δὲ νεωμένη ἀσ' ἀπατήσει.

Vbi rurſus male mutat in ἔαρι. Hom. Il. π.

Αἶψα ζωὸν πέμψῃς Σαρπηδόνα ὄνδε δομόν δε.

Idem Iliad. υ.

Ἴσον τείνειεν πολέμῳ τέλος, οὔ με μάλα ῥεῖα.

v. 6. Ἄδηλον ἀέξει] *Obſcurum auget.* hoc eſt, euehit, ornat, Callim. hymno in Iouem v. 95: Οὐκ ἀρετῆς ἄτερ ὄλβος ἐπίσταται ἄνδρας ἀέξειν. *Sine virtute diuitiae non poſſunt homines ornare.* Homero eſt τιμῇ ὀφέλλειν. In qua notione quum et Latinis augere ponatur, retinui hoc verbum in verſione. Sueton. Claud. *In ſemet augendo parcus atque ciuilis nomine Imperatoris abſtinuit, nimios honores recuſauit.* C. Nepos Phocione: *Namque auctus ornatuſque a Demoſthene eum quem tenebat gradum adſcenderat.*

v. 7. Ἀγήνορα κάρφει] Verſiones vulgatae: *ſuperbum contrabit.* Alii: *deſiccat.* Inepte. Recte Proclus oſtenderat. κάρφειν hic eſſe εὐτελῆ ποιεῖν καὶ ταπεινόν. Vertimus cum Horatio, *attenuat*, qui hunc locum expreſſit, vt pridem Muretus obſeruauit:

Valet ima ſummis
Mutare, et inſignem attenuat Deus. inferius v. 575:

Ὥρῃ ἐν ἀμητοῦ ὅτε τ' ἠέλιος χρόα κάρφῃ.

Tempore meſſis quando ſol corpus attenuat, hoc eſt, corporis vires exhaurit, atterit.

v. 9. Δίκῃ δ' ἰθύνε θέμιςας] *Iuſte rege iudicia.* Sic bene priſci omnes Interpretes hunc locum declarant, qui haec retulerunt ad Iouem. Δίκῃ eſt ἐν δίκῃ, ſiue σὺν δίκῃ, vt Moſchopulus. δίκῃ ἰθύνειν θέμιςας eſt praeeſſe iudiciis, et ea ſic gubernare vt leges exerceantur, et iuſtae ferantur ſententiae. ἰθύνειν eſt regere, gubernare. Heſych. ἰθύνει, ἀποροθοῖ, ἐξισοῖ, διοικοῖ, εὐθύνει, κυβερνᾷ. Iupiter enim Iuſtitiae Praeſes et vindex habebatur. Plutarchus: πρὸς ἡγεμόνα ἀπαίδευτον· Ὁ μὲν Ζεὺς οὐκ ἔχει τὴν Δίκην πάρεδρον, ἀλλ' αὐτὸς Δίκη καὶ Θέμις ἐστὶ, καὶ νόμων ὁ πρεσβύτατος καὶ τελειότατος. *Ioui Iuſtitia non adſidet; ſed ipſe eſt Iuſtitia et Themis, et lex antiquiſſima et perfectiſſima.* Callimachus hymno in Iouem: v. 81.

Δῶκας δὲ πτολίεθρα φυλασσέμεν. ἵζεο δ' αὐτὸς
Ἀκρῃς ἐν πτολίεσσιν ἐπόψιος οἵτε δίκῃσι
Λαὸν ὑπὸ σκολιῆς, οἵ τ' ἔμπαλιν ἰθύνεσιν.

Conſtituiſti qui vrbes cuſtodiant: tuque ipſe praeſides in arcibus, Inſpector tam eorum qui legibus populum ſub iniquis, quam eorum

rum qui aliter gubernant. Sic hic locus vertendus. Ioui enim arces sacrae sunt, teste Aristide hymno in Iouem, qui et ibi docet Iouem esse praesidem Iustitiae. Vide et Euripidis Troad. In Theogonia eodem sensu dixit διακρίνειν θέμιςας δίκαις vers. 85, de rege:

Πάντες ἐς αὐτὸν ὁρῶσι διακρίνοντα θέμιςας
Ἰθείῃσι δίκῃσιν.

Omnes ipsum respiciunt reddentem ius rectis iudiciis V. 886. Ingeniose quidem vir summus pro Πέρσῃ legit Πέρσῃ. Sed quomodo ἰδὼν ἀίων τε commode possit tribui Persae non video: quin tota oratio videtur huic emendationi et sententiae τῷ πάνυ aduersari. Haec enim Poëtae mens est, audi intuens et auscultans, vti ius valeat regente te, vtique ego Persae vera praecipiam. Aliquid petit in publicum, aliquid sibi. Sic olim sentiebam de hoc loco, sed accuratius cum nunc illum expenderem, vidi eundum esse in sententiam magni viri Danielis Heinsii, qui contra veteres Interpretes vidit non haec referenda esse ad Iouem, perperamque vulgo hos versus legi et distingui. Sententiam autem esse, Vide et attende, Persa, et sine ambitione iudica: ego vero, o Persa, tibi vera praecipiam. Itaque sic cum Heinsio interpungo. κλῦθι ἰδὼν ἀίων τε· δίκη δ' ἴθυνε θέμιςας Τύνη, ἐγὼ δέ κε Πέρσῃ ἐτήτυμα μυθησαίμην. In meo sane MS. legitur Πέρσῃ, non Πέρσῃ. Ceterum non Pausanias tantum, quod Scaliger obseruauit, sed etiam Aristarchus hos priores decem versus obelis suis iugulavit, et Praxiphanes discipulus Theophrasti, notante Tzetze, in peruetusto libro illos se non reperisse testatus est. Praxiphanes autem iste videtur esse ille, qui a Diogene Laërtio in vita Platonis, narratur Platonis et Isocratis sermonem de Poëtis prodidisse memoriae. Huius Praxiphanis etiam alibi meminit Diogenes. Cuius aetatis fuerit non obseruarunt docti Interpretes, quod ex hoc Tzetzis annotatione discimus.

v. 11. Τὴν μέν κεν ἐπαινέσσειε νοήσας] Vterque MS. Vossianus et editio Basileensis Isingrini: ἐπαινήσειε. Quod quis non probet prae duro illo diplasiasmo?

v. 13. Διὰ δ' ἄνδιχα θυμὸν ἔχοντες] Mirum quid Interpretibus Latinis in mentem venerit, qui haec ita vertunt: *in diuersa autem animum distrahunt.* quo nihil a Poëtae sensu et Graecis verbis potest fingi alienius. διάνδιχα θυμὸν ἔχειν Homero est δίχα θυμὸν ἔχειν, dissentire, discrepare. Il. υ, v. 31:

Βὰν δ' ἴμεναι πόλεμόνδε θεοὶ δίχα θυμὸν ἔχοντες.
Ibant in praelium Dii discrepantem animum habentes.

hoc est, a se inuicem dissentientes, aliis stantibus pro Troia, aliis

aliis in Troiam. Vbi vulgo verſiones inepte: *diuiſum animum habentes*, pro quo alii dicunt ἄνδιχα θυμὸν ἔχειν. Quid vero miri Poëtam ἔρισιν tribuere animum, quum inter Deas referantur et hic et in Theogonia?

v. 15. Ἀλλ' ὑπ' ἀνάγκης
Ἀθανάτων βελῇσιν ἔριν τιμῶσι βαρεῖαν] Haec cum Tzetze non ſic accipienda ſunt, quaſi Deus ſit malorum auctor. Sed haec eſt Heſiodi mens, omnia quae geruntur Dei numine geri: illum hominibus aut propter vitia, quibus ſunt obnoxii, aliaſque cauſas nobis ſaepe parum exploratas, corrumpere conſilia. ſanam eripere mentem, et contendendi ac ligitandi libidinem immittere. Penelope apud Homer. Ὀδυσσ. ψ.

Μαῖα φίλη, μαργήν σε θεοὶ θέσαν, οἵ τε δύνανται
Ἄφρονα ποιῆσαι, καὶ ἐπίφρονά περ μάλ' ἐόντα,
Καί τε χαλιφρονέοντα σαοφροσύνης ἐπέβησαν.

Nutrix dilecta, inſanam te Dii fecerunt, qui poſſunt inſipientem reddere, qui vel prudentiſſimus fuerit, et delirum prudentiae compotem reddiderunt. Nam vt bene alius Poëta:

Ὅταν γὰρ ὀργὴ δαιμόνων βλάπτει τινὰ,
Τὰ τῶ πρῶτον ἐξαφαιρεῖται φρενῶν,
Τὸν νοῦν τὸν ἐσθλὸν εἰς δὲ τὴν χείρω τρέπει
Γνώμην, ἵν' εἰδῇ μηδὲν ὢν ἁμαρτάνει.

Quando ira deorum aliquem laedit, huic primo eripit prudentiam, et ſanam mentem, et in deterius mutat conſilia, vt non videat quae peccat. P. Syrus Mimus: *Fortuna quem vult perdere ſtultum facit.*

v. 17. Νὺξ ἐρεβεννὴ] Nox habetur mater omnium rerum triſtium et malarum, ſicut in ſacris litteris tenebrae. *Opera tenebrarum* apud Apoſtolum, *proiici in exteriores tenebras*, apud Matthaeum. Sic contra Deus dicitur apud Prophetam *indutus luce*, *habitare in luce inacceſſa*, et felicitas ſempiterna ſaepe *lux* appellatur.

v. 19. Γαίης ἐν ῥίζῃσιν] Haec verba non referenda eſſe ad Iouem, cum antiquis Heſiodi Interpretibus, praeclare monuit Daniel Heinſius ὁ πάνυ, cui Heſiodus et omne litterarum genus plurimum debet. Nihil certius haec ad Ἔριν pertinere bonam, quam Philoſophi Φιλίαν dicunt, quae dicitur in terra habitare inter homines. Inde Empedocles Agrigentinus Phyſicus antiquiſſimus, qui principia omnium rerum praeter quatuor elementa conſtituit Νεῖκος et Φιλίαν.

Τέσσαρα γὰρ πάντων ῥιζώματα πρῶτον ἄκουε
Ζεὺς ἀργὴς, Ἥρη τε φερέσβιος, ἠδ' Ἀϊδωνεύς,
Νῆστις θ' ἣ θαλέθοις τέγγει κρήνωμα βρότειον.
Νεῖκος τ' ἀλόμενον δίχα τῶν ἀτάλαντον ἁπάντη.
Καὶ φιλίη μετὰ τοῖσιν, ἴσον μῆκός τε πλάτος τε.

Quatuor

Quatuor omnium rerum principia primus audi, Iupiter candidus, Iuno alma, et Pluto, Ac Neſtis quae lacrymis rigat humanas ſcatebras, Et contentio pernicioſa quae abſque iis pur eſt vbique, Et amicitia cum his quae aeque longa ac lata eſt. De quibus Sextus Empiricus aduerſus Mathematicos: Ἐξ παραδίδωσι τὰς τῶν ὄντων ἀρχάς· τέσσαρας μὲν τὰς ὑλικὰς, γῆν, ὕδωρ, ἀέρα, πῦρ. δύο δὲ τὰς δραστηρίας Φιλίαν καὶ νεῖκος. *Sex tradit rerum principia. Quatuor quidem materialia, terram, aquam, aërem, ignem. Duo autem operantia, amicitiam et diſcordiam.* Vide et Diogen. Laërt. in vita Empedoclis. Latini Interpretes Heſiodi πολλὸν ἀμείνω cum ἀνδράσι coniungunt, quaſi Heſiodus dixerit contentionem bonam longe meliorem eſſe hominibus: quos redarguit copula et συνέπεια, quae ita conſtituenda: Θῆκε δέ μιν πολλὸν ἀμείνω, ſcilicet ἔριν Κρονίδης ἐν γαίης ῥίζῃσιν καὶ ἀνδράσι. Poſuit illam longe meliorem in terrae radicibus, hoc eſt, in terra et inter homines. Ἐν ἀπὸ κοινῆ repetendum.

v. 20. Εἰς ἕτερον γάρ τίς τε ἰδὼν ἔργοιο χατίζων Πλήσιον, ὃς σπεύδει ἀρόμενα καὶ ἡδὲ φυτεύειν] Hic rurſus Interpretes male geſſerunt ſuas partes, qui ſecundum verſum ſic tranſtulerunt, vt ſi ὃς hic eſſet relatiuum, quum tamen hic ponatur pro ἕτος, quod diſcere poterant ex Moſchopulo et Proclo. Gloſſae MS. Voſſianae: ὅς, ἕτος, πτωχός. Iners, inquit, videns alium labore diuitias inueniſſe, et ipſe eadem ratione opes quaerere ſtudet. Eodem ſenſu inferius:

Εἰ δέ κεν ἐργάζῃ, τάχα σε ζηλώσει ἀεργὸς
Πλουτεῦντα.
Quod ſi laborares mox te aemulabitur otioſus diteſcentem.

Tzetzes videtur legiſſe ὡς. Porro in MS. legitur ἀρόμεναι. quam lectionem tuetur Tzetzes, qui propter liquidem μ τὸ ρο produci contendit. Proclus vero hoc a Graecorum Poëtarum conſuetudine alienum eſſe in talibus infinitiuis affirmat, ideoque τὸ μ geminandum.

v. 23. Εἰς ἄφενον σπεύδοντα] MS. I. Voſſ. εἰς ἄφενος σπεύδοντα. Sic etiam Moſchopulus: Ἄφενος ὁ ἀπὸ τῶν ὡρῶν τοῦ ἐνιαυτοῦ ἀθροιζόμενος πλοῦτος. τὸ αὐτὸ καὶ βίος, ἀφ' οὗ βιοῦ τις δηλονότι. λέγεται δὲ ὁ ἄφενος ἀρσενικῶς, καὶ τὸ ἄφενος ἀδετέρως. Sic legendus hic locus. Vulgo male et ſine ſenſu ἀπὸ τῶν ὅρων τοῦ ἐνιαυτοῦ. Eadem ratione peccarunt in ὡραῖος apud eumdem Moſchopulum v. 32. vbi vide Proclum.

v. 29. Ἀγορῆς ἐπακτὸν ἐόντα] Graeci Scholiaſtae omnes recte ἀγορῆς explicant ῥημάτων καὶ φημῶν ἥκιν φιλονεικιῶν κινουμένων ἐν ἀγορᾷ. Latinos vero quis ferat, qui *fori auſcultatorem*

tatorem tranſtulerunt? Quis Latine ſciens intelligat quid ſibi velit *fori auſcultator*? Verte: *concionum auditor*. Ἀγορῆς ἐπακτοὶ ſunt homines ſubroſtranei, ἀγοραῖοι, Ariſtophani ἀγορᾶς περιτρίμματα, circumforanei, concionales, *qui*, vt Liuius ait, *concionibus haerent adfixi et in foro viuunt*: ſiue vt Cic. 1. de Orat. c. vlt. *qui in ſubſelliis habitant*, quamuis ibi loquatur de cauſidicis. Latinis proprie tales homines canalicolae: Gell. IV, 20: *Qui iurabat cauillator quidam et canalicola; et nimis ridicularius fuit.* Vid. Feſtum: Dicuntur et homines ordinarii. Feſtus: *Ordinarium hominem Oppius ait dici ſalitum ſcurram, et improbum, qui aſſidue in litibus moraretur, ob eamque cauſam in ordine ſtaret adeuntium praetorem. At Aelius Stilo qui minime ordine viueret.* Ἀγορῆς ἐπακτὸν εἶναι Plauto eſt *foro operam dare*. Terent. *lites ſequi*. Poſſes tamen etiam exponere ἀγορῆς ἐπακτὸς, *fori auditor*, vt apud auctorem dialogi de cauſis corruptae eloquentiae, quem ego quidem Quintiliani eſſe nullus dubito. Rationes alias dabo. Is cap. 34. adoleſcentes, qui in ſubſelliis quotidie nobiles cauſarum patronos audiebant orantes, vocat *fori auditores*: *Atque hercule, ſub eiuſmodi praeceptionibus iuuenis ille de quo loquimur, oratorum diſcipulus, fori auditor, ſectator iudiciorum, eruditus et aſſuefactus alienis experimentis, etc.* Sed hic in bonam partem accipitur.

v. 30. Ὥρη γὰρ τ' ὀλίγη πέλεται] Non eſt vt recedamus a lectione librorum et Interpretum veterum expoſitione, qui aiunt ὥρην ψιλᾶσθαι, et interpretantur φροντίδα, ſicut et MS. I. Voſſianus cum Gloſſis: ὥρη νεικέων τ' ἀγορέων τε, ἡ φροντὶς δικαςηρίων, δημηγοριῶν. Verba vero haec ὥρη ὀλίγη πέλεται νεικέων τ' ἀγορέων τε ſunt ὀλιγωρεῖ νείκη καὶ ἀγοράς. vel ὀλιγωρεῖν χρὴ νείκη τ' ἀγοράς τε, non curare debet ſorenſes curas. Inferius v. 208. Τῇ δ' εἰς, ἥ σ' ἂν ἐγὼ περ ἄγω. *Hac is, qua te duco.* hoc eſt, ire debes. Hom. Iliad. χ, v. 62. Αὖθι μένω μετὰ τοῖσι δεδεγμένος εἰσόκεν ἔλθῃς; Ἦ θέω μετά σ' αὖτις; *Illic maneo cum his expectans donec venias; An te ſequor rurſus?* Μένω, θέω, eſt μένειν, θέειν δεῖ. Luc. VIII, 19. Σὺ εἶ ἐρχόμενος, ἢ ἄλλον προσδοκῶμεν. *Tu ne es qui venturus eſt, an alium expectamus?* vide et Matth. XXVI, 8. Πέλεται pro πέλεσθαι δεῖ. Sic ſaepe praeſens accipitur. Eurip. Hec. 163.

Ποίαν ἢ ταύταν, ἢ κείναν ϛείχω;
Quamnam, hanc ne an illam eo? pro ϛείχειν δεῖ.

Quomodo non infrequenter occurrit apud Scriptores ſacros. Matth. III: Πᾶν ἓν δένδρον μὴ ποιοῦν καρπὸν καλὸν ἐκκόπτεται καὶ εἰς πῦρ βάλλεται. *Omnis arbor non ferens fructum*

fructum bonum exſcindicitur et in ignem coniicitur. Hoc eſt, exſcindi et in ignem conici debet.

CAPVT II.

Heſiodi obſcurus locus expoſitus contra Graecos et Latinos Interpretes. Ὡραῖος βίος· ὡραῖοι καρποί. ὡραῖον ὕδωρ. ὥρα ἔτος. Lectio antiqua Poetae bis aſſerta. Ἐργάζεσθαι· ἔργον. Dimidium plus toto. πηδάλιον. SCtum in Pandecte illuſtratum, repudiata Commentatorum ſententia. Gubernacula in nauibus Veterum duo. Heſiodus emaculatus. Γυιοκόροι μελεδῶνες. Interpretum varii lapſus.

v. 31. Ὅτινι μὴ βίος ἔνδον ἐπηετανὸς κατάκειται

Ὡραῖος] Βίος ὡραῖος Latini interpretantur, *victus tempeſtiuus*. Graeci vero magiſtri, *ex ſingulis anni partibus collectus*. Quod quidem ferri poſſet. Nam ὡραῖοι καρποὶ ſunt omnes fructus e terra prouenientes qui in menſis ſecundis apponuntur pro anni et temporis ratione, vt verni flores, aeſtiua mala, pira, pepones, autumnales vuae, et quae hyeme poſſunt haberi. Antigonus Caryſtius in vita Menedemi. Τράγημα μὲν θέρμος, ἢ κύαμος συνεχῶς· ποτὲ δὲ καὶ τῶν ὡραίων εἰσεφέρετό τι, τῷ μὲν θέρει ἄπιος ἢ ῥοία. τοῦ δ' ἔαρος ὤχροι, κατὰ δὲ τὴν χειμερινὴν ὥραν ἰσχάδες. *Pro bellariis dabatur lupinum et ſaepius faba: Nonnumquam ex fructibus, quos illa pars anni ediderat, quidpiam apponebatur, aeſtate malum Punicum, vere eruilia, hyeme caricae.* Male Interpres Dipnoſophiſtae reddit: *ex fructibus horariis.* vid. Galen. de aliment. facult. II, 2. qui docet proprie Graecis ὡραῖς καρπὸς dici de talibus τραγήμασι, non de frumento, de quo hic tamen agi omnes vident. Sic et apud Aelian. Var. Hiſt. I, 31. ὡραῖα τραγήματα. Perſuaſiſſimum itaque habeo ὡραῖον βίον eſſe fructus aeſtiuos, qui ἐν ὥρᾳ, ἤγουν ἐν ὥρᾳ ἔτους, aeſtate, diebus canicularibus tempore meſſis colliguntur. ὥρα enim et ὥρα ἔτους κατ' ἐξοχὴν ſignificat aeſtatem, et quidem adultam, dies caniculares, vt Galenus in variis locis tradit. Hinc ὡραῖος eſt aeſtiuus. ὡραῖον ὕδωρ apud Hippocratem Galenus oſtendit eſſe pluuiam aquam, quae media aeſtate cadit, κατὰ τὸν καιρὸν ἐκεῖνον ὃν ὀνομάζουσιν ὥραν ἔτους. *tempore illo quod vocant ὥραν ἔτους*, hoc eſt, dies caniculares. Plinius ſane ὡραῖον μέλι vertit mel aeſtiuum, vt pulcre notauit

vir

vir Magnus ad Athenaeum III. Animaduerſ. cap. 6. Nec aliter capiendum inferius v. 305:

Ὡς κέ τοι ὡραίῃ βιότῳ πλήθωσι καλιαί.
Vt victu aeſtate collecto impleantur horrea.

In ſequente verſu neſcio cur contra manu exaratorum librorum et priſcarum editionum fidem recentiores ſcribant Τῷ κε κορεσσάμενος. ſed video hoc ab H. Stephano profectum qui κε putat ſeiungendum et pro ἄν poni. Sed rectius MSS. et omnes ſcholiorum Auctores ſcribunt κεκορεσσάμενος· cuius libertatis poëticae exempla quis deſideret niſi puer? Nemo enim ignorat apud Homerum κεκύθωσι pro κύθωσι, λελάβωσι pro λάβωσι. Leuia haec ſunt, fateor, nec monerem, niſi Stephani auctoritas multos in errorem induxiſſet.

v. 39. Δίκην δικάσσαι] MS. vterque et editio Vlpii apud Iſingrinum, δικᾶσαι. Stephan. δικάσαι. Sed rectius vulgatae, metro poſcente. Phocylides etiam in editione Stephani:

Ἤν σὺ κακῶς δικάσῃς, σὲ θεὸς μετέπειτα δικάσσει

Scaliger in libro ſuo notauit, ἐθέλεσι hic poſitum eſſe pro ἤθελον. vere.

v. 40. Ὅσῳ πλέον ἥμισυ παντὸς] Quam variae ſint huius loci expoſitiones nemo ignorat. Mihi maxime probatur Platonis et Ariſtotelis, vterque, ille III. Lib. de legib. hic IV. Polit. praeſtare cenſet dimidium, ſi illo moderate vtaris, toto, hoc eſt, magnis diuitiis, ſi luxu diffluas, aut turpiter prodigas. Eiuſdem fere ſententiae eſt illud Catonis in diſtichis: *Quod nimium eſt fugito, paruo gaudere memento.* Sed tamen hic proprie docet fratrem Poeta, omiſſis litibus, praeſtare quietam poſſeſſionem dimidii, quam totius litibus quaerendam, praeſertim ſi parce vinas. Nam vt vere Lucretius Lib. V. *Quod ſi quis vera vitam ratione gubernet, Diuitiae grandes homini ſunt viuere parce.* Sequens verſus id docet, in quo parcimoniam, quae tam magnum eſt vectigal, tantopere laudat. Propter eamdem cauſam Pythagoras quoque deterrebat ab vſu carnium homines, ὡς εὐπορίῃσε αὐτοῖς εἶναι τὰς τροφὰς, ἄπυρα προσφερομένοις, καὶ λιτὸν ὕδωρ πίνουσιν. ἐντεῦθεν γὰρ καὶ σώματος ὑγίειαν, καὶ ψυχῆς ὀξύτητα περιγίνεσθαι, *vt homines victui tenui aſſuefierent, vt cum cibis minime coctis vterentur, et aquam ſolam biberent, facilem haberent viuendi rationem. Hinc etiam tam corporis ſanitatem, quam acumen animi illis acceſſurum*, teſte Diog. Laertio in Pythag.

v. 43. Ῥηϊδίως γάρ κεν ἐπ' ἤματι ἐργάσαιο] Verte: *Facile enim vno die tantum quaeſiuiſſes.* Vulgo: *tantum operatus eſſes.* Sed ἐργάζεσθαι hic eſt labore parare, acquirere. Subintelligendum autem ex praecedente verſu βίον. Quod

loquendi genus poſtea imitatus eſt Andocides: ἐργάσασθαι τὸν βίον ἐκ τῶν δικαίων καὶ ταῖν χεροῖν. *victum quaerere iuſte ſuis manibus.* Ἐργάζεσθαι βίον eſt victum parare, quaerere vnde vtamur, *vitam quaerere*, vt Ennius loquitur. *Nautiſque mari quaerentibus vitam.* Vita Latinis, aeque vt Graecis βίος, eſt victus, alimenta, quae ad vitam tuendam pertinent. Et ſic hoc loco capiendum, non pro incertis vitae caſibus, ex ſequentibus liquido apparet. Ἐργάζεσθαι eamdem vim quoque apud Platonem tenet: Καὶ τὰ ἐπιτήδεια ταύτην ἐργασομένην καὶ τὴν οἰκίαν θρέψασαν. *Et alimenta ipſam quaeſituram, et familiam ſuſtentaturam.* Herod. I, 34. ἐργασάμενοι δὲ χρήματα μεγάλα, θελήσας ὀπίσω ἐς Κόρινθον ἀπικέσθαι. *Cum magnam pecuniam acquiſiuiſſet, voluiſſe redire Corinthum.* Ioh. VI, 27. ἐργάζεσθε μὴ τὴν βρῶσιν τὴν ἀπολλυμένην, hoc eſt, *nolite conquirere victum qui perit.* Obſcure vulgatus. *Operamini non cibus, qui perit.* Nec melius Beza, *Operamini non cibo qui perit.* Hinc et ἐργάζεσθαι ſimpliciter eſt quaeſtum facere, acquirere, vt apud Demoſthenem in orat. contra Apaturium: ναυτικῶς ἐργάζεσθαι eſt quaeſtum facere pecunia in foenore nautico collocata. Sic optime illum locum emendauit maximus virorum Salmaſius, cui nihil viget par et ſecundum. Inde ἔργον eſt lucrum, quaeſtus. Sophocles:

Ἀλλ' ἐδὲν ἔργον ταῦτα θρηνεῖσθαι μάτην.

Sed nullum lucrum eſt iſta deplorare. Vbi Scholiaſtes: ἐδὲν ἔργον, ἐδὲν ὄφελος. Quia vero nullus quaeſtus eſt vberior, quam qui ex vſuris et foenore capitur, ἔργον, et ἐργασία κατ' ἐξοχὴν dicitur de foenore: ἐργάζεσθαι χρήματα et exercere pecuniam, foenori locare, vt recte a viris doctis oſtenſum eſt iam pridem. Matth. XXVI, 16. εἰργάζετο ἐν αὐτοῖς, ſcilicet, πέντε ταλάντοις. *quaeſtum fecit illis* ſcilicet quinque talentis. Eſt Hebraicum loquendi genus ἐργάζεσθαι ἔν τινι, pro quo Graeci ἐργάζεσθαι τινι. Vide Bezam.

v. 45. Αἶψά κε πηδάλιον] Miror omnes verſiones Latinas quas mihi videre licuit, πηδάλιον hic interpretari temonem, ſtiuam, quum mihi ſit exploratiſſimum intelligi clauum nauis, ſeu gubernaculum. Gloſſae MS. Voſſii: πηδάλιον αὐχένιον. ſed, etſi aliae deeſſent rationes, non ſinit nos dubitare de hac interpretatione v. 627:

Πηδάλιον δ' εὐεργὲς ὑπὲρ καπνῷ κρεμάσασθαι
Clauum artificioſe factum ſuper fumum ſuſpendito.

Ibi praecepta expedit quid hyeme, confecta nauigatione, ſit faciendum: ſolebant autem tum clauos in fumo ſuſpendere, quo credebantur indurari ac a putredine ſeruari, aeque vt nunc caro ſalita fumo induratur. Virg. I. Georg.

Et ſuſpenſa focis explores robora fumus. Ariſto-

Ariſtophanes in Ὄρνισι:

Πρῶτα μὲν ὥρας φαίνομεν ἡμεῖς ἦρος, χειμῶνος, ὀπώρας.
Σπείρειν μέν, ὅταν γέρανος κρώζῃσ' ἐς τὴν Λιβύην μεταχωρεῖ,
Καὶ πηδάλιον τότε ναυκλήρῳ φράζει κρεμάσαντι καθεύδειν.
Primum quidem tempora oſtendimus nos veris, hyemis, autumni,
Seminare quidem quando grus crocitans in Libyam decedit,
Et tunc iubet nautam ſuſpendentem clauum dormire.

hoc eſt, quum tempus eſt naues ſubducendi, clauum ſuſpendendi, et nautae poſſunt ſecure in vtramque aurem dormire. Male et ibi Interpretes πηδάλιον temonem vertunt. Ariſtophanem haec loca Heſiodi, de quibus agimus cum maxime, reſpicere facile intelligunt omnes, et clare Scholiaſtes oſtendit: Καὶ τοῦτο παρὰ τὸ Ἡσιόδειον, αὐτίκα πηδάλιον μὲν ὑπὲρ καπνοῦ καταθεῖο. καὶ πηδάλιον δ' εὐεργὲς ὑπὲρ καπνοῦ κρεμάσασθαι. Duas vitam tuendi rationes Veteres praecipue coluiſſe in hoc opere docet Heſiodus, nauigationem nimirum et agriculturam. Aut mare exercebant negotiando, aut terram conſerendo et colendo. Vtroque hoc victum parandi modo aerumnoſo et laborioſo eſſemus leuati, inquit Poeta, neque in mari iactari cum tanto periculo, neque opere ruſtico nos defatigari neceſſe eſſet, ſi Deus non occultaſſet facilem illam victum et amictum curandi viam. Suſpenderes clauum fumo, quod ſolebant hyeme facere, quum clauſa eſſent maria, et naues ſubductae, et nauigandi ſtudium deponeres, numquam mare tentares et infidis procellis tuum caput quaeſtus cauſa committeres. Nec aliter Proclus. Vidit quoque D. Heinſius ſenſum huius loci in Introductione, ſed nec ipſe in tot ſuis editionibus foedum hoc mendum expunxit, nec ab aliis editoribus fuit auditus. Ab hoc more prouerbium natum ὑπὲρ καπνοῦ πηδάλιον, de iis qui artem deſinunt, nec amplius exercent, ſed otio ſe dedunt. Euſtath. ad Iliad. I. p. 650. edit. Baſil. δῆλον δ' ἐκ τοῦ καπνοῦ καὶ παροιμία τὸ ὑπὲρ καπνοῦ τὸ πηδάλιον ἐπὶ τῶν ἀργόντων, καὶ καταμελόντων τὰς τέχνας, ἐποῖόν τι καὶ τὸ ἐπὶ πασσάλῳ τόξον ἢ κιθάραν ἀγκρεμάσαι. *Vnde liquet paroemia ducta a fumo, ſuper fumum gubernaculum, de otioſis, et artes deſinentibus, quale eſt in clauo ſuſpendere arcum aut citharam.* Haec de πηδαλίῳ diſputatio in mentem mihi reuocat SCtum Claudianis temporibus factum, cuius fragmentum nobis ſeruatur lib. XLVII Π. Tit. IX, l. 3. §. 8: *Vt ſi quis ex naufragio clauum vel vnum ex his abſtulerit, omnium rerum nomine teneatur.* Hic Interpretibus aqua haeret dubitantibus quid per clauos Imperator intelligat, quum non niſi vnum in naui clauum eſſe exiſtiment. Sunt viri eruditiſſimi

qui docent clauum modo pro ἄκρῳ τῷ πηδαλίῳ, modo pro toto poni gubernaculo, et clauos hic esse gubernacula, clavo annexa. Quod sane ego quid sit non capio. Gubernaculum enim habet vnum clauum, numquam duos. Gubernaculi partes sunt οἴαξ, φθεὶρ, πτερύγιον, αὐχήν. Οἴαξ est clauus, quo, vt Isidorus inquit, regitur gubernaculum. Naues vero Veterum paullo maiores duo habebant gubernacula, duos clauos. Hinc Graecis dicuntur ἀμφίπρυμνοι tales naues. Petron. *Nunc per puppim per ipsa gubernacula dilabendum est, a quorum regione funis descendit, qui scaphae custodiam tenet.* Idem: *Pergit interim tempestas mandata fatorum exequi, omnesque reliquias nauis expugnat. Non arbor erat relicta, non gubernacula, non funis, aut remus.* Apud Heliodorum V. Aethiopic. Theagenes et Chariclea ad Ithacae promontorium appellunt, τῶν πηδαλίων θάτερον ἀποβαλόντες, *altero clauo amisso.* Lucas Act. XXVII. in Pauli naue dixit in numero multitudinis τὰς ζευκτηρίας τῶν πηδαλίων, *vincula clauorum.* Sed omnium clarissime genuinus Hippolytus de Anti-Christo, quem ante non multos annos edidit Marquardus Gudius, vir doctissimus et mihi coniunctissimus, cui breui plurimum res litteraria debebit, in elegantissima comparatione Ecclesiae cum naui: Θάλασσά ἐστιν ὁ κόσμος, ἐν ᾧ ἡ ἐκκλησία, ὡς νεῦς ἐν πελάγει χειμαζεται μὲν ἀλλ' ἐκ ἀπόλυται. ἔχει γὰρ μεθ' ἑαυτῆς τὸν ἔμπειρον κυβερνήτην Χριστόν. Φέρει δὲ ἐν μέσῳ κοὶ τὸ τροπαιον τὸ κατὰ τοῦ θανάτου, ὡς τὸν σαυρὸν τοῦ Κυρίου μεθ' ἑαυτῆς βαστάζουσα. Ἔστι γὰρ αὐτῆς μὲν πρῳρα ἡ ἀνατολὴ, πρύμνα δὲ ἡ δύσις· τὸ δὲ κύκλον, μεσημβρία. οἴακες δὲ δύο αἱ δύο διαθῆκαι. Sic enim recte MS. Eboracensis. Possunt hi claui videri in columna Traiani et Argo naui, in signis coelestibus apud Aratum. Vide Lipsium ad II. Taciti annalem c. 6. Samuel. Bochartum, virum summae eruditionis, qui in omni doctrinae genere primas tenet, in Hierozoico, et Cl. Schefferum de militia nauali. Sed haec in transcursu.

v. 48. Προμηθεὺς ἀγκυλομήτης] MS. II. ἀγκυλόμητις, quomodo legendum censet Moschopulus: sicut ποικιλόμητις, δολόμητις, quae tamen in secundo casu inflectuntur ac si primi λῆξις esset ητης. Sic noster in Theog. αἰολόμητις Προμηθεὺς. Apud Hom. πολύμητις, εὔμητις. Proclus tamen secutus auctoritatem Plutarchi, qui et ipse olim in Heliodum Commentarios edidit, quos Gellius laudat Noct. Att. XX, 8. et Proclus frequenter, tuetur ἀγκυλομήτης. Eustathius vero ad Οδυσσ. γ, ait vtramque terminationem apud Veteres inveniri. Illam in ητης esse a μήδω, hanc vero a μῆτις, ἡ βελή.

v. 51.

v. 51. Διὸς παρὰ μητιόεντος] Imperite μητιόεις et μητιέτης vertunt *conſultus*, quum potius ſit conſilii plenus, conſiliorum auctor, μέγα βυλεύων vt recte circumſcribit Theocritus notante Euſtath. ad Iliad. α. Nec hoc praetermiſerunt viri eruditi, ſed ſurdis narrarunt fabulam. In praecedente verſu παῖς Ἰαπετιῶ verte: *filius Iapeti*. Gloſſ. Vetus: Παῖς ὁ υἱὸς, *Filius*. Non ignoro Latinis quoque Poetis puer pro filio dici, vt *Veneris puer* apud Ouidium Cupido, *Latonae puer* Horatio Apollo, ſed in verſionibus, quae in tironum et Graecae linguae non ſatis peritorum gratiam adornantur, haec non habent locum. ἐῦς autem reddidi *egregius*. Moſchopulus exponit καλὸς. Et Heſych. ἐῦς, ἀγαθὸς, καλὸς, μέγας, εὐτυχὴς. Gloſſae MS. Voſſ. ἐῦς, μέγας. Sane apud Hom. coniungitur ἐῦς τε μέγας τε. Sic in Ἀσπιδι v. 25. ἐῦς παῖς Ἀλκαίοιο. *egregius filius Alcaei*. vbi Interpretes: *praeſtans puer*.

v. 55. Pro χαίρεις prior liber Voſſianus χαίροις.

v. 62. Ἀθανάταις τε θεαῖς εἰς ὦπα ἴσκειν] MS. I. editio Iſingrini, Tzetzes: ἀθανάτης θεῆς. Idem codex, vt et Palatinus, ſequenti verſu legunt παρθενικῆς pro παρθενικαῖς, quam lectionem Proclus quoque agnoſcit. Nec aliter ſcripſit Heſiodus. Gloſſae MS. Palatini libri exponunt optime παρθένε. Voſſianae addunt ſubintelligendum ποιεῖν. Pertinet παρθενικῆς εἶδος ad Pandoram non ad Deas, vt vulgo capiunt. Iupiter, inquit, iuſſit Vulcanum quam celerrime ex luto formare maſſam, illamque voce humana inſtruere et viribus, et tanta pulcritudine virginali vt ad formam Dearum accedat. Equidem ex vulgata lectione nullum ſenſum idoneum poſſe confici facile vident qui animum aduertunt.

v. 66. Γυιοκόρας μελεδῶνας] Veteres quidem magiſtri in explicando γυιοκόρος mire ambigunt, ſed mihi recte vidiſſe videntur illi, qui exponunt τὰς μέλη κοσμέσας, ſicuti praeter Moſchopulum et Proclum Voſſianae Gloſſae, et Phauorinus. Κορεῖν eſt κοσμεῖν, καλλωπίζειν. Heſych. κορεῖν, κοσμεῖν, καθαίρειν. Vnde et νεωκόρος, qui templum ornat et tuetur, aedituus. In actibus Apoſtolorum Epheſus dicitur νεωκόρος Ἀρτέμιδος, aedituus Dianae. Sicut et in nummis Graecorum frequenter vrbes et populi νεωκόροι Καισάρων appellantur, quia templa in honorem illorum excitarant, quibus ornandis et colendis operam ſuam deuouerant, vt quaſi eſſent Caeſarum aeditui, vt monuit vir illuſtris Caſpar Geuartius, ſicut Epheſii Dianae ſunt, νεωκόροι, propter illuſtriſſimum et maximi operis templum, quod in eius Deae honorem in ſua habebant vrbe. Γυιοκόροι μελεδῶνες ſunt curae, quae totae in ſornando corpore ſunt occupatae. Mulieres vero quo ſtudio

magis tenentur quam comendi et excolendi corporis, quibus, vt Plautus ait, *nulla ſatis ornandi ſatietas eſt?*

CAPVT III.

In Heſiodo tres mendae deletae. Idem expoſitus. Ἀμφιγυήεις. Φωνή. Iouis dona quomodo reiicienda eſſe Heſiodus doceat. Θαλίαις τέρπεσθαι. Heſiodo verſus fugitiuus, qui in nullis editionibus conſpicitur, reſtitutus. Antiquiſſimorum hominum viuendi ratio. Pecus non alebant. Varro emendatus. Μῆλα, Poma omnes arbutei fructus. Μῆλα pro opibus. Ἐπὶ βόσι κτείνεσθαι. Homerus explicatus. Heſiodus bis emendatus. Interpretes ſaepius reprehenſi. Ἤέρα ἐσσάμενοι.

v. 69. Ὡς ἔφατ', οἳ δ' ἐπίθοντο] Vitia haec ſunt ne in pueris ferenda, et tamen omnes occupant editiones. Scribendum, ὡς ἔφαθ', οἱ δ' ἐπίθοντο. Nec aliter MSS. Sequente verſu Ἀμφιγυήεις eſt περὶ γυῖα βεβλαμμένος. γυῖα κατ' ἐξοχὴν dicuntur manus et pedes. Homer.

Γυιώσω μὲν σφῶϊν ὑφ' ἅρμασιν ὠκέας ἵππους.
Frangam quidem pedes celerium equorum ante currus.

Γυιώσω enim, vt bene Porphyr. ad Homerum obſeruat, eſt σκελεαγεῖς ποιήσω. Latinis vtroque pede claudus, pedibus captus. Quod quum a Graecis proprie tribuatur Vulcano, quibus familiare eſt ἐπίθετα ſingulis Diis et Heroibus aſſignare, iiſque vti loco ipſorum propriorum, Latini vero careant tali voce, qua illum commode poſſint exprimere, vt Vulcanum per eam ſignificari intelligant omnes, *Ambiclaudus* enim Latium vetus ignorat, vertendum eſt, Vulcanus: vt ἐννοσίγαιος Neptunus. Ridiculus eſſet qui verteret *Terram concuriens* quum pro ipſo Neptuno ponitur. Talia apud Graecos ὅσα κόνις. v. 77. ϛήθεσφι MS. I. pro ϛήθεσσι.

v. 71. Παρθένῳ αἰδοίῃ ἴκελον] Hoc eſt, ἴκελον χρῆμα, ſimilitudinem virginis, id eſt, imaginem, ſtatuam. Plin. *fingere ex argilla ſimilitudines.* Sic fere Latinis ſimilis ſimpliciter pro ſimulacro, imagine accipitur. Iuuenalis: Sat. II, v. 6. *Si quis Ariſtotelem ſimilem vel Pittacon emit*, hoc eſt, Ariſtotelis vel Pittaci imaginem. Multis exemplis declararunt docti viri ad Statium.

v. 79. Ἐν δ' ἄρα φωνὴν θῆκε θεῶν κῆρυξ] Quaerunt Graeci Magiſtri quomodo hic Mercurius vocem Pandorae indidiſſe

didiſſe potuerit, quum paulo ante Vulcano eius confectio mandata fuiſſe dicatur. Itaque φωνὴν v. 61. interpretantur ὄργανα φωνῆς. ſed licet haec exponendi ratio poſſit probari, nondum tamen eſſemus defuncti. In praecedente enim verſu iam commemorauerat Mercurium Pandorae pectori inſeruiſſe αἰμυλίους λόγους. quomodo vero illos ſine voce? et quomodo res ab eodem geſta tamquam diuerſa a diuerſis acta narratur? Quid quaerimus? φωνὴ hic eſt ὄνομα, vt apud Hom. Il. γ.

Πρίαμος δ' Ἑλένην ἐκαλέσσατο φωνῇ.

Priamus Helenam vocauit nomine. vbi φωνῇ perperam παρέλκειν docent, et exponunt *voce*. Gregor. Μήτε ἡμᾶς εὐθύνητε τῆς ὑψηλοτέρας φωνῆς. *Ne nos increpetis ob verbum inſolentius.* ἐνέθηκε φωνὴν eſt nomen impoſuit. Ita omnino Heſiodum intelligendum ipſe docet: ὀνόμηνε δὲ τήνδε γυναῖκα Πανδώρην, *appellauit autem mulierem hanc Pandoram.*

v. 86. Μήποτε δῶρον δέξασθαι] Iouis igitur dona ſunt reiicienda? Sed egregie huius loci mentem declarat Plutarchus, in libello quomodo adoleſcenti Poëtae ſint audiendi, oſtendens Διὸς δῶρα eſſe fortunae munera: Ὁ Ἡσίοδος τὸν Προμηθέα ποιῶν τῷ Ἐπιμηθεῖ παραγγελευόμενον,

— — μήποτε δῶρον

Δέξασθαι παρὰ Ζηνὸς Ὀλυμπίου, ἀλλ' ἀποπέμπειν,

ἐπὶ τῇ τύχης δυνάμει τῷ Διὸς ὀνόματι κέχρηται. τὰ γὰρ τυχηρὰ τῶν ἀγαθῶν Διὸς δῶρα κέκληται, πλοῦτος, καὶ γάμος, καὶ ἀρχαὶ, καὶ πάντα ὅλως τὰ ἐκτὸς, ὧν ἡ κτῆσις ἀνοήτοις ἐστὶ τοῖς χρῆσθαι καλῶς μὴ δυναμένοις. διὸ, καὶ τὸν Ἐπιμηθέα Φαῦλον ὄντα καὶ ἀνόητον, οἴεται δεῖν φυλάττεσθαι καὶ δεδιέναι τὰς εὐτυχίας, ὡς βλαβησόμενον καὶ διαφθαρησόμενον ὑπ' αὐτῶν. καὶ πάλιν ὅταν λέγῃ·

Μηδέποτ' ἀλωμένην πενίην θυμοφθόρον ἀνδρὶ

Τέτλαθ' ὀνειδίζειν, μακάρων δόσιν αἰὲν ἐόντων.

θεόδοτον νῦν τὸν τυχηρὸν εἰρηκεν, ὡς οὐκ ἄξιον ἐγκαλεῖν ποιῆς διὰ τὴν τύχην πενομένοις, ἀλλὰ τὴν μετ' ἀργίας, καὶ ῥᾳθυμίας, καὶ μαλακίας, καὶ πολυτελείας ἀπορίαν, αἰσχρὰν καὶ ἐπονείδιστον οὖσαν. *Heſiodus vbi Prometheum inducit fratri Epimetheo ſuadentem ne a Ioue vlla dona accipiat, ſed ea alio dimittat, Iouis nomen de potentia fortunae vſurpauit. Bonis enim fortunae tribuit appellationem donorum Iouis, opibus, coniugiis, imperiis, et omnibus in vniuerſum bonis externis, quorum poſſeſſio inutilis eſt recte vti iis neſcienti. Itaque etiam Epimetheum hominem vitioſum et fatuum cauere ſibi iubet et metuere a rebus ſecundis, damno nimirum ei et exitio futuris. Iterum vbi ait, Numquam pauperiem perniciosam animumque excruciantem exprobra homini, quia deorum munus eſt. Deorum munus vocat*

id quod fortuna obtigit, innuens non esse eos culpandos, qui fortunae iniuria pauperes sunt, cum ignauia potius, socordia, mollitie et luxu coniunctas diuitias in turpibus et vituperatione dignis habendas. Vide ibi plura, et eiusdem libellum de Fortuna in fine. v. 87. pro πὰρ ζηνὲς MS. II, παρὰ ζηνὸς.

v. 96. Ἐν ἀῤῥήκτοισι δόμοισι] Queruntur veteres Critici, valde ἀκυρολόγως dolium appellari hic δόμον. Inde et Seleucus pro δομοισι scribebat πίθοισι, vt Proclus notat. Seleucum, qui hunc locum sic emendandum iudicauit, existimo fuisse Grammaticum illum Alexandrinum, qui Romae docuit, et Homericus dicebatur. Hunc enim in omnes fere Poëtas commentarios edidisse Suidas auctor est. Quae a viris doctis afferuntur ad istam translationem asperam molliendam, arguta quidem sunt et ingeniosa, sed quae facilius reiici possunt quam probari. His equidem argutiis non est opus. Δόμος enim quoduis receptaculum, et vas notat. Euripides arcas cedrinas, in quibus vestes recondebantur, κεδρίνας δόμας vocat. Alcest. v. 158.

Ἐν δ' ἑλοῦσα κεδρίνων δόμων
Ἔσθητα, κόσμον τ' εὐπρεπῶς ἠσκήσατο.

Ex cedrinis domibus (hoc est, arcis) *vestem sumens et mundum decentem, parauit.* Sic et Philoni vestes dicuntur οἰκίαι φορητοὶ, *portatiles domus*, quia homines tegunt ad instar domorum, vt erudite notauit vir dignitate et doctrina praecellens Gisbertus Cuperus Obseruat. III, 18.

v. 99. Αἰγιόχα βαλῆσιν] Hunc versum inducendum esse recte Aristarchus et D. Heinsius censuerunt.

v. 102. Νᾶσοι δ' ἀνθρώποισιν ἐφ' ἡμέρῃ ἠδ' ἐπὶ νυκτὶ] MS. I. ἐφημέρη. lege ἐφήμεροι. Sic emendaueram, et recte me emendasse postea ex Plutarcho cognoui, in cuius consolatione ad Apollonium sic legitur.

v. 105. Οὕτως ἔτι πα ἐςὶ Διὸς νόον ἐξαλέασθαι] MS. I, ἔτι πη. Sic et Tzetzes. πη nonnunquam aeque παρέλκει ac πα. Διὸς νᾶς est Iouis sententia, consilium, decretum. Hesiodi sententiam Tacitus refert: *Quae fato manent, quamvis significata, non vitantur.* Sequenti versu idem liber: εἰ δὲ θέλεις.

v. 113. Νόσφιν ἄτερ τε πόνων] In vtroque MS. abest τε. Et sane abesse debet. Tzetzes. πόνων δὲ τὸ πο κοινή ἐςι συλλαβή. ὑπὸ γὰρ τᾶ ν ἀμεταβόλα ἐκτείνεται. sic et superius v. 91. in manu exaratis libris legitur. Νόσφιν ἄτερ κακῶν. Vbi H. Stephanus perperam incuriae editores insimulat. Inferius v. 674 Μὴ μένειν οἶνον δὲ νέον καὶ ὀπωρινὸν ὄμβρον. Sic MS. I. Vossianus. vulgo μηδὲ μένειν. versu

prae-

praecedente in nonnullis editionibus legitur ζώεσκον pro ἔζωον. Quod auribus meis magis arridet.

v. 115. Τέρποντ' ἐν θαλίῃσιν] Suauiter tempus transigebant in conuiuiis, nimirum quae inſtruxerant ex iis quae ſponte tum ferebat iniuſſa tellus. pro quo ſtatim:

— — οἱ δ' ἐθελημοὶ
Ἥσυχοι ἔργα νέμοντο σὺν ἐσθλοῖσιν πολέσσσιν.
— — *ipſique vltro*
Tranquilli quae collegerant diuidebant cum multis bonis.

hoc eſt, vt Virgilius expoſuit, *in medium quaerebant*, et iis in otio ſine contentione et inuidia fruebantur. Hae ſunt illae θαλίαι. de ἀθανασίᾳ et Deorum epulis Heſiodus hic non cogitauit, quod et ille verſus luculenter oſtendit: qui in noſtris quidem editionibus nunc deſideratur, ſed olim non deſiderabatur in iis, quibus vſus fuit Diodorus Siculus. Is in libro V. bibliothecae huic, quem nunc exponimus, iſtum ſubiicit:

Ἀφνειοὶ μήλοισι, φίλοι μακάρεσσι θεοῖσι.
Abundantes pomis, cari beatis Diis.

Dignus ſane eſt qui loco ſuo, de quo fuit iniuria temporum et hominum deturbatus, reſtituatur. Ceterum hunc verſum male intellexit et interpretatus eſt vir Graece doctiſſimus, Laurentius Rhodomannus. Ἀφνειὲς μήλοισιν vertit: *felices gregibus.* μῆλα hic non ſunt greges. Nam quamuis paſtoritia vita ſit ſimpliciſſima, et aliis vitam tolerandi rationibus vetuſtior, ignorata tamen fuit antiquiſſimis illis hominibus, qui ſub Saturno dicuntur egiſſe. Hi enim iis ſolum ſe tuebantur, quae terra ſponte ad eorum victum ferebat. Omitto Ouidium, alioſque Poëtas. Varro II. de R. R. cap. 1. *Et homines et pecua quum ſemper fuiſſe ſit neceſſe, natura, (ſiue enim aliquod fuit principium generandi animalium, vt putauit Thales Mileſius, et Zeno Cittieus, ſiue contra horum principium extitit nullum, vt credidit Pythagoras Samius, et Ariſtoteles Stagirites) neceſſe eſt humanae vitae a ſumma memoria gradatim deſcendiſſe ad hanc aetatem vt ſcribit Dicaearchus: et ſummum gradum fuiſſe naturalem, quum viuerent homines ex iis rebus quas inuiolata vltro ferret terra: ex hac vita in ſecundam deſcendiſſe paſtoritiam, e feris atque agreſtibus, vt ex arboribus et virgultis decerpendo glandem, arbutum, mora, pomaque collegerant ad vſum, ſic ex animalibus, propter eamdem vtilitatem, cum quae poſſent ſilueſtria deprehenderent, concluderent et manſuefacerent.* Sic hic locus legendus et interpungendus videtur, in quo tamen emendando Gronouio τῷ πάνυ debentur, *collegerant*, et *manſuefacerent*, quae repoſuit pro *colligerent*, et *manſueſcerent*. Τὸ *cum* intellectu reuocandum ad ſuperiora; quaſi ſcripſiſſet: paſtori-

ſtoritiam: cum, vt ex arboribus et virgultis decerpendo glandem, arbutum, mora, pomaque in vſum colligere conſueuerant antehac, ſic ex animalibus ſylueſtria quae poſſent caperent, ſepto cuſtodirent, manſueta redderent. Hic videtur ſuperuacuum vel quod prius poſuerat *e feris* et *agreſtibus*, vel quod poſt dixit, *ex animalibus ſilueſtria*. At haec eſt illius repetitio propter ὑπέρβατον, ſenſui magis quam verbis conveniens. De quo genere Gronou. ad Senec. I. de ira, 3. Μῆλα autem hoc loco ſunt omnes arbutei fructus, qui edules ſunt, ſicut apud Latinos poma. Nam et nuces, et ficus, et vuae τρώξιμοι mala dicuntur. Vid. leg. CV. de verb. ſignif. Varro cap. 59. lib. I. de R. R. profitetur ſe acturum de pomis condendis, et ibidem tradit, quomodo pira, rapa, nuces iuglandes ſint ſeruandae, quia rapa, pira, nuces in pomis numerabantur. Heſych. Μῆλα παντὸς δένδρε καρπὸς, ἐξαιρέτως δὲ τῆς μηλέας, καὶ πάντα τὰ δένδρα. In hoc ipſo verbo offenderunt inferius Latini Interpretes, ſed ratione diuerſa v. 162.

Ὤλεσε μαρναμένας μήλων ἕνεκ' Οἰδιπόδαο.
Perdidit pugnantes propter oues Oedipi.

ſed non pugnabant propter oues, ſed propter opes, regnum, facultates Oedipi. De quo Graeci Magiſtri: Μῆλα, κτήσεις, περιουσίαν, βασίλειαν. Hos Latini debebant ſequi. Veterum enim diuitiae in pecudibus, praecipue in ouibus. Varro dicto loco libri ſecundi: *In queis* (nimirum animalibus agreſtibus, quae comprehendebant et manſuefaciebant) *non ſine cauſa putant oues aſſumtas, et propter vtilitatem, et propter placiditatem.* Non longe poſt: *De antiquis illuſtriſſimus quiſque paſtor erat, vt oſtendit Graeca et Latina lingua, et veteres Poëtae, qui alios vocant* πολυάρνας, *alios* πολυμήλους, *alios* πολυβώτας, et quae ſequuntur. Sic apud Heſiodum inferius πολύμηλος eſt opulentus. Ceterum in hoc, quem poſuimus, verſu, φίλοι μακάρεσσι θεοῖσι, idem eſt quod εὐδαίμονες. Sic et intelligendum in diſticho illo in Epictetum:

Δοῦλος Ἐπίκτητος γενόμην, καὶ σῶμ' ἀνάπηρος
Καὶ πενίην Ἶρος, καὶ φίλος ἀθανάτοις.

Seruus Epictetus ſum, et corpore mutilus, et paupertate Irus, et tamen Deis carus, id eſt, felix. Terent. *Solus es quem Dii diligunt.* Vid. Meric. Caſaub. praefationem in accuratiſſimam Epicteti editionem a ſe editam. Porro quod viri docti notant ἐπὶ βοσὶν κτείνεσθαι ἢ θνήσκειν eſſe in prima pueritia occidi, mori, id vero ex exemplis, quae afferuntur, non poteſt intelligi. Nihil aliud verba, quae Iliad. ζ. leguntur, volunt, quam illos deprehenſos eſſe apud armenta et gregem, ibique occiſos. Alioquin κτείνεσθαι ἐπ' οἴεσσιν eamdem haberet vim.

vim. Iliad. υ. vero Aeneas non ait ſe metuere Achillem, quod aliquando cum eo eſſet congreſſus ἐπὶ βρσὶν, ſed contra ea Aeneas ibi excuſat certamen cum Achille ineundum, quia iam olim expertus ſit vim Achillis, et robur eius haſtae, quum ſalutem ſuis debuerit pedibus ſeruatus διὰ λαιψηρὰ γυῖα,

Ὅτε βρσὶν ἐπήλυθεν ἡμετέρῃσιν.

quum armenta noſtra inuaſiſſet, inquit Aeneas. Quod et ipſum Achilles ei poſtea exprobrat:

Ἤδη μέν σέ γε (φημὶ) καὶ ἄλλο τε δρὶ φόβησα
Ἦ ἐ μέμνῃ ὅτε πέρ σε βοῶν ἀπὸ μῆνον ἐόντα
Σεῦα κατ' ἰδαίων ὀρέων ταχέρσι πόδρσι
Καρπαλίμως; τότε δ' οὔτι μετατροπαλίζεο φεύγων.

Iam enim te puro et alias baſta terrui. An non recordaris quando te apud boues ſolum exiſtentem repuli ab Idaeis montibus velocibus pedibus celeriter? Tunc vero non conuertebaris fugiens. Vides nullam hic reconditae notionis formulam latere, ſenſum eſſe ſimpliciſſimum et apertum.

v. 122. Τοὶ μὲν δαίμονες] Ariſtides, Plutarchus de oraculorum defectu, Plato in Cratylo, et V. de legibus hos verſus ſic legunt:

Τοὶ μὲν δαίμονες ἐσθλοὶ ἐπιχθόνιοι τελέθρσιν
Ἁγνοὶ, ἀλεξίκακοι φύλακες θνητῶν ἀνθρώπων.

Quam lectionem vulgatae praeferendam exiſtimo tot ſummorum virorum auctoritate munitam. Sed de his Geniis, cuius fuiſſe naturae credebantur olim, vide Plutarchum in laudato libro, de oraculorum defectu, multis diſputantem.

v. 124. Οἵ ῥα φυλάσσρσί τε δίκας] MS. I. φυλάσσρσιν. Sic hic verſus legitur inferius, 254, vt 233.

Τίκτρσιν δὲ γυναῖκες ἐοικότα τέκνα.

Hom. Il. α. Στήθεσσιν λασίοισι διάνδιχα μερμήριξεν. Infinita huius paragoges exempla ex Graecis Poëtis facile colligas.

125. Ἠέρα ἐσσάμενοι] Retinenda eſt antiquior verſio: *aëre induti.* Virgil. *obſcuro aëre ſepti*, hoc eſt, oculis ſubducti ſunt vt a nemine poſſint videri. Verſu ſequente, γέρας βασιλήϊον non eſt regale munus, ſed regius honor. Hinc poſtea de argentei ſaeculi daemonibus dicit, illos quidem his eſſe inferiores, nec regia maieſtate illuſtres, ἀλλ' ἔμπης τιμὴ καὶ τοῖσιν ὀπηδεῖ. *Verum etiam hi honore ſunt conſpicui.* Cur autem daemonibus tribuatur regius honor hanc rationem affert Plutarchus, libro de defectu oraculorum, quia βασιλικὸν τὸ εὖ ποιεῖν.

CAPVT

CAPVT IV.

φυὴ. νόημα. Heſiodus expoſitus. Muliebris educatio puerorum inter mala argenteae aetatis. Μέτρον ἥβης, θαλάσσης. Elegans Graecorum Poetarum periphraſis. Heſiodo vetus lectio reſtituta. Eiuſdem vexatus locus expoſitus. Daemones mori, exacta certa periodo. Daemonum ſunt diuerſi gradus. Ἀθάνατοι δεύτεροι. Secundus. Καλέεσθαι. Ἄπληστοι. Εὑρώεις δόμος ἀίδος. Κευεῶν. Γενεὰ. varii Interpretum errores oſtenſi.

v. 129. Οὔτε φυὴν ἐναλίγκιον οὔτε νόημα.] Verte: *Neque corporis habitu ſimile, neque ingenio.* Φυὴ hic non eſt ſola ſtatura et proceritas corporis ſed coniuncta cum dignitate formae, vt recte Graeci magiſtri docent. Νόημα eſt ingenium. Gloſſae MS. Voſſianae: νόημα φρόνησις. Homero φρένες Iliad. α.

— — ἐπεὶ ἦ ἔθεν ἐςὶ χερείων
Οὐ δέμας, οὐδὲ φυὴν, οὐτ' ἄρ' φρένας, οὔτέ τι ἔργα.

Quoniam illi non eſt inferior, neque corpore, neque forma, neque ingenio, nec operandi peritia.

v. 130. Ἀλλ' ἑκατὸν μὲν παῖς] In I. MS. μὲν deſideratur. Viri doctiſſimi ἀλλὰ hic accipiunt pro ἀλλ' ὅμως, quaſi Poeta dixerit inferiorem quidem hanc aetatem eſſe et deteriorem ſuperiore, hoc tamen habuiſſe bonum, quod pueri aliquamdiu ſimpliciter, ſine malo, et εὐήθως apud matres fuerint educati, vt hanc longam ἐν γυναικωνίτιδι διατριβὴν habuerit inter notas et bona huius aetatis, quibus ſequentem antecellat. Quod plane Poetae menti aduerſatur, qui maternam educationem deprauationi huius ſaeculi adſcribit, ex quo appareat longe deteriorem eſſe hanc γενεὰν priore aurea, quia pueri diu in Gynaeceis latitent, et in ſinu matrum adoleſcant, et corroborentur; qua muliebri educatione redderentur molles, imperiti, effaeminati. Inde ait pueros euadere μάλα νηπίους valde rudes. Quo nomine Plato quoque educationem filiorum Regum Perſiae reprehendit. Quid verbis opus, res loquitur. Nec Veteres vnquam aliter hunc locum ceperunt.

v. 131. Ἥβης μέτρον ἵκοιτο] Interpp. *Pubertatis terminum attigiſſet.* Heſych. quidem μέτρον dicit eſſe πέρας, ſed Poëtis ἥβης μέτρον nihil aliud eſt quam ipſa ἥβη. Sic inferius μέτρα θαλάσσης eſt θάλασσα. Hom. μέτρα κελεύθε, κέλευθος. In epitaphio Heſiodi, quod Pindaro adſcribitur

μέτρον

μέτρον σοφίης est σοφία, vt ibi legendum inferius ostendemus.

v. 134. Ἄλγε' ἔχοντες Ἀφραδίαις] MS. I. ἀφραδίῃσιν.

v. 135. Ὕβριν γὰρ ἀτάσθαλον] Hi sunt mollis illius maternae educationis fructus. *Nihil magis facit iracundos*, inquit Seneca, *quam educatio mollis et blanda; ideo vnicis, quo plus indulgetur, pupillisque quo plus licet, corruptior animus est.*

v. 141. Τοὶ μὲν ὑποχθόνιοι] MS. I. Τοὶ μέν τοι χθόνιοι. Nonnulli codices, quod Stephanus notat, ἐπιχθόνιοι, quam lectionem Tzetzes tuetur. Nihil verius, quamuis alteram sequantur Proclus, Moschopulus, et omnes quas vidi editiones. Verum si argenteae aetatis homines postquam mortem obierunt sunt ὑποχθόνιοι δεύτεροι, quinam sunt πρῶτοι ὑποχθόνιοι, quod Tzetzes merito vrget. Vir magnus multus quidem est in asserenda lectione vulgata, praefatus δευτέρας δαίμονας hic coniungendum, non δευτέρας ὑποχθονίας. ex illa enim lectione hanc absurditatem nasci, quod tum δεύτεροι etiam cum θνητοὶ sit coniungendum: hinc vero confici primos etiam fuisse θνητὰς contra doctrinam Platonicam. Sit contra doctrinam Platonicam, non tamen est contra Hesiodi, qui daemonas quoque exacta certa periodo mori cecinit. Plutarchus de oraculorum defectu: Ὁ Ἡσίοδος οἴεται καὶ περιόδοις τισὶ χρόνων γίνεσθαι τοῖς δαίμοσι τὰς τελευτάς· λέγει γὰρ ἐν τῷ τῆς Ναΐδος προσώπῳ καὶ τὸν χρόνον αἰνιττόμενος.

Ἐννέα τοι ζώει γενεὰς λακέρυζα κορώνη
Ἀνδρῶν ἡβώντων· ἔλαφος δέ τε τετρακόρωνος·
Τρεῖς δ' ἐλάφους ὁ κόραξ γηράσκεται· αὐτὰρ ὁ φοῖνιξ
Ἐννέα τοὺς κόρακας· δέκα δ' ὑμεῖς τοὺς φοίνικας
Νύμφαι εὐπλόκαμοι, κοῦραι Διὸς αἰγιόχοιο.

Hesiodus certis temporum conuersionibus mortem daemones oppetere censet, et tempus etiam sub inuolucro proponit, haec sub Naïdis persona loquens: Nouem hominum vegetorum aetates garrula cornix viuit, ceruus autem quatuor cornicum, tres autem cerui coruus. Sed phoenix nouem coruorum: vos autem Nymphae formosae, Iouis filiae decem phoenicum. Vide ibi plura. Sane primos δαίμονας aetatis aureae fuisse quoque θνητοὺς annon ista verba ostendunt? v. 116.

Θνῆσκον δ' ὡς ὕπνῳ δεδμημένοι. *Moriebantur vero tamquam somno obruti.* et v. 121.

Αὐτὰρ ἐπεὶ κεῦ τοῦτο γένος κατὰ γαῖα κάλυψεν.

Verum postquam et hoc genus terra texit. hoc est παραφραστικῶς, ἀπέθανε, inquit Tzetzes MStus Vossii, in edito enim haec desiderantur. Verborum autem Hesiodi haec est συνέπεια. Τοὶ μὲν μάκαρες θνητοὶ καλέονται δεύτεροι ἐπιχθόνιοι.

νιοι. Hi beati mortales ſecundi ſunt terreſtres, ſcilicet daemones: hoc eſt ſecundi gradus, inferiores illis daemonibus, qui ex aurei ſaeculi θνητοῖς ſunt orti. Qui quidem non regium honorem ſunt adepti, ἀλλ' ἔμπης τιμὴ καὶ τοῖσιν ὀπηδεῖ. *ſunt tamen et hi in dignitate conſtituti.* Daemones eſſe diverſorum graduum nemo dubitat. Εἰσὶ γὰρ ὡς ἐν ἀνθρώποις, inquit Plutarchus, καὶ δαίμοσιν ἀρετῆς διαφοραί. *ſunt enim ſicut inter homines; ſic etiam inter daemones diuerſi virtutum gradus.* Δαίμονες δεύτεροι ſunt inferioris loci et ordinis daemones, vt δεύτεροι ἀθάνατοι, Dii inferiores, minorum gentium, apud Maximum Tyrium, diſſertat. XXVI. Θεὸς μὲν οὖν αὐτὸς κατὰ χώραν ἱδρυμένος, οἰκονομεῖ τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν ἐν οὐρανῷ τάξιν. Εἰσὶ δ' αὐτῷ Φύσεις, ἀθάνατοι δεύτεροι, ἐν μεθορίῳ γῆς καὶ οὐρανοῦ τεταγμένοι, θεοῦ μὲν ἀσθενέστεροι, ἀνθρώπων δὲ ἰσχυρότεροι, etc. *Deus quidem eodem in loco manens, coelum regit, omniaque in eo ordinat ac diſponit. Immortales autem quaſdam habet potentias, quas ſecundos immortales vocant. Hi ſunt Deo infirmiores, hominibus vero potentiores.* Senecae dicuntur inferioris notae Dii, ep. 110. *Vnicuique noſtrum paedagogum dari Deum, non quidem ordinarium, ſed hunc inferioris notae, ex eorum numero, quos Ouidius ait de plebe Deos.* Sic et ſerui apud Florum III, 20. *ſecundum hominum genus*, quaſi ſint viliores et inferiores aliis hominibus: *Enim vero ſeruilium armorum dedecus feras. Nam et ipſi per fortunam in omnia obnoxii, tamen quaſi ſecundum genus hominum ſunt.* Cic. III. de Off. *quaſi ſecunda quaedam honeſta eſſe dicunt.* Et *tela ſecunda* apud Ouid. Superi vocant illud fulmen cui dextra Cyclopum flammae et irae minus addidit. Senec. ep. 92. *Excedat ex hoc animalium pulcerrimo, ac Diis ſecundo, mutis aggregetur animal pabulo laetum.* Idem IV. Nat. Quaeſt. 3. *Ex his me teſtibus numera ſecundae notae, qui vidiſſe quidem ſe negant, ſed audiſſe.* Inde et illae loquutiones apud Graecos δεύτερον ποιεῖν, τίθεσθαι, ἄγειν, poſtponere. Lucian. Εἴ με δεύτερον ἄγεις Ἑρμίωνος, ſi Hermioni me poſtponis. Καλέονται vero hic eſt εἰσί. Superius v. 122. dixit δαίμονές εἰσιν ἐπιχθόνιοι, hic dicit eodem ſenſu καλέονται ἐπιχθόνιοι. In ſacris litteris καλέσονται υἱοὶ Θεοῦ, hoc eſt, ἔσονται. Apud noſtrum inferius v. 715.

Μηδὲ πολύξεινον, μηδ' ἄξεινον καλέεσθαι.
Nec vero multorum hoſpes, neue nullius ſis.

In Theogon. v. 410.

Ἠγάγετ' ἐς μέγα δῶμα Φίλην κεκλῆσθαι ἄκοιτιν.
Duxit in amplam domum ſua vt ſit vxor.

De

De quo loquendi genere Sacris pariter et τοῖς ἔξω Scriptoribus familiari plura pridem praeceperunt viri magni, Casaubonus ad Theocritum, et Grotius ad Nouum Foedus.

v. 148. Ἄπλαστοι] Latinis sunt *inconditi*, qui moribus sunt inculti. Tzetzes ἄγριοι. Cic. *vasti et agrestes*. v. 149. Vterque codex MS. σιβαροῖσι μέλεσσιν. Versus sequens in primo sic se habet: τῶν δ' ἦν χάλκεα τεύχεα, χάλκεοι δέ τοι οἶκοι. Vers. vero 151. idem liber μέγας pro μέλας.

v. 153. Βῆσαν ἐς εὐρώεντα δόμον κρυερῆ ἀΐδαο] Εὐρώεις δόμος multis antiquis et recentioribus est πλατὺς, laxa, ampla domus. Et sic C. Barthius Aduersar. XXX, 13. qui hoc loco vtitur ad firmandam correctionem Horatii, in quo pro *domus exilis Plutonia* substituunt *domus exilii Plutonia*. Sed hanc emendationem merito reiecit Vir magnae et diffusae eruditionis Iohannes Gerhardus Vossius, qui docuit sedem exilem Plutoniam Horatio non esse amplum illud mortuorum receptaculum, sed sepulchrum. quod certissimum. εὐρώεις hic est squalidus ab εὐρὼς situs, squalor. vt Virgilius *loca senta situ* dicit: aut tenebricosus. Glossa MS. Vossii: εὐρώεντα, σκοτεινόν. Suidas: εὐρώεντα, σκοτειναὶ, ζοφώδη. Sic et Hesychius et Etymologicum Magnum. Sophocles Aiace Flagellifero v. 615. Ἀΐδηλον Ἄδαν, Homerus et noster in Theogon. ζόφον ἠερόεντα, Aeschylus Prometh. 432. Κελαινὸς ἄϊδος μυχός. Latini saepe *caeca tartara*. Inferius in Theogonia v. 729.

> Ἔνθα θεοὶ Τιτῆνες ὑπὸ ζόφῳ ἠερόεντι
> Κεκρύφαται, βουλῇσι Διὸς νεφεληγερέταο,
> Χώρῳ ἐν εὐρώεντι.
> *Illic Dii Titanes sub caligine opaca*
> *Absconditi sunt, consilio Iouis nubes cogentis,*
> *Loco in squalido.*

sic et v. 739. Κρυερὸς vero non est meo iudicio frigidus, sed dirus, illaetabilis, horrendus, vt in Theog. 657. ἀρὴ κρυερὸς, graue damnum, et 636. πόλεμος κρυόεις, horrendum bellum. In Ἀσπιδὶ κρυόεις Τάρταρος, eadem ratione dicitur, pro quo in eodem carmine: νυκτὸς ἐρεμνῆς οἰκία δεινὰ, *noctis obscurae domus horrenda*. Hesych. Κρυερὸν, φρικτὸν, μισητὸν, ἀναιδὲς, φοβερὸν, ἐλεεινὸν, οἰκτρὸν, δεινὸν, χαλεπὸν, πονηρὸν, κακὸν, δυσχερές.

v. 156. Αὐτὰρ ἐπεὶ καὶ τῆτο γένος] Quae viri docti de διαφοραῖς hic subtiliter disputant inter λήξεις diuersarum aetatum,

tum, egō ſane vt ex Poëtae verbis cogi poſſint nullus video. Tertiae enim aetati illud ipſum Poëta ἐπιφωνεῖ, quod iis, quibus λῆξιν adſignaſſe dicitur. Αὐτὰρ ἐπεὶ καὶ τοῦτο γένος κατὰ γαῖα κάλυψε.

v. 160. Προτέρῃ γενεῇ] Verte: *priori aetati*, non *generationi*, vt vulgo. Qui error paſſim quoque obuius in ſacrarum litterarum Interpretibus. Γενεὰ Latinis eſt aetas, quod Homerus dixit:

Τῷ δ' ἤδη δύο μὲν γενεαὶ μερόπων ἀνθρώπων
Ἐφθίαθ'

hoc Ouidius interpretatur XII. Metam. *vixi Annos bis centum, nunc tertia viuitur aetas.* Horatio eſt aeuum, cui Neſtor perhibetur *ſenex ter aeuo functus.* Ante Olympiades Graeci per γενεὰς rationes temporis colligebant, vt Porphyrius oſtendit, qui γενεὰν definit τὴν τοῦ τίκτειν καὶ γεννᾶν τελείωσιν. ſicut et Plutarchus, qui quum dixiſſet Heraclitum ἔτη τριάκοντα ποιεῖν τὴν γενεάν, ſubiicit, ἐν ᾧ χρόνῳ γεννῶντα παρέχει τὸν ἐξ αὐτοῦ γεγεννημένον ὁ γεννήσας. ſpatium quod a natali pertinet ad tempus generationi aptum, quod circumſcribunt triginta annis. Alii tamen productiores, alii fecerunt anguſtiores γενεάς. Sunt enim qui vno anno, ſunt qui ſeptem, decem, viginti, quinque et viginti, triginta, ſunt et qui centum annis definiunt γενεάν. Quo ſunt antiquiores tanto ſunt longiores, monente eodem Porphyrio.

CAPVT V.

Verſus Heſiodi fugitiuus ex MSC. et antiquis Interpretibus reuocatus et ſuo loco repoſitus. Saturnus Rex Heroum in beatis Inſulis. Hae in Oceano locatae. Heſiodus bis reſtitutus, et aliquot locis expoſitus. Παλιγγενεσία. Elegans futurorum vſus. Θεῶν ὄπις. Heſychius correctus. Ὄπιν ἔχειν. Οὖπις. Εἰδεῖν. Heſiodo denuo medela. Φῦλα θεῶν. Traiectio verſuum in Heſiodo obſeruata. Verſio Latina ſaepius caſtigata.

v. 169. Τηλοῦ ἀπ' ἀθανάτων τοῖσι Κρόνος ἐμβασίλευε] Hunc verſum ex MSto II. hic repoſui, quem olim quoque in antiquis extitiſſe exemplaribus, ſed a nonnullis fuiſſe eiectum cum ſequente tamquam ineptum, et qui Heſiodo ſit indignus, Proclus teſtatur. Quorum iudicio ſi ſtamus,

ſi ſtamus, proximus etiam verſus eſt expungendus. A Tzetze ſane non videtur agnitus eſſe, niſi credibilius ſit alterum illum quem cum hoc priſci Critici ὠβέλισαν etiam nunc deſiderari, ſicut quem hunc ex MS. reponimus, in editionibus deſideratur, propter illam cauſam quam Proclus nobis oſtendit. Eam tamen mihi non probant acerbi illi cenſores, quorum obelis quam multi confoderentur, ſi ad hanc legem eſſent exigendi? Plures enim hoc longe deteriores in Heſiodo reperiuntur. Quin hunc optimis non dubito accenſere. Quid enim ſiue verba ſpectes, numeroſius, ſiue ſententiam, pulcrius? Imperium autem in heroes in beatis Inſulis degentes Veteres Saturno tribuunt. Inſcriptio elegantiſſima monumenti Regillae vxoris Herodis:

Ἥισι πὲρ ἱερὸν εἶδος ἐϋζώνοιο γυναικὸς
Ἄγκειται, αὐτὴ δὲ μεθ' ἡρώῃσι νέναϛαι
Ἐν μακάρων νήσοισιν, ἵνα Κρόνος ἐμβασιλεύει.
Quibus (ſc. Deabus) *ſacra haec ſtatua pulcrae foeminae*
Dedicata eſt. Ipſa vero inter Heroïdas habitat
In beatorum Inſulis, vbi Saturnus regnat.

Vltimus verſus ex iſto Heſiodi eſt expreſſus. Salmaſius dubitat an vſquam legatur beatas Inſulas fuiſſe ſub Saturni imperio. Sed praeter Heſiodum Diodorus Siculus etiam lib. III. hoc tradit.

v. 171. Παρ' Ὠκεανὸν βαθυδίνην] Graeci Magiſtri ὠκεανὸν hic locant et exponunt ἐν τῷ ἀέρι. poterant aliud agere. Poetae enim beatas Inſulas ſtatuebant in Oceano. Horat. libro IV. carm. 16.

Nos manet Oceanus circumuagus: arua beata
Petamus arua, diuites et Inſulas.

v. 173. Τρὶς τῷ ἔτος] Reſtitui lectionem veterem, quam MS. I. et Tzetzes nobis ſeruauit: τρὶς ἔτεος. Sic inferius τρὶς ὕδατος παρέχειν. Vidit et H. Stephanus.

v. 174. Μηκέτ' ἔπειτ' ὤφελον] Ordo verborum quem in his binis verſibus Tzetzes inſtituit tam ineptus, quam ſenſus quem ex iis conficit. Ait enim Heſiodei voti hunc eſſe ſenſum, ſe maluiſſe mori ante heroici ſeculi exitum, quam poſt illum naſci. Sed hoc ab Heſiodi mente alienum plane eſt, qui optat ἢ πρόσθε θανεῖν quam quinta aetas ingruerit, ἢ ἔπειτα γίνεσθαι, quum meliora ſcilicet tempora reflorescent. Perſuaſum enim habebant Poetae et plerique Philoſophi, praecipue Platonici, exacta hac miſera aetate, παλιγγενεσίαν futuram, omnia reditura in ſuos ortus et priſtinam felicitatem. Inde Probus ad illud Virgilii,

Vltima Cumaei venit jam carminis aetas,

notauit Cumaeum carmen esse carmen Hesiodi, quod sic dicatur a patre Dio, qui Cumaeus fuerit. Sed quid his immoramur? Nihil est in Poetis decantatius, qui tamen omnes videntur hanc opinionem ex isto Hesiodi loco hausisse.

v. 181. Εὖ τ' ἂν γεινόμενοι πολιοκρόταφοι τελέθωσιν] Insulse Interpretes Latini: *Postquam facti circa tempora canti fuerint.* An γίνεσθαι πολιοκρόταφον τελέθειν est fieri canum? quid absurdius fingi potest? γεινόμενοι sunt τεχθέντες. Sic autem verte: *Quum vix nati canescant*, hoc est, senescant, quum vix postquam lucem adspexerunt senio conficiantur. Hinc paullo post αἶψα γηράσκοντας τοκῆας appellat. Conqueritur de vitae breuitate, cui quintae huius aetatis homines sunt obnoxii, quod celeriter tacitis consenescant annis. Hoc est de quo toties conqueruntur Poetae, meliores annos esse fugacissimos. Theocritus: Μὴ καυχῶ· τάχα γάρ σε παρέρχεται, ὡς ὄναρ, ἦβη. *Noli superbire. celeriter enim te relinquit, tanquam somnium, adolescentia.* Sed haec Anthologiarum Scriptoribus relinquamus.

v. 182. Οὐδὲ πατὴρ παίδεσσιν ὁμοίιος] Non haec referenda sunt ad ἰδέας ὁμοιότητα, vt non nemo facit, sed ad γνώμης. Loquitur de discordia et dissensione animorum, quae miseros mortales huius aetatis sic exagitat, vt omnia sint ὕπελα, nusquam candor, fides, non fucatus amor, ne inter parentes quidem et liberos. Ouid.

Filius ante diem patrios inquirit in annos.

Gloſſae MS. Vossii: ὁμοίιος, ὁμογνώμων. Graeci magistri, ἐμοῖιος, ὁμονοητικὸς, σύμφωνος. Alia ratio est inferius, v. 235.

Τίκτεσιν δὲ γυναῖκες ἐοικότα τέκνα γονεῦσιν.
Pariunt vero mulieres similes parentibus liberos.

Hic vtique loquitur de εἴδεος ὁμοιότητι. Liberi enim qui parentum os referebant habebantur pro nota et argumento maternae pudicitiae. Horat. IV, 6.

Nullis polluitur casta domus stupris
Mos et lex maculosum edomuit nefas,
Laudantur simili prole puerperae:
Culpam poena premit comes.

Cui non dictus Hylas?

v. 185. Ἀτιμήσεσι] Barbare Interpretes: *Dehonorabunt.* Ἀτιμήσεσι autem est ἀτιμᾶν φιλέσι. Sic et versu sequente μέμψονται est μέμφεσθαι φιλέσι, et v. 189. ἕτερος δ' ἑτέρῳ πόλιν ἐξαλαπάξει, est ἐξαλαπάζειν εἰωθε solet expugnare. v. 225. οἱ τέ μιν ἐξελάσωσι, *qui ipsam expellere solent*, sic ex MSS. ibi legendum et v. 323.

οἷα

— — οἷα τε πολλὰ

Γίνεται, εὖτ' ἂν δὴ κέρδος νόον ἐξαπατήσῃ, id est, ἐξαπατᾷν φιλεῖ. et mox v. 327.

Ἶσον δ' ὅς θ' ἱκέτην ὅς τε ξεῖνον κακὸν ἔρξει.

hospitem malo afficiet, hoc est, afficere solet. Homerus Iliad. α. ὅτε χώσεται ἀνδρὶ χέρηι, *quando iratus solet viro inferiori*, et sic saepe. Aristoph. Pluto:

Ὁ Πάμφιλος δ' ἐχὶ διὰ τοῦτον κλαύσεται;

Pamphilus nonne propter hunc plorare solet?

Sic et Scriptores Sacri, Marc. III, 27. καὶ τότε τὴν οἰκίαν αὐτοῦ διαρπάσει. *et tunc domum eius diripiet.* hoc est, diripere solet. Ioan. XV, 6. Ἐὰν μή τις μείνῃ ἐν ἐμοί, ἐβλήθη ἔξω ὡς τὸ κλῆμα, καὶ ἐξηράνθη. *Si quis non in me manserit, eiici solet foras, et tamquam palmes arescere.* Interpretes ibi haesitant. vide Bezam. In hac notione legitur etiam imperfectum, vt ἔθυον. Marc. XIV, 12. *mactare solent.* et XV, 6. ἀπέλυεν, *dimittere solebat*, vt bene hic vetus Interpres.

In Scuto Herculis, v. 402.

Ὡς δὲ λέοντε δύω ἀμφὶ κταμένης ἐλάφοιο
Ἀλλήλοις κοτέοντε, ἐπὶ σφέας ὁρμήσωσι.

Vt autem leones duo pro occiso ceruo sibi mutuo irati in se ipsos impetum facere solent. In Theogon. v. 750.

Ἡ μὲν καταβήσεται, ἡ δὲ θύραζεν ἔρχεται.

Haec quidem intrabit, illa vero foras egreditur. h. e. intrare solet. In ἔργοις v. 523.

Νυχίη κατελέξεται ἔνδοθεν οἴκου.

Noctu cubare solet intra domum.

Et v. 370.

Πίσεις δ' ἄρα ὁμῶς καὶ ἀπιστίη ὤλεσαν ἄνδρας.

Credulitas pariter ac diffidentia perdere solet homines. Et. v. 443.

Ῥεῖα δ' ἀφείλετο φαινομένην ἐθέλουσά γε θυμῷ.

Facile vero auferre solet apparentem volens saltem animo. Interpretes Latini: *abstulit.* Et v. 284. Ζεὺς δέ τε Ἶριν ἔπεμψε. *Iupiter tum Irim mittere solet.* Theogon. v. 7.

Ἀμφοτάτω Ἑλικῶνι χορὸς ἐνεποιήσαντο Καλαί.

Summo in Helicone choreas ducere solent pulcras.

Sic et Scriptores in oratione pedibus soluta loquuntur frequenter, vt et Sacri. Marc. XIV, 12. ὅτε τὸ Πάσχα ἔθυον, quo tempore Pascha mactare solent, et XV, 6. ἀπέλυε solebat dimittere. Sic et Latini hoc tempore vtuntur, hinc in versione retinui. Horat.

Non hic cuiquam parcet amico.

hoc est, parcere solet. Pers. Sat. II.

At bona pars procerum tacita libabit acerra.

hoc est, libare solet, vt bene ibi πολυμαθέστατος Casaubonus, quem vide, qui et Hebraeos hoc genere loquendi vsos esse docet. a quo nec Graecos abhorrere, quod non a quoquam antehac obseruatum esse memini, hi loci Hesiodi argumento sunt. Aoristis quidem hanc vim inesse tralaticium est, vt et apud nostrum 240.

Τοῖσιν δ' ἐρανόθεν μέγ' ἐπήγαγε πῆμα Κρονίων.
Illis autem coelitus magnum importare solet malum Iupiter.

et saepe alias. Theogon. v. 87.

Αἶψα τε καὶ μέγα νεῖκος ἐπισσαμένως κατέπαυσε.
Statim etiam magnam contentionem scite dirimere solet.

v. 187. Οὐδὲ θεῶν ὄπιν εἰδότες] Imperite Interpretes; *Neque Deorum oculum veriti.* Verte: *neque Deorum iram veriti.* Inferius v. 252. θεῶν ὄπιν ἐκ ἀλέγοντες, *Deorum animaduersionem non curantes.* Vbi iterum Interpretes sine sensu: *Nullam Deorum reuerentiam curantes.* Homerus Iliad. π.

Οἱ βίῃ εἰν ἀγορῇ σκολιὰς κρίνωσι θέμιστας,
Ἐκ δὲ δίκην ἐλάσωσι, θεῶν ὄπιν ἐκ ἀλέγοντες.

Hic Interpretes: *Deorum rationem nullam habentes*, quod ferri posset, vt apud Herodotum Calliope: οὔτε δαιμόνων, οὔτε θεῶν ὄπιν ἔχοντας. *Neque Geniorum, neque Deorum rationem habentes.* At Ὀδυσσ. Φ. v. 29.

Σχέτλιοι ἠδὲ θεῶν ὄπιν ἠδέσατ' ἠδὲ τραπέζαν.

Interpretes rursus insite vertunt: *Deorum prouidentiam reueritus.* In omnibus his locis ὄπις est ira, poena, vindicta, animaduersio. Hesych. ὄπιδα, ἐπισροφὴν, ἐντροπὴν. Item: ὄπις, περισροφὴ, φωνή. Corruptissime. lege: ἐπισροφὴ, ποινή. Noster in Theogonia, 222. de Parcis:

Οὐδέποτε λήγουσι θεαὶ δεινοῖο χόλοιο,
Πρίν γ' ἀπὸ τῷ δώωσι κακὴν ὄπιν, ὅς τις ἁμάρτῃ.
Non ante deponunt Deae grauem iram,
Quam ab illo poenas sumserint magnas, qui peccauit.

Vnde et Nemesis ὄπις, et Ionice Οὖπις dicitur in Inscriptione Herodis Attici:

Ἤτ' ἐπὶ ἔργα βροτῶν ἐλάεις Ῥαμνέσιας Οὖπις.
Quae facinora hominum punis Rhamnusias Vpi.

Vt bene emendauit et exposuit maximus Salmasius. Quam appellationem Nemesis quidem ἀπὸ τῆς ὄπιος accepit, non tamen hoc nomine, quod ὄπιν seu curam gerat rerum humanarum, sed quod animaduertat et puniat mala et improba audacium et insolentium hominum facinora. Quas Nemesios partes esse nemo ignorat. Εἰδότες apud Hesiodum sunt Φοβέμενοι. Hesych. εἰδεῖεν, ἐφοβεῖτο. γ. 190. pro ἐξαλαπάξει MS. II. ἐξαλμπάζει. Male.

v. 199.

v. 199. Ἀθανάτων μετὰ φῦλον ἴτον] Φῦλον ἐνικῶς apud Graecos Scriptores in hac notione non legitur. Itaque hic locus mihi mendi dudum fuit suspectus, quod deterſit MS. II. ex quo legendum φῦλ' ἴτην. ἴτην fuit etiam in codice Palatino et conſpicitur in margine Stephanianae editionis. Hinc et ſtatim προλιπόντε non προλιπόντες. Ἀθανάτων φῦλα ſunt Dii. et ſic vertendum, non vt vulgo. *familiae Deorum.* ſic ſuperius φῦλ' ἀνθρώπων ſunt homines, φῦλα γυναικῶν mulieres.

v. 207. Δαιμονίη τί λέλακας] MS. I. λέληκας. probat Tzetzes.

v. 210. Ἄφρων δ' ὅς κ' ἐθέλοι] Verſum iſtum et ſequentem obelis ſuis confodit Ariſtarchus, quia brutis non conveniant γνῶμαι, ſententiae. Et mihi videtur abſurdum. Ἐπιμύθια enim a λογοποιοῖς ſolent addi. Itaque iam olim perſuaſum mihi fuit accuratius de hoc loco cogitanti ab antiquiſſimis temporibus hos verſus laborare traiectione, qui ſic reſtituendi ſint ſuo ordini:

Δεῖπνον δ' αἴκ' ἐθέλω ποιήσομαι, ἠὲ μεθήσω.
Ὣς ἔφατ' ὠκυπέτης ἴρηξ τανυσίπτερος ὄρνις.
Ἄφρων δ' ὅς κ' ἐθέλοι πρὸς κρείσσονας ἀντιφερίζειν,
Νίκης τε ςέρεται, πρός τ' αἴσχεσιν ἄλγεα πάσχει.

In hac opinione me confirmauit Manuſcriptus prior Voſſianus, in quo idem ordo ſeruatur, niſi quod ſequens verſus Ὦ Πέρση, σὺ δ' ἄκουε δίκης male praecedat ἐπιμύθιον. Sic enim ille liber, recens quidem, ſed ex optimo exemplari deſcriptus hos verſus digerit:

Ὣς ἔφατ' ὠκυπέτης ἴρηξ τανυσίπτερος ὄρνις,
Ὦ Πέρση, σὺ δ' ἄκουε δίκης μηδ' ὕβριν ὄφελλε.
Ἄφρων δ' ὅς κ' ἐθέλοι, etc.

Tzetzes totam huius fabulae, quae eodem ordine in exemplaribus eius tunc deſcripta erat, vt nunc in noſtris, σύνταξιν damnat, non verborum, quaſi aliquid σόλοικον, aut σολοικοφανὲς hic ſit commiſſum, vt viri docti ceperunt, ſed ſententiae et totius orationis, quae non videtur commode cohaerere. Hinc et ipſe verſus alio locat ordine, quam quem vulgo tenent. Vide eius commentarium.

CAPVT VI.

Ἐσθλὸς. Bonus. Δειλὸς. Hesiodus ter explicatur. Ἰθεῖαν νέμειν. Ἐξελάσωσι. Ἔργα θαλίης. Hesiodus quater emendatus. Ἀπαυρεῖν. Ἐπαυρεῖν βασιλῆος, ἀνδρὸς, κακοξείφίας. Interpretum Homeri et Hesiodi aliquot errata. Κυδρὸς. Ὀνοτάζειν δίκην. Πετηνὸς. Hesiodi non intellecto loco lux. Δικαια. Ἀλήθεια. Βλάπτειν δίκην. Versus Hesiodi suppositicius indicatus.

v. 214. Ὕβρις γάρ τε κακὴ δειλῷ βροτῷ. ἐδὲ μὲν ἐσθλὸς Ῥηϊδίως Φερέμεν δύναται] Ἐσθλὸς, vt recte vidit Plutarchus hoc loco est ὁ τῇ τύχῃ καὶ τῇ δυνάμει προέχων, potens, nobilis, diues, vt apud Latinos, *bonus*. Flor. I. 7. *Ipse in senatum caedibus, in omnes superbia, quae crudelitate grauior est bonis, grassatus.* Plaut. Curc. IV, 1, 14. *In foro infimo boni homines atque diuites ambulant.* Cic. IX. ad Att. 12. *Aediles ludos parant? viri boni vsuras perscribunt.* Apud quem infinita sunt fere exempla. Δειλὸς contra est tenuis, inops. Glossae MS. Vossii, et Graeci magistri Δειλῷ, ἀγεννεῖ, ἀσθενεσέρῳ. Hunc sensum esse huius loci ex praecedente fabula quoque intelligitur. In versu antecedente ἄκουε δίκης est obtempera iustitiae, sequere iustum. Inferius v. 273. ἐπαυρεῖν δίκης.

v. 219. Αὐτίκα γὰρ τρέχει] Hunc Versum optime ὁ πάνυ interpretatur. Significat enim Hesiodus religionem iurisiurandi, qua se iudices obstringunt, violari, simul ambitioni subscribunt aut gratiae, aut largitionibus corrumpuntur; hanc vero laesam fidem sacramenti sequi poenam periuris debitam. Nam versu sequente ἑλκομένης est ἀγομένης βιαίως, σὺν βίᾳ, ius quod aut gratia inflectitur, aut potentia perfringitur, aut pecunia adulteratur, et violenter opprimitur, vt Cicero inquit.

v. 222. Ἦθεα λαῶν] Stultissime Interpretes: *mores populi.* Ἤθη hic sunt διατριβαὶ, τόποι, vici, domus, sedes populi qui tales iniustos habent magistratus. v. 525.

Ἐν τ' ἀπύρῳ οἴκῳ καὶ ἐν ἤθεσι λευγαλέοισιν.
In frigida domo, in aedibus tristibus.

Nihil tritius.

v. 224. Καὶ ἐκ ἰθεῖαν ἔνεμαν] Ridicule Interpretes: *neque recte distribuunt.* Ἰθεῖαν νέμειν Aristoteli V. Ethic. est δίκαια νέμειν, ius reddere, in sequente versu, δίκας διδόναι ἰθείας. *rectam ferre sententiam.* Optime hunc locum interpretatur Eustathius ad Iliad. ψ.

Ei

Εἰ δ' ἄγ' ἐγὼν αὐτὸς δικάσω, καί μ' οὔτινα φημὶ
Ἄλλον ἐπιπλήξειν Δαναῶν· ἰθεῖα γὰρ ἔσαι.
Age ipse iudicabo et me nullum puto
Reprehensurum Graecorum. rectum erit iudicium.

Vbi Eustathius notat ad ἰθεῖα subintelligi δίκη. Τὸ δὲ ἰθεῖα ἐλλειπῶς καὶ αὐτὸ εἴρηται. Εἴληπται γὰρ ἀπὸ κοινῆς τὸ δίκη ὄνομα ἐκ τῆς δικάσασθαι ῥήματος. εἰς δὲ σαφήνειαν τῆς τοιαύτης λέξεως χρήσιμον καὶ Ἡσιόδῳ τὸ ἰθεῖαν ἔνεισαν, ἤτοι τὴν εὐθυτάτην δίκην. In hoc versu legitur in vtroque MSto οἵ τε μιν ἐξελάσωσι pro ἐξελάσσι. Optime. Hom. Iliad. π.

Οἱ βίῃ εἰν ἀγορῇ σκολιὰς κρίνωσι θέμιστας,
Ἐκ δὲ δίκην ἐλάσωσι, θεῶν ὄπιν οὐκ ἀλέγοντες.

v. 231. Θαλίης δὲ μεμηλότα ἔργα νέμονται] Hic vero mirifice Interpretes: *In conuiuiis autem partis opibus fruuntur.* Vnde hanc versionem exsculpserint, quid viderint, legerintque ego quidem exputare nullus possum. Quid enim a Poëtae verbis comminisci poterant remotius? vbi partarum opum mentio? Hinc non immerito olim a viris doctis haec versio fuit improbata. Sed nec hi, quod pace illorum dixerim, plus viderunt. Volunt θαλίης μεμηλὸς esse per idiotismum Poëtis familiarem θάλλον, legendumque θαλίῃ μεμηλότες ac vertendum fructus colligunt florentes. Haec quidem eruditionis et acuminis specie blandiuntur, sed reuera a Graecae linguae indole abhorrent et mente Poëtae. Sensus est simplicissimus per θαλίης μεμηλότα ἔργα intelligi ipsa conuiuia, sicut ἔργα Ἀφροδίτης sunt συνουσίαι. ἔργα Ἄρηος bella: seu opera pertinentia ad conuiuia, quae grata sunt conuiuis. θαλίης μεμηλότα ἔργα νέμονται, exercent opera grata conuiuis est id ipsum quod superius dixerat τερπονται ἐν θαλίης, conviuia celebrant. Νέμεσθαι θαλίας vt apud Pindarum νέμεσθαι αἰῶνα. Δάκρυες νέμονται αἰῶνα. hoc est, διάγουσι, vt scholia antiqua exponunt. Superius apud nostrum v. 119. Οἱ δ' ἐθελημοὶ Ἥσυχοι ἔργα νέμονται σὺν ἐσθλοῖσιν πολέσσιν. *Illi vero pro arbitrio Tranquilli res suas curabant cum bonis multis*, siue viuebant sine curis. Vbi itidem male Interpretes: *Ipsique vltro Quieti partis fruebantur.* Nimirum, qui iustitiam colunt, illos Poëta affirmat, aureae aetatis hominibus similem vitam agere, in perpetuo gaudio sine curis et moerore. Hinc et addit illos non currere per maria et vndas, sed contentos coenis terrestribus, et post quas non lauandae sunt manus, et quos humus fert fructibus pasci, aeque vt illi beati seculi mortales. Proclus sic hunc locum intellexit: homines iustos viuere semper in conuiuiis, et in iis agere opera

ad agriculturam pertinentia. In MS. I. legitur θαλείης. In 2. θαλίης, in caſu ſecundo. In praecedente verſu liber I. ἰθοδίκῃσι.

v. 233. Ἄκρῃ μέν τε Φέρει βαλάνους, μέσση δὲ μελίσσας] MS. I. ἄκρῃ, μέσσῃ. Videtur Tzetzes hanc lectionem agnouiſſe, qui exponit ἐν ἄκρῃ, ἐν μέσσῃ. Vulgata tamen lectio melior. v. 237. pro νείσσονται MS. I. νύσσονται.

v. 240. Πολλάκι καὶ ξύμπασα πόλις κακῆ ἀνδρὸς ἐπαυρεῖ] MS. I. ἀπήυρα. Sic legit Aeſchines oratione contra Cteſiphontem, Tzetzes, antiquus Scholiaſtes Pindari ad Pythionic. III. Euſtathius ad Iliad. α. cuius verba ſunt: ἵνα λέγῃ σεμνῶς καὶ εὐφήμως, πάντες ἐπαύρωνται βασιλέως τέτε κακῆ, κατὰ τὸ,

Πολλάκι καὶ ξύμπασα πόλις κακῆ ἀνδρὸς ἀπήυρα.

ἔνθα ὅρα τὸ ἀπαυρεῖν ταὐτὸν ὂν τῷ Ὁμηρικῷ ἐπαυρεῖν, διὸ καλῶς ἡ αὐτῶν ἑρμηνεία. Apud Heſiodum, inquit, ἀπαυρεῖν eamdem vim habet quam apud Homerum ἐπαυρεῖν. Ecquis dubitet Heſiodum ſcripſiſſe ἀπήυρα, quod poſtea ſcioli moti vocis inſolentia in hac notione mutarunt? Ἐπαυρεῖν enim pro ἀπολαύειν poenas dare, damno affici frequenter apud Homerum alioſque legerant, ſed ἀπαυρεῖν in hac ſignificatione non niſi in hoc Heſiodi loco, niſi me fugit memoria, reperitur. Alioquin pro ἀφαιρεῖν et apud Homerum et apud noſtrum ſaepius legitur. Non dubitaui reddere ſuam lectionem Heſiodo fundatam tot antiquorum Scriptorum auctoritate; quamuis editi libri repugnent omnes. Ceterum verba illa Homeri, ad quae Euſtathii ſcholion laudauimus, Iliad. α, ἵνα πάντες ἐπαύρωνται βασιλῆος, Latini Interpretes tranſtulerunt: *vt omnes fruantur rege.* poterantne inſulſius? ἐπαύρωνται βασιλῆος eſt plectantur propter regem, luant regis ſtultitiam. Nec melius. Iliad. ζ.

Τέτῳ δ' οὔτ' ἄρ νῦν φρένες ἔμπεδοι οὐδ' ἄρ' ὀπίσσω
Ἔσσονται· τῷ κέν μιν ἐπαυρήσεσθαι ὀΐω.
Huic enim neque animus conſtans eſt, neque in poſterum
Erit; idcirco ipſum poenas daturum puto.

Sic vertendi hi verſus. Iliad. ε.

Οὐ μάν οἶδ' εἰ αὖτε κακοξεσφίης ἀλεγεινῆς
Πρώτη ἐπαύρηαι.
Neſcio an non inſidiarum infelicium
Prima poenas luas.

Similiter peccarunt Latini Interpretes inferius apud Heſiodum v. 419. Πλεῖον δὲ νυκτὸς ἐπαυρεῖ, hoc eſt, *magis autem nocte laborat*, ſubintelligitur hic καμάτε. πλεῖον καμάτε ἐπαυρεῖ maiores capit labores. Illi inepte: *magis autem nocte fruitur.*

Ἀπαυ-

Ἀπαυρεῖν, et ἐπαυρεῖν βασιλῆος, ἀνδρὸς, κακοξείνης sunt loquutiones conciſae, in quibus ſubintelligitur κακὸν et ἕνεκα, aut ἕνεκα. vt integra ſint ἐπαυρεῖν κακὸν ἕνεκα βασιλῆος, ἢ κακοξείνης. ſane κακὸν additur Ὀδυσσ. σ.

Μήπω τι κακὸν μὲν μεῖζον ἐπαύρῃς.

Ne maius malum capias. Sic et ἐπαύρεσθαι ἀγαθὸν apud Andocidem. Similiter inferius Theog. v. 882. κρίνεσθαι τιμάων ſc. ἕνεκα. *certare de honoribus.* Tales ellipſes Graecis Scriptoribus tam qui ſoluta, quam qui pedibus conſtricta vtuntur oratione, non ſunt infrequentes.

v. 248. Καταφράζεσθε καὶ αὐτοὶ τήνδε δίκην] Eſt, *Conſiderate et ipſi hanc poenam*, quae iniuſtis magiſtratibus et iniquis infligitur hominibus. Reſpicit enim ad illam δίκην, de qua paucis abhinc verſibus egerat:

Τοῖς δὲ δίκην Κρονίδης τεκμαίρεται εὐρύοπα Ζεύς.

ſane quam inficete Latini Interpretes hic: *Conſiderate hanc iuſtitiam.*

v. 258. Σκολιῶς ὀνοτάζων] Ὀνοτάζων Euſtathius exponit μεμφόμενος. Heſych. ἐνφυλίζων, ὑβρίζων. Proclus παραχαράττων, vt apud Cic. *adulterare pecunia ius.* quod qui faciunt contumelia Deam afficiunt. Paullo ante παραπλίνειν δίκας Cic. eſt *inflectere ius gratia.*

v. 257. Κυδνὴ τ' αἰδοίη] MS. II. κυδρὴ, et Proclus: ἀπὸ τῆ κῦδος, inquit, γίνεται κυδρὸς, καὶ κυδρὴ, ὡς ἀπὸ τῆ ἔχθος ἐχθρός. Sic et Etymol. Magni auctor et Heſychius: κυδρὴ, ἔνδοξος, σεμνὴ, τιμία, ἔντιμος. Hom. Διὸς κυδρὴ παρακοιτις. Κυδνὸς nihili vox eſt. Reſtitui hanc vocem κυδρὸς inferius Heſiodo in Theogon. v. 318, et 442. Vide et Hom. Iliad. σ. v. 184, et Ὀδ. λ. v. 579.

v. 261. Ἀτασθαλίας βασιλέων] Vterque MS. Voſſianus, Palatinus, editio Iſingrini: βασιλήων probante Tzetze, qui ait λη et ων coaleſcere in vnam longam.

v. 265. Pro οἳ αὐτῷ MS. I, οἵ θ' αὐτῷ.

v. 267. Πάντα ἰδὼν Διὸς ὀφθαλμὸς] Hunc cum ſequentibus ſex verſibus expungit Plutarchus. vide Proclum.

v. 273. Δία τερπικέραυνον] MS. I. Δία μητιόεντα. Gloſſa MS. βελευτικόν.

v. 277. Οἰωνοῖς πετεεινοῖς] Vterque Codex Voſſianus: πετηνοῖς. Sic etiam Moſchopuliani codices: πετεηνὸς, inquit, ποιητικῶς, κοινῶς δὲ πτηνὸν καὶ πετεεινόν. Apud Porphyrium de abſtinentia, vbi hos verſus laudat, animalium, extat quoque πετεηνοῖς.

v. 280. Εἰ γάρ τις κ' ἐθέλῃ τὰ δίκαι' ἀγορεύειν Γινώσκων] Nec Graeci nec Latini Interpretes hunc locum ceperunt.

runt. δίκαια non ſunt iuſta, quod omnes exiſtimant, ſed ἀληθῆ vera, vt ex ἀντιθέσει patet. Verum autem pro iuſto, et iuſtum pro vero in vtraque lingua frequens eſſe in tanta litterarum luce multis docere putidum eſt. Priſcianus lib. XVIII. *Iuſtum pro vero et verum pro iuſto frequenter tam nos quam Attici ponimus.* Inferius 768. ἀλήθεια pro iuſtitia:

Εὖτ' ἂν ἀληθείην λαοὶ κρίνοντες ἄγωσιν.

Cum in rebus agendis populus eſt *occupatus. in iure dicendo.* κρίνειν ἀληθείαν eſt, res agere, ius dicere. Hinc et in ſacris μαμμωνᾶς τῆς ἀδικίας, et μαμμωνᾶς ἄδικος, ſunt opes non verae, fluxae nimirum et hae caducae, quae opponuntur μαμμωνᾷ ἀληθινῷ, opibus veris, diuinis ſcilicet. Sane ἀδικία in ſacris litteris nonnumquam eſt mendacium. Ioann. VII, 18. 1 Cor. XIII, 6. Sic et apud Latinos *veritas* pro iuſtitia. Cic. XIII. ad Fam. 57. *Vt ſuum negotium habeat cum populo Sardiano, pro cauſae veritate, et pro ſua dignitate conficiat.* Pro Coelio: *Equidem vos ducam a teſtibus, neque huius veritatem iudicii, quae mutari nullo modo poteſt, in voluntate teſtium collocari ſinam.* Alia quamuis multa notarunt viri docti, praecipue Ioan. Frid. Gronouius ad Senecam et Tacitum. Et in lingua Hebraea, Syra, et Arabica vna eademque voce iuſtitiam et veritatem denotari praeclare docuit vir inſignis Ludouicus de Dieu.

v. 283. Ἐν δὲ δίκην βλάψας] Βλάπτειν δίκην eſt hic iuſtitiam impedire, falſum ſcilicet teſtimonium perhibendo; impedire ne iudices poſſint ſecundum illum dare, a quo ius et fas ſtat. Sic βλάπτειν apud Homer. Ὀδυσσ. N.

Αὐτὸς ἰὼν διὰ νηὸς ὑπὸ ζυγὰ, μήτιν' ἑταίρων
Βλάπτοι ἐλαυνόντων, ὁπότε σπεροχοίατ' ἐρετμοῖς.
Ipſe iuit per nauem ſub tranſtris ne aliquem ſociorum
Impediret propellentium nauem, quia properabant, remis.

Vtrobique Latini Interpretes male: *laederent.* Apud Poëtam hunc, alibi quoque huius ſignificationis τὸ βλάπτειν occurrunt exempla.

v. 288. Ὀλίγη μὲν ὁδὸς] Plato II. de Rep. et Xenophon. II. Ἀπομνημ. legunt λείη, optime.

v. 291. Εἰς ἄκρον ἵκηται] Hunc locum miror inquinatum etiam nunc in omnibus circumferri editionibus, quum pridem ſit emaculatus ab Heinſio, Scaligero, Meurſio, qui ἵκηαι legendum eſſe praeceperunt, vt omnes veteres Interpretes qui explicant ἔλθῃ. Sed iam olim Eraſmus in adagiorum farragine rectam lectionem propoſuerat, et in verſione ſecutus erat. Lucianus in νεκυομαντείᾳ verſus Heſiodi vocat πάνθημα ἔπη celebres et omnibus notos. Hunc locum pulcre

imitatur

imitatur Silius Italicus, vbi Virtus sic alloquitur Scipionem dubium animi, virtutine se dederet, an voluptati.

Ardua saxoso perducit semita cliuo,
Aspera principio, nec enim mihi fallere mos est,
Prosequitur labor ad nitendum intrare volenti.

Vide quoque Catalecta Virgilii de littera Pythagorae.

v. 293. Ὃς αὐτῷ πάντα νοήσει] Haec inepta lectio omnes foedauit editos libros. Antiquam tamen, et veram nobis seruauit Aristoteles I. Ethic. ad Nicom. cap. 4. Clemens Alexandrinus III. Paedagog. cap. 8. Aristides in λόγῳ πρώτῳ Ῥητορικῆς, Plutarchus aliique, qui et hic pro αὐτῷ legunt αὐτὸς, et v. 296. ὃς δέ κε μήτ' αὐτὸς νοέῃ. Et Zeno in sua imitatione:

Κεῖνος μὲν παναρίστος ὃς εὖ εἰπόντι πίθηται,
Ἐσθλὸς δ' αὖ κἀκεῖνος ὃς αὐτὸς πάντα νοήσει.

Sic enim isti versus leguntur apud Diogenem Laërtium. Hos tantos auctores qui non sequitur, nae ille miser iratis Musis natus est. Et licet absque his esset, ipsa tamen Graecae linguae indoles facile non oscitantem lectorem deprauationis, quae nostras editiones contaminat, admoneret.

v. 294. Φρασσάμενος τὰ κ' ἔπειτα] Non agnoscitur hic versus ab omnibus illis antiquissimis Scriptoribus, quos hoc loco vsos esse diximus, nisi ab Aristotele. In vetustis tamen codicibus fertur desiderari. Sane nec Eustratius qui reliquos exponit, huius meminit, vt et alii prisci Aristotelis Interpretes. Nec Latinis fuit cognitus, qui hunc locum in sua transtulerunt scripta. Liu. 32. *Saepe ego audiui milites eum primum esse virum, qui ipse consulat quid in rem sit: secundum eum qui bene monenti obediat: qui nec ipse consulere nec alteri parere sciat esse extremi ingenii.* Cic. in Cluentiana: *Sapientissimum esse dicunt eum, cui quod opus sit veniat in mentem: proxime accedere illum, qui alterius bene inuentis obtemperet.* Hesiodi tamen Graeci Interpretes in suis libris illum inuenerunt, vt ipsorum declarant explicationes. Hinc vero apparet non heri aut nudius tertius, sed ante multa saecula hunc versum esse Hesiodo subiectum. Suppositicium enim esse et Poeta indignum ego quidem nullus dubito.

CAPVT

CAPVT VII.

Heſiodi inſignis locus explicatus contra omnium Interpretum ſententiam. Ἐν θυμῷ βάλλεσθαι. Ἀκούειν. Μέτρια ἔργα. Heſiodo et Theocrito lux. Μετρίως λέγειν. Μέτριος. Commodus. Epitaphium Heſiodi, quod Pindaro tribuitur, emaculatur. Μέτρα σοφίης. Heſiodus ſaepe expoſitus, aliquoties emendatus et ab Interpretum inſcitia vindicatus. Ὀπάζειν, κατοπάζειν. Tzetzes emendatus. Καὶ. Εὐνὴ. Ἀλιταίνειν. Γήραος ὀδός.

v. 296. Μήτ' ἄλλα ἀκούων ἐν θυμῷ βάλληται] Ex verſione Latina et Interpretibus Graecis huius loci ſenſum nemo eruat. Quid enim eſt? *Neque alium audiens id in animum admittit.* Notiſſimus Helleniſmus omnes fugit. Ἀκούων ἐν θυμῷ βάλληται, eſt ἀκούειν ἐν θυμῷ βάλληται. *neque alii parere in animum inducat.* Ἐν θυμῷ βάλεσθαι eſt in animum inducere, vt βεβλημένος εἰς νῆν apud Chryſoſtomum qui in animum induxit, et vt faceret conſilium cepit, vt eleganter notauit vir magnus Gu. Budaeus, quem tamen mirot in eodem loco hunc Heſiodi verſum exponere: *nec cum ab alio audiuerit animaduertit et in memoria verſat.* Sed ἀκούειν hic eſſe parere, obſequi, dicto audientem eſſe, vt ſaepe, et ex ſenſu verborum et interpretatione Liuii, qui *alii parere ſtiat* expoſuit, facile erat animaduertere. In eumdem impegerunt lapidem Interpretes inferius v. 709.

— — Εἰ δέ κεν ἄρχῃ
Ἤ τι ἔπος εἰπὼν ἀποθύμιον, ἠὲ καὶ ἔρξας.

Si autem ceperis aut verbum aliquod dicere ingratum, aut facere. vulgo vertunt: *ſi ceperis locutus, faciens.*

v. 300. Εὐζέφανος Δημήτηρ] Graeci magiſtri neſcio quas comminiſcuntur ineptias cur Ceres εὐζέφανος dicatur, quas excutere non eſt operae. An hoc vlli Poetae Interpreti poteſt obſcurum eſſe, Cereri dedicari coronas ſpiceas, et illis ſemper ornatam eam Diuam conſpici? Numnus aureus.



Vide

Vide et argenteum apud Fulu. Vrſinum in familia Caſſia Ouid.

Feſta piae Cereris celebrabant annua matres,
Illa, quibus niuea velatae corpora veſte
Primitias frugum dant ſpicea ſerta ſuarum.

Idem in Amor.

Flaua Ceres tenues ſpicis redimita capillos.

Tibullus:

Flaua Ceres tibi ſit noſtro de rure corona
Spicea, quae templi pendeat ante fores.

Horat. carm. ſaeculari:

Fertilis frugum pecoriſque tellus
Spicea donet Cererem corona.

v. 304. Ἶηλος ὀρμὴν] Malui, *ſimilis cupiditate*, quam cum Interpretibus *ſtudio*. Tzetzes ὀργὴν exponit. Heſych. Ὀρμὴ, βελὴ, ἐπιθυμία. Κόθυρος eſt vocula μονήρης, de cuius expoſitione varia vide Proclum. Heſych. Κόθυρος, ἀργὸς, ἄκεντρος. Eadem Phauorinus, et addit: κόθυρος καὶ ὁ κλέπτης καὶ ὁ κρύπτων.

v. 306. Σοὶ δ' ἔργα φίλ' ἔσω μέτρια κοσμεῖν] Verte: *Tibi vero curae ſit opera decentia curare.* ἔργα μέτρια ſunt, vt bene Scholiaſtes Voſſianus, ἔργα πρέποντα, ſiue, vt Tzetzes, μὴ ἀπρεπῆ. Monet fratrem ne otii ac ignauiae blandiſ tiis malis rebus et operibus animum applicet, et cupiditate auferatur alieni laboris fructus intercipiendi, vt ſuci illi qui miſerorum ſudore et laboribus paſcuntur; ſed potius in talibus occupetur operibus quae ſe viroſque bonos decent. Haec ſunt μέτρια ἔργα quae opponit ἔργοις ἀεργῶν. Μέτριος eſſe μέγας, ἔξοχος in animum equidem ego inducere non poſſum, quum potius veteribus Criticis ſit μικρὸς. Heſych. μέτριοι, μικροὶ· μετριοπαθὴς, μικρὰ πάσχων. Apud Platonem vero μετρίως λέγειν eſt conuenienter loqui, commode dicere et pro rei dignitate, quae maxime ad rem faciunt, vt apud Thucydidem lib. 2. Χαλεπὸν γὰρ τὸ μετρίως εἰπεῖν, ἐν ᾧ μόλις καὶ ἡ δόκησις τῆς ἀληθείας βεβαιεῖται. Ibi optime Scholiaſtes vetus: μετρίως, συμμέτρως, ἀξίως. In Theocriti epigrammate: μέτριος ἦν ἐν πᾶσιν, non eſt, excelluit in omnibus, ſed, moderatus fuit in omnibus, modum in omnibus rebus tenuit, fuit vbique modeſtus. Hi enim dicuntur μέτριοι. Heſych. μέτριοι, ἐπιεικεῖς. Apud Demoſthenem μέτριοι et ἐπιεικεῖς coniunguntur. Quod hominum genus, quia ſingulari morum facilitate eſt et humanitate, μέτριοι τὰ ἤθη Ariſtoteli IV. Ethic. dicuntur, homines commodi, faciles, homines commodis moribus. Cic. pro Muraena: *Nemo Catone pro-*

auo tuo commodior, comior, moderatior fuit, ad omnem rationem humanitatis. Id. de amicitia: *Atque hoc quidem videre licet, eos qui antea commodis fuerunt moribus, imperio, poteſtate, proſperis rebus immutari.* Epitaphium vero Heſiodi, quod Pindaro tribuitur, foediſſime deformatum eſt. Vulgo ſic legitur:

Χαῖρε δὶς ἡβήσας, καὶ δὶς τάφε ἀντιβολήσας,
Ἡσίοδ' ἀνθρώποις μέτρον ἔχων σοφίης.

Caelius vertit:

Salue cui pubes; tumuluſque bis obtigit vnus,
Tu ſapis Heſiode, quantum homini ſapere eſt.

Sic quiduis ex quouis poteſt verti. Quid eſt ἀνθρώποις μέτρον ἔχειν σοφίης? Qui ἐλλειπῶς ἀνθρώποις pro ἐν ἀνθρώποις poſitum contendent, illi ſilices poſſunt concoquere. Nihil hac lectione abſurdius. Veram, elegantem, dignam auctore illius epigrammatis, quicumque ſit, accipe ex MSto Voſſiano:

Ἡσίοδ' ἀνθρώποις μέτρα χέων σοφίης.
Heſiode hominibus tradens ſapientiam, ſiue *praecepta ſapientiae.*

Totidem litteris in illo Codice ſcriptum legimus, niſi quod corrupte. Ἡσίοδε pro Ἡσίοδ'. μέτρα σοφίης eſt loquendi genus Poetis familiare pro σοφίη, vt ſupra μέτρον ἤβης, pro ἤβη. v. 131. vide ibi notas.

v. 314. Δαίμονι δ' οἷος ἔησθα] Interpretes Graeci mire hic argutantur. Omnes δαίμονα capiunt pro τύχῃ, hoc, vt videtur, ſenſu, cuiuſcunque ſortis et conditionis fueris. Δαίμονες hic eſſe quod Aeſchylo κρείττονες, non aſſequor. Eſt, vt verum fatear, mira locutio, quam ita iudico exponendam eſſe: τοιοῦτος ἔησθα σὺ οἷος δαίμων. hoc eſt, ἴσος εἰς θεῷ ſimilis Deo es. vt apud Xenophontem: χαριζόμενον οἵῳ σοι ἀνδρὶ, pro χαριζόμενον τοιούτῳ ἀνδρὶ οἷος σύ. Et apud eumdem: ἡμεῖς δὲ ἐγνωμεν τοῖς οἵοις τε ἡμῖν καὶ ὑμῖν, χαλεπὴν πολιτείαν εἶναι δημοκρατίαν. pro τοῖς τοιούτοις οἵοι ἡμεῖς καὶ ὑμεῖς, vt haec duo loca Stephanus recte exponit. Senſus Poetae eſt, ſi labore tibi victum comparaueris, beatus eris. Terent. *Deus ſum ſi ita eſt.*

v. 318. Ἡδ' ὀνίνησι] MS. I. ἠδ', II. ἠτ'. lege: Αἰδὼς ἠδ' ἄνδρας μέγα σίνεται, ἠδ' ὀνίνησι. *Pudor alius vehementer obeſt, alius vero prodeſt.* Verſu ſequente in vtroque MS. πρὸς ἀνολβίαν, et πρὸς ὄλβον. niſi quod in ſecundo vitioſe ὄλβων. Ὄλβον etiam Palatinus codex habet, vtrumque Tzetzes et Stobaeus.

v. 321. Χερσὶ] Latini hoc vnitatis numero malunt exprimere *Manu agere.* Florus: *Matrimonia manu capta.* nihil notius.

notius. v. 326. Ἀνέρι τῷ tritissima Poetis Graecis enallage pro ἀνέρος τοῦ. vtrumque Latinos Interpretes fugit. pudet haec annotare.

v. 324. Αἰδὼ δέ τ' ἀναιδείῃ κατοπάζῃ] MS. I. Voss. αἰδὼς δ' ἐτ' ἀναιδίῃ κατοπάζῃ. alii libri αἰδὼς δέ γ' ἀναιδείῃ κατοπάζῃ, quod probat vir doctus et exponit: *pudor impudentiam sequatur, id est, postbabeatur.* sed ego vulgatam lectionem retineo, quae sic exponenda: *Pudorem vero cum impudentia vicerit.* Ὀπάζειν et κατοπάζειν est sequi iubere, vt victores solent victos, aut domini iubere solent seruos sequi. Apud Hom. ὀπάσσας, teste Eustath. est δοὺς ἕπεσθαι. Hesych. ὀπαζόμεναι, θεραπεύσασαι. ὀπαδὸς, ἀκόλουθος, δοῦλος.

v. 325. Ῥεῖά τέ μιν μαυροῦσι θεοὶ] MS. II. Ῥεῖα δή μιν ἀμαυροῦσι. Proclus etiam videtur ἀμαυροῦσι legisse.

v. 327. Κακὸν ἔρξει] MS. II. ἔρξει cum editione Isingrina et pluribus aliis antiquioribus. sed rectius ἔρξει legitur. a ῥέζω est ῥέξω, et κατὰ μετάθεσιν ἔρξω, vt bene veteres magistri. Tzetzes hic foede corruptus est. Ἴσον, inquit, τῷ ἐπιόρκῳ δρᾷ, ὅς τις εἰς ἱκετεύοντα καὶ εἰς Φίλον, ἢ εἰς ἀλλοδαπὸν [ὡς ἔξει] καὶ ποιήσει βλαβερόν τι. Heinsius legit pro ὡς ἔξει, λέξει καὶ ποιήσει. Scaliger vncis incluſit. Vterque male. Scribendum: ἀλλοδαπὸν ἔρξει, καὶ ποιήσει βλαβερόν τι. Exponit quid sit ἐρξει. καὶ est ἤγαν, *hoc est*, exponendi vim habet. vt paullo post: τεῦ καὶ τινὸς. τεῦ, *hoc est*, τινὸς. Aristoph. Pluto: Κακῶς ἔπραττεν καὶ πένης ἦν. *Male egit, hoc est, pauper erat.* sic καὶ millies apud priscos Graecorum Scriptorum Interpretes. Emendationem nostram video firmari MSto Vossiano.

v. 329. Κρυπταδίης εὐνῆς] Est, *furtiui concubitus.* inepte Interpretes: *secreti lecti.* Εὐνὴ enim est συνουσία. Hom. Iliad. Ω.

Τέκνον ἐμὸν, τέο μέχρις ὀδυρόμενος καὶ ἀχεύων
Σὴν ἔδεαι κραδίην, μεμνημένος ἠδέ τι σίτου
Οὐτ' εὐνῆς.

Mi fili, quamdiu lamentans et dolens tuum cor comedis neque cibi neque Veneris recordans. Vbi Interpretes aeque imperite εὐνὴν cubile verterunt, vt hoc loco. Hos tamen potuisset huius erroris admonuisse Eustathius, si ipsum consuluissent. Qui asseuerat εὐνὴν esse μίξιν. praefatus propterea nonnullos hos versus ἀθετεῖν, quia οἱ ἀθληταὶ τὸν τοῦ ἀθλεῖν πάντα καιρὸν ἀπὸ ἐπλησίαζον τῇ γυναικί. sed et quae statim sequuntur εὐνὴν Homero esse συνουσίαν ostendunt: ἀγαθὸν δὲ γυναικί περ ἐν Φιλότητι μίσγεσθαι. *Bonum vero est cum muliere consuescere.*

fuescere. Phauorinus: Εὐνὴν δὲ μόνον τὴν κοίτην δηλοῖ ἀλλὰ καὶ τὴν συνουσίαν, ὡς ἐν τῷ δευτέρῳ τῶν γυναικείων παρὰ τῷ Ἱπποκράτει. Hinc et εὐνᾶσθαι est μίσγεσθαι γυναικί. Iliad. β. θεὰ βροτῷ εὐνηθεῖσα. Ὀδυσσ. ε. πυρὶ ἀνδράσιν εὐνάζεσθαι est cum viris consuescere. Paulo in litteris ad Romanos exaratis κοίτη eadem ratione est συνουσία, cum cap. XIII. vetat περιπατεῖν ἐν κοίταις καὶ ἀσελγείαις.

v. 330. Ἀλιτραίνεται] Reposui ex MS. II. et vetere Palatino, ἀλιταίνεται. vide Etymologicum Magnum. v. 331. γήραος ἐδὸς est ipsa senectus. Nec aliter Latine debet exprimi. Tales periphrases innumerae apud priscos Graecos Poetas occurrunt, vt de multis iam nos ipsi et alii viri docti monuerunt. Pleraeque abhorrent ab vsu et consuetudine Latinae linguae, in quam illas verbum de verbo exprimendo transferre imperitia est.

CAPVT VIII.

Θῦος, θύειν. Vetustissima sacrificia gramen, et alia quae tellus producit, non animalia. Κλῆρος ager. Χρῆμ' ἐγχώριον. Χῶρος. Χωρίτης. Tzetzes et Proclus correcti. Μιτρεῖσθαι. Καὶ. Hesiodus ter emendatus. Ἄρχεσθαι πίθου. βλαβερὸν. Obnoxius. Θυμὸς ἐν φρεσί. Multae Interpretum hallucinationes.

v. 338. Σπονδῇσι θύεσσι τε ἱλάσκεσθαι] MS. II. editio Stephani, Isingrini, aliaeque meliores: θυέεσσι. Itaque vt versus constet, legendum σπονδῇς θυέεσσι. Proclus etiam sic legisse videtur: Καὶ ἁγνῶς, καὶ καθαρῶς, καὶ θυέεσσι καὶ σπονδαῖς ἱλασκομένας. Latini vero Interpretes pessime vertunt: *Libaminibus atque hostiis placa.* Atqui de hostiis iam dixerat praecedente versu: ἐπὶ δ' ἀγλαὰ μηρία καίειν. *nitida femora adole.* Sic interpretare. ἀγλαὰ sunt nitentia adipe, qua cooperiebantur vt docet in Theog. Stulte igitur hic rursus hostias inculcet. Θῦος Graecis est θυμίαμα, odoramentum, odores, qui Diis adolentur, quod proprie vocant θύειν, hoc est, odoramenta accendere, quibus solis olim faciebant. Synes. hymno VII. de Magis:

Ἄγε δῶρα κομίζετε,
Σμύρνης ἀναγίσματα,
Χρυσᾶ τ' ἀναθήματα,
Λιβάνου τε θύη καλά.

Eia munera ferte Myrrhae libamina, Aurique donaria, Thurisque odores suaues. Θύειν enim est θυμιᾶν suffire, vt tradit Porphyr.

Porphyr. II. de abſtinentia animalium. Poſtea ad alia quoque quae Diis offerebantur munera translatum, et tandem ad victimarum mactationem. Porphyr. II. de abſtinentia animalium: Δένδρα μὲν γὰρ δὴ πρὸ ζώων ἀνέδωκεν ἡ γῆ. τῶν δένδρων καὶ πολὺ πρόσθεν τὴν ἐπέτειον γεννωμένην πόαν, ἧς δρεπόμενοι φύλλα καὶ ῥίζας καὶ τὰς ὅλας τῆς φύσεως αὐτῶν βλαστὰς, κατέκαιον· ταύτῃ τὰς φαινομένας ἐρανίας θεὰς τῇ θυσίᾳ δεξιώμενοι, καὶ διὰ τὸ πυρὸς ἀπαθανατίζοντες αὐτοῖς τὰς τιμάς. τέτοις γὰρ καὶ τὸ πῦρ ἀθάνατον φυλάττομεν ἐν τοῖς ἱεροῖς, ὃν μάλιστα αὐτοῖς ὁμοιώτατον. ἐκ δὲ τῆς θυμιάσεως τῶν ἀπὸ γῆς, θυμιατήρια τε ἐκάλεν, καὶ τὸ θύειν, καὶ θυσίας, ἃ δὴ ἡμεῖς ὡς τὴν ὑςέραν πλημμέλειαν ἐκφαίνοντα ἐκ ὀρθῶς ἐξακούομεν τὴν διὰ τῶν ζώων δοκοῦσαν θεραπείαν καλοῦντες θυσίαν. *Terra prius arbores quam animalia protulit: ante arbores vero gramen quotannis naſcens, cuius folia et radices, totaque illius naturae germina colligentes flammis adolebant: hoc ſacrificio Deos viſos coeleſtes excipientes, et per ignem honores illis reddentes immortales. His etenim ignem perpetuum, cum ſit iis ſimillimus, in templis aſſeruamus. At ex eorum quae terra naſcuntur ſuffimentis in ſacris adhibitis, acerram* θυμιατήριον *appellarunt, et ſacra facere* θύειν, *et ſacrificia* θυσίας, *quae omnia nos non recte interpretamur, quaſi erroris illius qui poſtea irrepſit, eſſent indicia, ideoque eum, qui ex animalium mactatione videtur eſſe, cultum* θυσίαν *vocamus.* Idem inferius eodem libro: Ἐπεὶ καὶ Ἀπόλλων πατραίνων θύειν κατὰ τὰ πάτρια, τετέχνιν. κατὰ τὸ ἔθος τῶν πατέρων, ἅπαν ἄγειν ἔοικεν εἰς τὸ παλαιὸν ἔθος. Τὸ δὲ παλαιὸν διὰ ποπάνων καὶ τῶν καρπῶν ἦν, ὡς ἀπεδείξαμεν. Ὅθεν καὶ θυσίαι καὶ θυηλαὶ, καὶ θυμέλαι ἐκαλοῦντο, καὶ αὐτὸ τὸ θύειν τὸ θυμιᾶν εἶχετο, καὶ τὸ νῦν παρ' ἡμῖν λεγομένε ἐπιθύειν. ὃ γὰρ ἡμεῖς νῦν θύειν λέγομεν ἔρθειν ἔλεγον. Ἔρδον Ἀπόλλωνι τελήεσσας ἑκατόμβας ταύρων ἠδ' αἰγῶν. *Quia etiam Apollo cum praeciperet ſacra facere ſecundum patrios, id eſt, patribus receptos ritus, ad antiquum morem nos reducere videtur. Vetus autem ſacrificandi mos erat per placentas et fructus, vti demonſtrauimus. Vnde ſacrificia* θυσίαι, *et* θυηλαὶ *et* θυμέλαι *dicebantur, et ipſe actus ſacrificandi* τὸ θύειν, *idem valuit, quod ſuffire vel adolere, quod nunc vocatur* ἐπιθύειν. *Quod enim nos* θύειν *dicimus, illi* ἔρθειν *dicebant.* Θύειν igitur eſt ſuffire. hinc θύος eſt odoramentum, vnde Latinum thus, vt a πῦον pus, vt oſtendit vir maximus ad Solinum. Quia praecipue in ſacrificiis poſtea thure ſunt vſi. Inde nobis etiam thus *wyroock* dicitur, quaſi ſacer fumus, ſicut in Germania feſti dies quibus natalis Chriſti celebratur, *wynaehc*,

hoc eſt, ſacra nox ab illa nocte, quam praecipue colunt, quia in illa Chriſtus natus eſſe creditur. Galenus θύη optime exponit θυμιάματα, ἀρώματα. Proclus et Moſchopulus hoc loco ψαιςά. Euſtathius πέμματα. Poſtea enim ad omnia quae Diis offerebantur translatum, vt et θύειν. Sed hic in propria notione capiendum.

v. 341. Ὄφρ' ἄλλων ὠνῇ κλῆρον] Interpretes: *vt aliorum emas ſortem.* Male. Vertendum: *vt aliorum emas agrum.* Κλῆρος eſt fundus, ager, poſſeſſio, quia agri ſunt praecipua facultatum et bonorum, quae poſſident homines, pars. Κλῆρος omnia bona ſignificat. Heſych. κλῆρος, οὐσία. Proprie tamen bona quae hereditate venerunt, vt Latinis ſors. Liu. *Puer in nullam ſortem bonorum natus*, eſt qui non habet patrem in cuius patrimonium ſucceſſionem ſperet. Conſortes ὁμόκληροι, eiuſdem hereditatis participes, coheredes. Olim enim ſorte hereditas diuidebatur. Poſtea omnia bona quae poſſidemus quacumque ratione parta, et κατ' ἐξοχήν agri, poſſeſſiones dicuntur κλῆρος. Theocritus Ἡρακλίσκῳ.

Ὁππόκα κλᾶρον ἅπαντα χὠ οἰνόπεδον μέγα Τυδεὺς
Ναῖε.

Quum omnem agrum et viniferum latum ſolum Tydeus Teneret.

Herodot. Melpom. φθείρων τῶν Συρίων τὰς κλήρους. *Syrorum agros vaſtans.* Hinc et κληροῦχος apud eumdem eſt colonus, cui data pars agri colenda et poſſidenda.

v. 342. Τὸν φιλέοντ' ἐπὶ δαῖτα καλεῖν] Aliud non tantum praecipit Chriſtus apud Lucam XIV, 12. ſed et ipſe Plato in Phaedro: εἰ χρὴ τοῖς δεομένοις μάλιςα χαρίζεσθαι, πρόσηκει καὶ τῶν ἄλλων μὴ τὰς βελτίςας, ἀλλὰ τὰς ἀπορωτάτας εὖ ποιεῖν. μεγίςων γὰρ ἀπαλλαγέντες κακῶν, πλείςην χάριν αὐτοῖς εἰσονται. Καὶ μὲν δὴ καὶ ἐν ταῖς ἰδίαις ξυνουσίαις τὰς φίλας ἄξιον παρακαλεῖν, ἀλλὰ τὰς προσαιτοῦντας, καὶ τὰς δεομένας πλησμονῆς. Ἐκεῖνοι γὰρ καὶ ἀγαπήσουσι, καὶ ἀκολουθήσουσι, καὶ ἐπὶ τὰς θύρας ἥξουσι, καὶ μάλιςα ἡσθήσονται, καὶ ἐπὶ ἐλαχίςην χάριν εἰσονται, καὶ πολλὰ ἀγαθὰ αὐτοῖς εὔξονται. *Si egenis gratificandum eſt maxime, conuenit omnino non meliores iuuare homines, ſed pauperrimos. Maximis enim liberati malis gratias ingentes habebunt. Priuatis quoque et propriis ſumtibus non vocandi amici erunt, ſed eſurientes et ſupplices. Hi enim beneficium maximi facient, te ſectabuntur, ad fores opperientur, applaudent, gratias agent, vota pro te fundent.*

v. 344. Εἰ γάρ τοι καὶ χρῆμ' ἐγχώριον ἄλλο γένηται] *Si enim tibi negotium alicui ruſticum inciderit.* Sic hic verſus

ſus exponendus. Vulgo inepte: *Si res aliqua fortuita eueniat.* Χρῆμα ἐγχώριον, eſt res, quae ad agreſtes, et ruricolas pertinet, opus et negotium ruſticum. χῶρα enim et χῶρος eſt vicus, pagus, ager. Heſych. χῶρος, ἀγρός. χωρίτης eſt ruſticus. Idem: χωρίτης, ἀγρώτης, ἄγροικος, χωροβατεῖν in agro ſpatiari. Chorobates apud Vitruu. inſtrumentum quo agros metabantur, Latinis gruma, quamuis et aquis librandis inſeruiret. χωρίον villa, praediolum. Sane in Sacris quoque litteris χῶρα eſt ager. Luc. XXI, 21. οἱ ἐν ταῖς χώραις μὴ εἰσερχέσθωσαν εἰς αὐτήν. *qui in agris ſunt non ingrediantur in eam*, ſc. Vrbem. pro quo Matth. XXIV, 18. ὁ ἐν ἀγρῷ. Sic olim χωρεπίσκοποι, erant, rureſtres Epiſcopi, qui in vicis et pagis rem ſacram faciebant. Proclus legit olim ἐγκώμιον, vti ex eius explicatione apparet, quamuis vulgo legatur ἐγχώριον. ἐγκώμιον vero idem eſt quod ἐγχώριον, nempe quod in eadem κώμῃ geritur. Poſſes quidem etiam exponere ἐγχώριον οἰκεῖον, vt ſit negotium in tuis aedibus incidens, domeſticum. Suid. ἐγχώριον, οἰκεῖον. Sed altera praeſtat interpretatio. Ruſtica enim haec praecepta ſunt, quae χωρίταις dantur.

v. 346. Πῆμα κακὸς γείτων] Ad quod confirmandum Proclus et Tzetzes afferunt Αἰτωλὰς καὶ Ἀκαρνάνας, Καρχηδονίους καὶ Βυζαντίους, qui propter vicinitatem mutuis cladibus et damnis perierint. Sed quid audio? Num Carthaginienſes et Byzantini tantis locorum interuallis diſiuncti ſunt vicini? legendum Χαλκηδονίους. Chalcedon enim contra Byzantium ſita. Mox Tzetzes: δείκνυσι τοῦτο Πλάταρχος. Θεμιστοκλέα γάρ φασιν ἢ Πλάτωνα πιπράσκοντα τὸν ἄγρον λέγειν, ὅτι ἀγαθὸν ἔχει γείτονα. Non hoc Platonis dictum eſt ſed Catonis; legendum igitur Κάτωνα. Sic etiam Voſſianus codex. Sed haec praeſtat differre ad Interpretes, ex quibus infinitas paene mendas eluimus.

v. 348. Οὐδ' ἂν βῆς] Hoc verſu probat Heraclides in fragmentis de rebus publicis, vbi agit de re publica Cumaeorum legem illorum, qua ſanxerant, vt ſi quis aliquid amitteret, furto a vicinis damnum reſarciretur: ἔθος ἦν αὐτοῖς εἰς τὰ κλοπιμαῖα συμβάλλεσθαι τοὺς γείτονας, διὸ καὶ ὀλίγα ἀπώλυνται πάντες γὰρ ὁμοίως ἐτήρουν. καὶ Ἡσίοδος ἐντεῦθεν δοκεῖ λέγειν ἐκ ἂν βῆς ἀπολοῖτ' εἰ μὴ γείτων κακὸς εἴη. *Moris erat apud eos, vt vicini omnes conferrent ad reſarciendum quae furto ablata fuerunt. Qua propter pauca furto amittebantur, quod vniuerſi pariter ſua aliorumque diligenter cuſtodirent. Atque hinc videtur petitum, quod apud He-*

fiodum eſt: Bos non facile peribit, niſi vicinum malum habueris. Eadem lex fertur eſſe apud Iaponenſes in vltimo Oriente.

v. 349. Εὖ μὲν μετρεῖσθαι] Gloſſae MS. Voſſii: καλῶς δανείζεσθαι. Heſych. μετρεῖ, δανείζει. μετρεῖσθαι, δανείζεσθαι. Μετρεῖσθαι eſt ſub vſura mutuum petere ſiue menſura, ſiue pondere, ſiue numero conſtet. Cic. I. de Off. *vtendum accipere* vertit: *Quia ſi ea quae vtenda acceperis, maiore menſura, modo poſſis, iubet reddere Heſiodus, quidnam beneficio prouocati facere debemus?* Male ergo Interpretes: *Recta menſura mutuum accipe*, quaſi de iis ſolis rebus loquatur Poëta, quae menſura conſiſtunt, vt multis docuit Salmaſius libro de Vſuris. Inferius v. 396.

Ὡς καὶ νῦν ἐπ' ἐμ' ἔλθῃς, ἐγὼ δέ τοι οὐκ ἐπιδώσω
Οὐδ' ἐπιμετρήσω.
Sicut et nunc ad me veniſti, ego vero tibi non amplius donabo,
Nec amplius mutuum dabo.

Gloſſae Voſſianae MS. ἐπιμετρήσω, δανείσω. Proclus. ἐχρήσω. bene. Notant enim veteres Grammatici χρῆσαι ἐπὶ φίλων dici, δανεῖσαι ἐπ' ἀλλοτρίων. Suidas: Δανεῖσαι ἐπὶ τῷ τυχόντος. Antiquiſſimis certe Scriptoribus δανείζειν, non eſt foenori locare, ſed mutuum dare ſine vſuris.

v. 353. Τῷ προσιόντι προσεῖναι] An hoc eſt quod Interpretes volunt, *inuantem te iuua*? Quanto rectius Graeci magiſtri *inuiſentem inuiſe*? Qui eo, inquit, ingenio ſunt, vt mutuis amicitiae et conſuetudinis commerciis delectentur, cum iis cole amicitiam. Idem ſenſus verſus ſequentis: qui libenter ſua cum aliis communicant, iis tu libenter impertire, ſi quibus opus habuerint. v. 331. MS. I. ἴσα ἄτησιν.

v. 357. Καὶν μέγα δώῃ] Reuocaui priſtinam lectionem ex MS. II. et Proclo, qui legunt καὶ μέγα δοίη. Καὶ, quod Interpolatores fugit, eſt καΐν, καίπερ, καὶ εἰ, vt ſtatim: καὶ τὸ σμικρὸν ἐὸν. *etſi ſit exiguum* Ariſtoph. Plut. Ἐὰν δὲ σύζυγον λάβω τινὰ καὶ σύκινον, τὸν ἰσχυρὸν τοῦτον θεὸν ἐγὼ ποιήσω τήμερον. *Si ſocium cepero aliquem etſi imbecillum, potentem tamen hodie faciam.* Pro quo Scriptores orationis ſolutae malunt dicere καί τοι, καί τοιγε. v. 358. αὐτὸς eſt ἑθέλων libens, vti in aliis locis accipi viri eruditiſſimi docuerunt.

361. Ἐπὶ σμικρὸν καταθεῖο] MS. σμικρῷ. quod verum eſt. Tzetzes verſu ab hoc ſecundo: ὃς δ' ἐπ' ἐόντι φέρει. v. 382. ἔργον τ' ἐπ' ἔργῳ ἐργάζεσθαι. Subſcribunt Moſchopulus et Tzetzes, et veteres Scriptores plurimi qui hunc locum laudant.

v. 364.

v. 364. Ἀνέρα κήδει] Est *hominem sollicitum habet*, non *laedit*. Hom. κῆδε δὲ θυμόν. *Animum sollicitat.* Sequente versu, βλαβερὸν est damno, periculis et variis casibus obnoxium, perperam Interpp. *noxium*. Sic etiam Latinis *obnoxius* simpliciter, est opportunus iniuriae. Flor. III, 20. *Et ipsi* (serui) *per fortunam in omnia obnoxii.* Lib. IV, 4. *Cum intra decem et octo annos, tenerum et obnoxium et opportunum iniuriae iuuenem videret.* Phaedrus: *seruitus obnoxia, quia, quae volebat, non audebat dicere.* Senec. ep. 61. corpus humanum vocat *obnoxium domicilium animi.*

v. 368. Ἀρχομένε δὲ πίθε καὶ λήγοντος κορέσασθαι] Stulte Latini Interpretes: *Incipiente vero dolio et desinente saturato te.* Quid incipere et desinere dolium Latinis auribus sonet ego non exputo. Verte: *Quum relinitur dolium, et fere est eptum, saturare.* Ἄρχεσθαι πίθου est ἀνοίγειν πίθον, Theocrito διακρανῦν, Terentio *relinere dolium.* Longe ineptius inferius ἐν ἡμέραις v. 51. ἀρίστην ἄρξασθαι πίθε vertunt: *optimam implendis doliis*, quum sit, *optimam aperiendis doliis.* Vers. sequ. δειλὴ vterque MS. vt bene restituit Heinsius. Ceterum de sententia huius versus, et cur vinum in medio dolio sit optimum disputat Plutarch. Sympos. III, 7. et Macrobius VII. Saturn. c. 12. quos vide, et ride Alexionem apud Plutarchum, qui irridet hunc versum Hesiodi, quod in medio sit vinum optimum. Atqui hoc ipsum quoque dicit Hesiodus, ideoque tum parcius illo vtendum esse, vt diutius optimo fruamur. Vetus est vini medium, olei summum, mellis imum optimum esse.

v. 370. Μισθὸς δ' ἀνδρὶ] Hic cum sequentibus duobus versibus in MSto primo non comparet, et expunctos olim fuisse a nonnullis Proclus testatur, a Plutarcho tamen vindicantur et probantur. Vide Proclum. Sed ipse Plutarchus in Theseo tribuit hunc versum Pittheo, Aristotelemque laudat. Cuiuscumque sit sententia, est optima: si cum amico tibi res quaedam sit, fac vt primo cum illo pacisearis de mercede, quam sibi deberi putat, vt omnes querelae praecidantur.

v. 376. Μνησιγενὴς δὲ παῖς σώζοι] MS. I. εἴη, cum glossa ὑπάρχῃ. Pulcre D. Heinsius obseruauit hos versus esse transpositos, et eleganter illos exponit, quem vide. Sine MSS. auctoritate nihil tamen sustinui mutare.

v. 381. Ἐν Φρεσὶν ἧσιν] MS. I. σοῖσιν. H. σῇσι leg. Φρεσὶ σῇσιν. θυμὸν ἐν Φρεσὶν, vt apud Plautum: *Mens animi.* et Catullum: *Nec potis est dulces Musarum exponere foetus Mens animi.*

CAPVT IX.

Distinctio vulgaris librorum Hesiodi deleta. Hesiodus bis emendatus. Veteres nudi faciebant opus. Ἔργα διατεκμαίρεσθαι. Proclus emendatus. Οἱ περὶ Τιμόθεον. Χρήματα. Χρησήια. Nicolai Damasceni locus vindicatus. Aeliani Interpretes ter reprehensi. Τητᾶν, τιτᾶν. Quaerere. Ἔργον. Opus. Ὀξὺς ἠέλιος. Sol acutus. Sol acris. Sirius acris. Claudianus emendatus. Χιὼν ὀξεῖα. Ζεὺς pro coelo. Lapsus crebri Interpretum indicati.

Βιβλίον β'] Expunxi hanc distinctionem quam et codices manu exarati, et veteres Scriptores cum Interpretibus ignorarunt. In primo Vossiano hic omnia perpetua et continua serie sine vllo distinctionis vestigio perscripta sunt: sicuti et in Procli commentario manu exarato, quem mihi vtendum dedit Marquardus Gudius noster. In secundo nonnihil quidem spatii inter versus 383. et sequentem intercedit, vt possit capere indicem hunc, qui vulgo praeponitur. Sed nec hic nec alii, si qui sunt, libri nobis tanti sunt, vt istam distinctionem χθὲς καὶ πρώην natam ferendam existimemus ingratiis totius antiquitatis, quae nullam huius operis diuisionem in duos libros agnoscit. Clarissime id liquet etiam ex Seruii prooemio in Virgilii Georgica. *Hesiodus fuit de Ascra ciuitate; qui scripsit ad fratrem Persen, librum, quem appellauit* Ἔργα καὶ ἡμέρας, *id est, opera et dies. Hic autem liber continet, quemadmodum agri, et quibus temporibus sint colendi.*

v. 383. Πληϊάδων Ἀτλαγενέων] Latinis dicuntur Vergiliae, quarum ortum et occasum in primis obseruabant Veteres, ita vt aestatis atque hyemis initia, et messium atque arationum tempus ab illis numerarent. Vide Eratosthenis καταστερισμούς, quos primus ad Aratum edidit summe Reuerendus Praesul Oxoniensis Ioannes Fell, mihi, dum fata sinerent, amicissimus cap. 23. De illarum vero ortu et occasu quam variae fuerint Veterum sententiae, vide Petauii disputationem in variar. Dissertat. Lib. II. Cap. 9. quae Vranologio adiecit.

v. 389. Ἐγγύθι ναιετάασ'] MS. I. et II. ναιετάωσ' nisi quod in secundo addatur σιν. Et sic versu ablinc tertio vterque pro ναίουσιν, ναίωσι. Est haec Dorum dialectus. Vide supra ad v. 224. In hoc vltimo versu, liber secundus inserit δὲ: Ναίωσι· γυμνὸν δὲ σπείρειν, γυμνὸν δὲ βοωτεῖν.

v. 392.

v. 392. Γυμνὸν δ' ἀμᾶσθαι] MS. I. Voſſianus, et Codex Palatinus: ἀμάειν. Sic etiam in carmine, quod dicitur certamen Homeri et Heſiodi. Nec aliter Proclus legit: Ἀμάειν, συναθροΐζειν, ἢ θερίζειν. Illud enim ἀμᾶσθαι quod in edito Procli Commentario praecedit τὸ ἀμάειν a ſciolo ex Heſiodi vulgatis editionibus inſertum eſſe puer admodum vidi. Et recte me vidiſſe codex poſtea manu exaratus Marquardi Gudii oſtendit: qui illud ἀμᾶσθαι non agnoſcit. In quo et paullo ante legitur, γυμνὸν δ' ἀμάειν· ὡς ἂν πρόσω. Non vt vulgo ἀμᾶσθαι, quod ab imperitis in Heſiodo primum ſuppoſitum qui ſecundam ab vltima in ἀμάειν non producte poni ſibi perſuaſerant. Cur vero nudis arandum, ſerendum et metendum eſſe praecipiat Heſiodus, ſicut et eum ſecutus Virgilius Georg. I. *Nudus ara, ſere nudus*, docet Seruius: *Nudus ara, id eſt, adeo ſereno caelo, vt veſtimentis non egeas. Non dicit nudum eſſe debere, quaſi aliter non oporteat aut poſſit: ſed ſub tanta ſerenitate dicit haec agenda, vt et amictus poſſit contemni.* Quam explicationem Seruius debet Proclo, cuius priorem expoſitionem vide: binas enim huius loci affert. Sed prior verior eſt. Veteres tamen nudos plerumque feciſſe opus oſtendit Plutarchus in vita Catonis Maioris: Πυθόμενος δὲ τὴν αὐτουργίαν καὶ δίαιταν αὐτοῦ παρὰ τῶν οἰκετῶν, καὶ θαυμάσας ἐξηγεμένων ὅτι πρωῒ μὲν εἰς ἀγορὰν βαδίζει καὶ παρίσταται τοῖς δεομένοις, ἐπανελθὼν δ' εἰς τὸ χωρίον, ἂν μὲν ἡ χειμών, ἐξωμίδα λαβὼν, θέρος δὲ γυμνὸς ἐργασάμενος μετὰ τῶν οἰκετῶν, ἐσθίει τὸν αὐτὸν ἄρτον ἅμα καθήμενος, καὶ πίνει τὸν αὐτὸν οἶνον. *Cuius cum labores et rationes viuendi accepiſſet* (Valerius Flaccus) *a ſeruis, mirareturque cum narrarent illi mane eum forum adire, et praeſto eſſe eius opera vtentibus: regreſſum ad villam tempore brumali veſtitum exomide, aeſtate operari cum ſeruis nudum, eadem menſa, eodemque veſci pane, atque idem vinum bibere.* Et Aurelius Victor in Quinctio Cincinnato: *Quinctius Dictator dictus, ad quem miſſi legati nudum eum aranſem trans Tiberim offenderunt, qui inſignibus ſumtis Conſulem obſidio liberauit.* Et apud Poëtam: *nudi meſſores.* Non tamen haec ſic capienda ſunt, ac ſi eſſent ſine omni veſtitu. Tunica tantum erant induti, ſine toga, ſi Romani, aut pallio, ſi eſſent Graeci. Sic et Saul dicitur nudus cecidiſſe coram Samuële, 1 Sam. XIX, 24. hoc eſt, in interula ſeu veſtitu interiore per totam noctem extra ſe raptum fuiſſe. Sic Petrus dicitur nudus abieciſſe ſe in mare, hoc eſt, depoſita veſte ſuperiore. Vide ibi Grotium, et in primis Ampliſſimi Cuperi Obſeruat. 1. cap. 7. De veſte autem interiore intelligendum eſſe Heſiodum oſtendit etiam in Scuto v. 286.

— — οἱ δ' ἀροτῆρες
Ἤρεικον χθόνα δῖαν ἐπιζολάδην δὲ χιτῶνας ἐζάλατ'.
— — *agricolae autem*
Proſcindebant terram bonam, ornateque tunicas ſuccinxerant.
Ergo non nudi arabant.

v. 398. Θεοὶ διετεκμήραντο] Per Deos Graeci hic intelligunt alii ſtellas, alii elementa, qui non ſunt audiendi. Dii, inquit Heſiodus, labores hominibus impoſuerunt.

Ἔφυ μὲν ἐδεὶς, ὅζις ἐ πονεῖ βροτῶν.

Nemo enim eſt mortalium qui non laborat. vt Sophocles ait. Hoc autem a Diis, qui, ſecundum Epicharmum, τῶν πόνων πωλοῦσιν ἡμῖν πάντα τἀγαθά, labore omnia bona nobis vendunt. Quod hauſerunt ex Moſe vt infinita alia, apud quem ad Adamum ipſe Deus: ἐν ἱδρῶτι τοῦ προσώπου σου φάγῃ τὸν ἄρτόν σου. Ἔργα διατεκμαίρεσθαι, eſt labores imponere. διατεκμαίρειν, τεκμαίρειν non ſolum eſt σημειοῦσθαι, ſed et κατασκευάζειν. Etymologici Magni auctor: τεκμαίρω σημαίνει τὸ κατασκευάζω, καὶ τὸ σημειοῦμαι. Superius v. 228.

— — αὐτοῖς
Ἀργαλέον πόλεμον τεκμαίρεται εὐρύοπα Ζεύς.
— — *Ipſis*
Moleſtum bellum immittit omnia videns Iupiter.

Recte Gloſſae MS. hoc loco διετεκμήρωντο, προσετάξαντο.

v. 402. Χρῆμα μὲν ἐ πρήξεις] Terent. Adelph. *Numquam rem facies, abi, neſcis ineſcare homines.*

v. 405. Οἶκον μὲν πρῶτιζα γυναῖκά τε] Non hic ab Heſiodo intelligi vxorem, vt vulgus cum Interpretibus Latinis accipit, ſed ancillam, quae domum cuſtodiat, verſus ſequens arguit, qui hanc γυναῖκα κτητὴν ἐ γαμετὴν emtam non nuptam appellat, quod olim monuerunt ad hunc locum veteres magiſtri Ariſtoteles quidem in Oeconomicis et Politicis γυναῖκα ſumſit pro vxore, non vero κτητὴν, vt viri docti affirmant. Nec iudicandum eſt Philoſophorum principem Heſiodi mentem non habuiſſe exploratam: ſed potius eum hunc verſum ſuo voluiſſe accommodare inſtituto, vt ſaepe ſolent Philoſophi. Nam Mureto, homini quotquot a renatis litteris fuerunt, diſertiſſimo et elegantiſſimo, qui auctoritate Ariſtotelis permotus ſequentem verſum tamquam ſuppoſititium iubet expungi, non eſt vt ſuffragemur, ſi vera ſunt quae Timotheus apud Proclum de Ariſtotele commemorat, illum nimirum adductum hac Heſiodi ſententia poſt obitum vxoris cum Herpyllide ancilla conſueuiſſe et ex illa ſuſtuliſſe filium. Quamuis et hic Ariſtoteles maluerit ſuo obſequi ingenio et auctoritate Heſiodi ſuam tueri viuendi rationem, quam Poëtae monita ſequi.

qui. Nam Poëta nec de pellice, nec de vxore loquitur, ſed de famula pretio comparata. Vide Proclum, apud quem pro οἱ περὶ Τίμαιον legend. οἱ περὶ Τιμόθεον. de quo Diog. Laert. in vita Ariſtot. οἱ περὶ Τιμόθεον vero non ſunt Timothei diſcipuli, ſed ipſe Timotheus Athenienſis, qui vitas Philoſophorum a Laertio toties laudatas memoriae prodidit. οἱ περὶ τὸν Τιμόθεον, elegantiſſimo idiotiſmo eſt ipſe Timotheus. vt apud Polyb. οἱ περὶ Ἄννωνα καὶ τὸν Βάρκαν eſt Anno et Barcas. οἱ ἀμφὶ τὸν Κρίτωνα καὶ Σιμμίαν apud Aelian. Crito et Simmias. et mille talia.

407. Χρήματα δ' ἐν οἴκῳ πάντ' ἄρμενα ποιήσασθαι] Homeri, et Heſiodi tempeſtate χρήματα notabant omnes facultates, omnia quae in bonis habebant, non nummos aut pecuniam, cuius vſus tum adhuc erat Graecis ignotus. Hoc loco autem ſingulari notione ſignificat οἰκητήρια σκεύη, inſtrumentum domeſticum, ſuppellectilem, vtenſilia. nimirum ἀπὸ τῆς χρήσεως. Propter eamdem cauſam ab Alcaeo in Paſiphaë χρηςήρια σκευάρια dicuntur. Quamuis Plato Comicus in Hellade illa tantum vaſa, quibus vtebantur πρὸς θεωρίαν καὶ θυσίαν, dixerit χρηςήρια, recte tamen etiam omnia τὰ κατ' οἰκίαν χρήσιμα appellari χρηςήρια docuit Pollux X. cap. 1. Sane in hac notione legitur apud Nicolaum Damaſcenum in fragmento hiſtoriae vniuerſalis, quod Stobaeus nobis ſeruavit; Ἀρίτονοι τῶν ἐμψύχων ἐδὲν ἀποκτείνυσι. τὰ δὲ κεράμεα τῶν χρηςηρίων ἐν χρυσοῖς ἐλυτροῖς φυλάττουσι. *Aritoni nullum animal mactant. Vaſa figulina ad quotidianos vſus parata in aureis inuolucris cuſtodiunt.* Sic rectiſſime hunc locum vertit vir incomparabilis, quem honoris cauſa nomino, Henricus Valeſius. Bene ſe omnia habent. χρηςήρια ſunt vaſa domeſtica, vtenſilia, ſiue ſint pretiola, ſive vilia, et nullius rei. Strabo lib. XV. p. 722. Πολλὰ δὲ κατέκλυσε καὶ τῶν σωμάτων, καὶ τῶν χρηςηρίων ἐπιπεσοῦσα χειμάῤῥους νύκτωρ, καὶ τῆς βασιλικῆς δὲ κατασκευῆς ἐξηλείφθη. *Multa autem corpora et vtenſilia noctu ingruens torrens hauſit, et magna pars regiae ſuppellectilis ablata.* Eadem autem ratione vt χρηςήρια ſic et χρήματα omnem notant ſuppellectilem, κατ' ἐξοχὴν tamen de vaſis et ſacra templorum ſuppellectile frequenter accipiuntur. Aelian. Ποικιλ. ἱςορ. lib. 1. cap. 20. Διόνυσος ἐξ ἁπάντων τῶν ἐν Συρακούσαις ἱερῶν ἐσύλησε τὰ χρήματα. Vbi Geſnerus vertit: *Dionyſius ex omnibus Syracuſarum templis et delubris per ſacrilegium pecuniam abſtulit.* Paullo poſt: Τὰ τῆ Ἀπόλλωνος καὶ τῆς Λευκοθέας ἅπαντα ἐσύλησε χρήματα. Vbi rurſus Interpres: *Vniuerſas Apollinis et Leucotheae pecunias nefario ſcelere abripuit.* Peſſime, cum vtroque loco ſignifi-

significentur vasa sacra diis illis consecrata, quae abstulit Dionysius, sicut inter illa commemoratur ibi mensa sacra Apollini dedicata. Lapsus quoque est idem vir doctissimus, in Interpretatione huius vocabuli in lib. VI, cap. 9. Ἀριστοτέλης ἀσωτευσάμενος τὰ ἐκ τῶν πατρὸς χρήματα ὥρμησεν ἐπὶ στρατείαν. *Aristoteles abliguritis omnibus pecuniis, quae ex hereditate parentis ad ipsum venerant, in militiam profectus est.* Vertendum erat, *consumtis omnibus facultatibus.* Quamuis non ignorem pecuniam apud Latinos etiam pro toto patrimonio capi, sed Interpretem de nummis solum cogitasse, cum ita verteret, satis constat. Sic et χρήματα quasuis facultates notant apud Marc. X, 23.

v. 408. Ὁ δ' ἀρνῆται σὺ δὲ τητᾷ] MS. I. Voss. ὁ δ' ἀρνεῖται, σὺ δὲ τιτᾷ. quod glossae MS. explicant: στερίσκει τῶν γεωργικῶν ὀργάνων. Videntur sane veteres dixisse τιτᾶν et τητᾶν. Hesych. τιτᾶσθαι, στερῆσαι. Apud eundem tamen legitur etiam τήτη, ἀπορία, ἔνδεια, στέρησις. Τητωμένη, στερομένη. Τητώμενον, στερισκόμενον. Auctor Etymologici magni: τητᾷ Ἡσίοδος. σημαίνει τὸ ζητεῖς. ἐκ τοῦ τάω τὸ σημαίνοντος τὸ ζητῶ γίνεται κατὰ ἀναδιπλασιασμὸν τατάω, τατῶ, καὶ κατ' ἔκτασιν τητῶ, et quae sequuntur. Platoni III. de leg. Φρενῶν τητώμενοι, sunt mente capti. Sophocles Philoctete: πλέω πρὸς οἶκον τῶν ἐμῶν τητώμενος. *Navigo ad meam patriam meis rebus privatus.* Sicut autem τητῶ proprie est quaero, deinde careo, distituor, sic et Latinis quaeri est abesse, desiderari. Senec. ep. 91. *Lugdunum quod ostendebatur in Gallia quaeritur.* Petron. de Eunuchis: *quaerit se natura nec inuenit,* hoc est, desiderat suum opus, quae marem condidit, nec tamen inuenit marem esse, quem fecerat. Stat. Theb. II. *Iam trepidi se se quaerunt numeranique.* Cic. act. II. in Verr. cap. 10. *Nego esse quicquam a testibus dictum, quod nos vestrum cuipiam esset obscurum, aut cuiusquam oratoris eloquentiam quaereret.* hoc est, ad quod explicandum desideretur vir disertus. Dicere quod quaerat eloquentiam est infantem esse, indisertum. Nam quae quaeruntur non adsunt. Hinc et Plauto *in quaestione esse, quaestioni esse,* est abesse, non praesto esse, in Pseud. Cistellaria, et Casina. Hinc et illae venustae locutiones *Siciliam in Sicilia,* apud Cic. *in epulis epulas* apud Ouid. *Samnium in Samnio* apud Flor. *ponzum in ponto quaerere* apud Manilium, de quibus Cl. Gronouius in observationibus.

v. 409. Μινύθῃ δέ τοι ἔργον] Hoc est, ne cum tempus effluxerit, non possis opus, quod tum faciendum erat, facere. Ἔργον κατ' ἐξοχὴν hic est opus: labor rusticus, qui impenditur

penditur agro colendo, vt et versu sequente et ipso indice libri huius ac infinitis aliis locis. Florus I, 9. *Medium erat forte tempus sementis, cum patricium virum innixum aratro suo lictor in ipso opere deprehenderet.* Apud Terent. Cic. *opus facere*, de opere rustico. Haec trita sunt.

v. 411. MS. vterque ἄτησι.

v. 414. Ἦμος, δὴ λήγει μένος ὀξέος ἠελίοιο] Ὀξὺς ἠέλιος non est celer vt Graeci volunt magistri, sed θερμὸς, feruens, ardens, acer. Pindar. Olympionic. 7.

— — ἔχει τέ μιν ὀ-
ξεῖαν ὁ γενέθλιος ἀκτίνων Πατὴρ
Πῦρ πνεόντων ἀρχὸς ἵππων.

Habetque ipsam (Rhodum) feruidorum genitiuus radiorum pater, ignem spirantium dux equorum. Aratus de Sirio:

— — ἡ δὲ οἱ ἄυπνος
Ἀστέρι βέβληται δεινὴ γένος, ὅς ῥα μάλιστα
Ὀξέα σειριάει, καί μιν καλέσσ' ἄνθρωποι
Σείριον.

Vertit Auienus:

Aestuat in mente, multus rubor imbuit ora.
Stridit anhelanti face pestifer aera motu,
Torret et immodicis terras coquit ignibus astri.

Horum imitatione Horatius solem feruentissimum dixit *acutum.* Lib. I. ep. 10.

Est vbi plus tepeant hyemes? vbi gratior aura
Leniat et rabiem canis et momenta leonis,
Cum semel accepit solem furibundus acutum?

Lib. I. Sat. 6. vocat *solem acrem.*

Ast vbi me fessum sol acrior ire lauatum
Admonuit.

Lucret. VI.

Hunc homines fontem nimio admirantur et acri
Sole putant subter terras feruescere raptim.

Florus II. 6. *Obseruato loci genio, quod et sol ibi acerrimus, et plurimus puluis.* Restituenda est haec vox Claudiano. In epigramm. de crystallo, cui aqua inerat:

Quem neque constrinxit hyems, nec Sirius acris.

sic enim hic versus legendus. Vulgo circumfertur: *Quem neque constrinxit hyems, nec Sirius axis*, sine sensu. In nonnullis codicibus est *ardens*, quos sequitur Nicolaus Heinsius, vir suauissimi ingenii et summae eruditionis, qui in carminibus nouis pangendis, et veteribus castigandis, ac suo decori restituendis nulli, qui in hoc studiorum genere elaborant, est secundus. Mihi tamen *ardens* videtur glossa et explicatio τῦ

acris,

acris, quod vitio descriptorum transiit postea in *axis*, quod non frustra tot codices retinent. Sicut vero hic ὀξὺς ἠέλιος, sic contra apud Pindarum χιὼν ὀξεῖα, nix acuta, vt apud Horatium *frigus acutum* est vehemens, et *acris hyems*, saeua. Apud Sophoclem Aiace Flagellifero, v. 258. ὀξὺς νότος, *Auster vehemens*. Omnia enim quae penetrant et vehementer laedunt Latinis dicuntur *acuta*, *acria*, Graecis ὀξέα.

v. 415. Καύματος ἰδαλίμοιο] Est ἰδρῶντα κινοῦντος, vt melius omnes Graeci, quam Latini, qui stulte: *caloris humidi*. Hesych. ἰδάλιμον καῦμα τὸ ἱδρωτοποιόν.

v. 415. Μετοπωρινὸν ὀμβρήσαντος Διὸς ἐρισθενέος] MS. I. ὀμβρίσαντος. Graeci Magistri nescio quid de Ioue coeli et pluuiarum domino hic nugantur, cum Iupiter hic sit, vt sexcenties Poëtis, coelum, aër. Inferius 488.

Τῆμος Ζεὺς ὗοι τρίτῳ ἤματι, μηδ' ἀπολήγοι.
Tunc Iupiter pluat triduo, neque desinat.

v. 564. Εὖτ' ἂν δ' ἑξήκοντα μετὰ τροπὰς ἠελίοιο
Χειμέρι' ἐκτελέσῃ Ζεὺς ἤματα.
Cum autem sexaginta post conuersionem solis
Hibernos perfecerit Iupiter dies.

Theocritus: Ὦ Ζεὺς ἄλλοκα μὲν πέλει αἴθριος, ἄλλοκα δ' ὗει.
Iupiter alibi est serenus, alibi pluit.

Horat. *Niuesque deducunt Iouem.* Sed haec quis ignorat?

v. 416. Μετὰ δὲ τρέπεται βρότεος χρὼς] Peruerterunt sensum huius loci Interpretes, cum vertunt μετατρέπεται, *mutatur*. Vertendum: *mouetur*. Facilius, inquit, mouetur corpus autumno, quia vires suas iam recepit, quas nimii solis ardores attriuerant, vt pares nunc possint esse laboribus ferendis, et materiae caedendae.

CAPVT X.

Σείριος pro sole et quouis sydere. Hesiodi aliquot loca illustrata. Ἀθηναίης δμῳὰς. Ἐργάνη. Θέσθαι ἄροτρα. Αὐτόγυον ἄροτρον. Buris. Γύης. Πηκτὸν ἄροτρον. Ἔλυμα. Ἰσοβοεύς. Interpretum crassi aliquot errores. Pollux emendatus et mox Hesiodus. Ἔλικες βόες. Ἄγαπος. Ζεὺς Χθόνιος. Pluto et Proserpina Dii agricolarum. Pluto diuitiarum dator. Hesiodo rursus medela.

v. 417. Δὴ γὰρ τότε Σείριος ἀσὴρ] Sirius hic non est caniculae sydus, sed sol, vt non solum antiqui Interpretes

terpretes Heſiodi; ſed et Suidas interpretatur: Σείρ, σειρὸς ὁ ἥλιος, οἱ δὲ καὶ σείριος. Noſter inferius verſ. 587.

Ἐπεὶ κεφαλὴν καὶ γόνατα Σείριος ἄζει.

Quoniam caput et genua ſol affligit.

In Theogonia, v. 152.

Ὀσέα δέ σφι περὶ ξυνοῖο σαπείσης
Σειρὶς ἀζαλέοιο κελαινῇ πύθετο αἴῃ.

Oſſa autem ipſis pelle circum putrefacta ſole ſub torrido in nigra putreſcunt terra. Archilochus;

Πολλὰς μὲν αὐτῶν Σείριος κατχναυεῖ
ὀξὺς ἐλλάμπων. *Multos illorum ſol ſiccabat acutum ſplendens.*

Sic hunc locum capiendum eſſe docet Heſych. Σειρὶς κυνὸς δίκην. Σοφοκλῆς τὸν ἀςρῶν κύνα. ὁ δὲ Ἀρχίλοχος τὸν ἥλιον, Ἴβυκος δὲ πάντα τὰ ἄςρα. Idem. Σείριος ὁ ἥλιος, καὶ ὁ τῆς κυνὸς ἀςήρ. Lycophron in Alexandra de corpore Aiacis in littus e mari eiecto: Ἐκβεβροσμένον νέκυν ἀκτὶς Σειρὶς καταναυεῖ. *Cadauer expulſum ſiccabit ſolis radius*, quod et obſervauit Vir eximius et ſingularis eruditionis Hadrianus Iunius in animaduerſionibus. Quin et Virgilium ſic interpretantur ἀ τυχόντες.

Iam rapidus torrens ſitientis Sirius Indos
Ardebat coelo.

Non ſolem autem, ſed etiam omnia ſydera dici Σειρίδας ex Ibyco modo docuit Heſychius. Inde et Latinorum *ſydus* a σεῖρος eſſe ingenioſe nuper oſtendit χαριέςατος Tanaquillus Faber ad Dionyſium Longinum.

v. 419. Πλεῖον δέ τε νυκτὸς ἐπαυρεῖ] MS. I. ἐπαυλεῖ. corrupte. De huius loci interpretatione ambigitur. Alii enim ἐπαυρεῖν νυκτὸς πλέον exponunt πλέον ἀπολαμβάνειν καὶ ἀπολαύειν τῆς νυκτὸς, plus nocte frui, diutius quieſcere, qui reſpiciunt illam peruagatam Poetarum opinionem, ſolem noctu ſtrigare et quieſcere. Hos ſequuntur Latini. Alii πλέον πονέειν καὶ φέρεσθαι ὑποκάτω τῆς γῆς maiores capere labores ſub terra in oppoſito mundi latere quod dum peragrat, quod verum eſſe ex oppoſitione liquido apparet: breui tempore, inquit, ſuper noſtra conſpicitur terra interdiu, noctu vero maiorem capit laborem. Vide quae ſupra notaui ad verſ. 240.

v. 422. Μεμνημένος ὥριον ἔργον] MS. I. ὥρια ἔργα. Verſ. ſeq. MS. II. Ὅλμον μὲν τριπόδην κόπτειν. Idem v. 425. ἀπό κεν σφύρά νε τάμοιο.

v. 430. Ἀθηναίης δμωὸς] Quae haec eſt veſania Ἀθηναίαν habere pro Attica Cerere, quod Latini fecerunt Interpretes? Quis vnquam fando cognouit Ἀθηναίαν dici Cererem? Eſtne qui ignoret Mineruam eſſe praeſidem artium et opifi-

opificum, in primis vero fabricae magiſtram, indeque dici Ἐργάνην, Cic. in Arateis:

Vt nemo cui ſancta manu doctiſſima Pallas,
Sollertem ipſa dedit fabricae rationibus artem,
Tam tornare cate contortos poſſiet orbes.

Eius ſimulacrum erat apud Theſpienſes, cui Plutus aſſiſtebat, quo ſignificabatur opibus illam Deam cumulare ſuos cultores ſtrenuos nimirum opifices. Vide Pauſan. in Boeoticis et Ariſtid. hymnum in Mineruam. Iulianus Imperator in fragmento orationis, p. 531. edit. Petau. Ὁρᾶτε ὅσα ἐγένετο τῆς Ἐργάνης Ἀθηνᾶς δῶρα. *Videte quot opificis Mineruae in nos deriuata ſint munera.* Ἀθηναίης δμωὸς eſt τέκτων, faber qui aratra faciebat. Sequente verſu πελάσας προσαρήρεται eſt προσαρήρῃ vt ſupra verſ. 1. ἐννέπετε κλείουσαι, pro κλείετε. In MS. I. Voſſ. eſt προσαρήσεται. v. 432. θέσθαι ἄροτρα non eſt diſponere aratra, ſed ποιεῖν, κατασκευάζειν, vt ſexcenties apud Graecos Scriptores tam vinctae quam ſolutae orationis τίθημι pro ποιῶ vſurpatur. inferius v. 518. τροχαλὸν δὲ γέροντα τίθησι. *incuruum vero ſenem facit.* et v. 556. χρῶτά τε μυδαλέον θείη. *Corpus madidum faciat.* Equidem Latina hac Heſiodi verſione nihil eſt inſulſius, et imperitius, in qua vix vllus verſus legitur ſine graui hallucinatione. Vide quam inepte mox duo illa aratrorum genera αὐτόγυον et πηκτὸν exponant v. 432.

Δοιὰ δὲ θέσθαι ἄροτρα πονησάμενος κατ' οἶκον
Αὐτόγυον καὶ πηκτόν. vertunt:
Bina vero diſponito aratra domi laborans
Dentatum et compactum.

Quid eſt aratrum dentatum? An quod dentale habet? Nonne et πηκτὸν habet dentale? Hunc errorem facile potuiſſent declinare, ſi Veterum conſuluiſſent expoſitiones, quae docent αὐτόγυον ἄροτρον eſſe quod habet burim ſuopte ingenio curuam, illamque non clauis affixam temoni et dentali, ſed quod totum ex vno ligno conficiebatur. de buri Virgil. I. Georg.

Continuo in ſyluis magna vi flexa domatur
In burim, et curui formam accipit vlmus aratri.

hoc eſt vlmus ſeu vlmi ramus inflexus natura ſua a ruſtico continuo ſeu per aliquot annos ſemper magis magiſque inflectitur, vt ſic curuus adoleſcat in burim, vt naturaliter curuus et aptus ſit ad burim. Buris vero ſiue *bura*, Graecis γύης, eſt proprie infima pars temonis. male vulgo *dentale* exponitur a viris doctis, cum dentale aptetur burae; Heſych. Γύης τὸ κατώτατον μέρος τῆς ἰγοβοέως ἐν τῷ ἀρότρῳ. αὐτόγυον. δὲ τὸ

μὴ

μὴ σύνθετον, ἀλλ' ἐξ ἑνὸς ξύλου· Γύης *est infima pars temonis in aratro.* Αὐτόγυον *est non compositum, sed ex vno ligno.* Inde et Proclus ad h. l. λέγεται δὲ γύης ὅτι ἀεὶ παρὰ τὴν γῆν ἐστιν. Αὐτογύῳ opponitur ἄρστρον πηκτὸν, quod non ex vno ligno, sed variis est conflatum et compactum. Eratosthenes in Architectonico vtrumque describit apud Scholiasten Apollonii Rhodii: Δύο ἀρότρων εἰσὶν εἴδη· τὸ μὲν πηκτὸν, τὸ δὲ αὐτόγυον· πηκτὸν μὲν τὸ ἐκ συμβολῆς ἔχον τὸ ἔλυμα. ἔστι δὲ ἔλυμα, ἐν ᾧ ὁ ὕννις ἐντίθεται. τὸ δὲ ξύλον τὸ ἀπὸ τοῦ ἐλύματος τεῖνον ἐπὶ τοὺς βόας, γύης καλεῖται. τὸ δὲ ἀπὸ τοῦ γύου ἰσοβοεύς. τοῦ δὲ ζυγοῦ τὰ ἐπὶ τοὺς αὐχένας τῶν βοῶν ἐπιτιθέμενα οἱ μὲν ζεύγλας, οἱ δὲ μέσσαβα λέγουσι. Τοιοῦτον μὲν τὸ πηκτόν. αὐτόγυον δέ ἐστιν ἅτινος τὸ ἔλυμα οὐκ ἔστιν ἐκ συμβολῆς. *Sunt duo aratrorum genera: quorum alterum compactile, alterum non compositum. Compactile quidem habet dentale quod cum aliis committitur. Est autem dentale cui vomer includitur. Lignum vero quod a dentali extenditur ad boues vocatur buris, quod vero a bura temo. Illa vero pars iugi, quae ceruicibus boum imponitur alii vocant* ζεύγλας, *alii* μέσσαβα. *Tale quidem est compactile aratrum. Non compositum vero est, cuius dentale non committitur*; nimirum clauis et arte cum aliis aratri partibus, sed est vnum lignum ex quo dentale, buris, temo. Inde apparet quam egregios Interpretes egerint in versibus paullo praecedentibus exponendis, qui de Graeco Latinum fecerunt Hesiodum:

Εὖτ' ἂν Ἀθηναίης δμωὸς ἐν ἐλύματι πήξας
Γόμφοισιν πελάσας προσαρήρεται ἰσοβοῆϊ.

Nempe cum Atticae Cereris famulus temoni infigens Clauis adiunctum stiuae aptauerit. Quot fere verba tot errata. De Atticae Cereris famulo ante dictum. Num ἔλυμα est temo, ἰσοβοεὺς stiua? Peruerterunt omnia. Stiua est postrema aratri pars, Graecis ἐχέτλη· ἰσοβοεὺς prima illa temonis nimirum pars, quae inter boues protenditur. Ἔλυμα est dentale. Eratosthenes: Ἔλυμα ἐν ᾧ ὕννις ἐντίθεται. Ἔλυμα *est cui vomer inducitur.* Proclus: Ὕννις ἐστὶ τὸ σιδηρον αὐτὸ τὸ ἐν τῷ ἀροτριᾷν σχίζον τὴν γῆν· τοῦτο δὲ τῷ ἐλύματι περιήρμοσται ἄνωθεν ἐμβεβλημένον εἰς αὐτὸ τὸ κοῖλον ὄν. Ὕννις *est ferrum quo in arando terra scinditur. Hoc vero adaptatur* ἐλύματι *superius iniectum vbi cauum est.* Ἔλυμα Latinis dicitur dentale. Seruius: *Dentale est lignum in quod vomer includitur.* Varroni dens dicitur, lib. IV. de Lat. lingua: *Rutrum vt ruitum a ruendo: aratrum quod eruit terram. Eius ferrum vomer, quod vomit eo plus terram. dens quod eo mordetur terra.* Alii tamen in medio aratro ἔλυμα locant, et sic appellant

commiſſuram, qua γύης et ἰσοβοεὺς coniungitur. Tzetzes: Ἔλυμα τὸ μέσον τοῦ ἀρότρου, ὅπου ὁ γόμφος βληθεὶς συνηλοῖ τὸν γύην καὶ τὸν ῥυμόν. Ἔλυμα *eſt medium aratri, vbi clauus impactus committit burim et temonem.* Proclus paullo ante: ἔλυμα μέρος τι τοῦ ἀρότρου ἐν τῷ μέσῳ ὄν, ἔνθα συμβάλλεται ὁ γύης τῷ ἰσοβοεῖ. ἔλυμα δὲ παρὰ τὸ ἐλύειν ὅ ἐστι καλύπτειν. Ἔλυμα *pars aratri in medio, vbi committitur buris cum temone.* Dicitur autem ἔλυμα ab ἐλύειν, quod eſt, *tegere.* Verum hanc obſeruationem non eſſe Procli, ſequens annotatio oſtendit quae accurate ἀρότρου κατασκευὴν docet, eiuſque partes enarrat. Inde tamen hauſit Etymologici magni auctor qui iiſdem verbis vtitur. In hunc vero errorem hos omnes induxerunt male intellecti Heſiodi verſus, quos modo produximus: Εὖτ' ἂν Ἀθηναίης δμωὸς etc. Hos iſti Grammatici ita ceperunt quaſi ἐν ἐλύματι impingeretur et ἰσοβοεὺς et γύης, quae partes per ἔλυμα coniungerentur. Sed falſi ſunt. Heſiodus dicit: burim inuentam impinge dentali, illique buri adapta clauis temonem. Pollux lib. I, cap. 13. ᾧ ὁ ῥυμὸς ἐνήρμοσται ἔλυμα. τὸ δὲ ἀρῶν σιδήριον ὕννις. ἧς τὸ ἄκρον νύμφη. ὁ δὲ ὁ ῥυμὸς ἥρμοσται ἐκ τῶνδε· τὸ μὲν ἐπικαμπὲς αὐτοῦ, ᾧ ὑποτείνεται, τὸ ἔλυμα γεγομφωμένον, γύης. τὸ δὲ μετὰ τὸν γύην ἰσοβοεύς. *Cui temo adaptatur* ἔλυμα, *dentale. terram vero arans ferrum* ὕννις, *vomer. cuius ſuprema pars* νύμφη. *Temo vero aptatur ex his partibus. Pars eius curua, cui ſubnectitur dentale clauis adfixum,* γύης, *hoc eſt buris vocatur. quod vero poſt burim,* ἰσοβοεύς, hoc eſt temo. Sic autem legendus hic locus. Vulgo legitur: ᾧ ὁ ζυγὸς ἐνήρμοσται ἔλυμα. quod falſum. vide et Fauorinum et praecipue Proclum ad hunc locum. Sed de hac aratrorum antiquorum forma et confectione alibi pluribus egimus.

v. 436. Δρυὸς ἔλυμα, πρίνοιο γύην] MS. vterque: πρίνου τε γύην.

450. Χείματος ὥρην Δεικνύει ὀμβρηνοῦ] Emenda ex Palatino et Voſſiano codice I. aliiſque ὀμβρηροῦ, imbriferi, pluvialis.

452. Ἕλικας βόας] Heſych. ἕλικας, ἑλικοκεράτους, ἐπικαμπῆ τὰ κέρατα ἔχοντες. Qui cornua habent introrſum reflexa. Quae vera notio eſt huius vocis. Latinis dicuntur camuri. Philargyrus ad Virgil. III. Georg. v. 55.

Et camuris hirtae ſub cornibus aures.

Camuri boum ſunt qui conuerſa introrſum cornua habent: quibus contrarii paruli, qui cornua diuerſa habent: laeui quorum cornua terram ſpectant. His contrarii licini, qui ſurſum verſum cornua habent. Eadem Seruius habet niſi quod male *laeui*

apud

apud hunc omissum. Patuli enim sunt qui cornua diuersa habent, hoc est, extrorsum flexa, qui opponuntur camuris, laeui vero licinis. Festus: *Camara et camuri boues a curuatione, et Graeco καμπή.* Boues nimirum camuri a curuatione cornuum camura sic dicuntur.

v. 454. Ἀπανήνασθαι] MS. I. ἀπαρνήσασθαι. MS. II. ἀπανήσασθαι. quasi ab ἀπαινέομαι. Sed ἀπαρνήσασθαι videtur quoque Proclus agnoscere: Τὸ γὰρ αἰτῆσαι εὐχερές ἐστιν. ἀλλὰ τὸ ἀπαρνήσασθαι [καὶ μὴ δοῦναι εὐχερέστερον. Sed vulgata praestat.

v. 458. Εὖτ' ἂν δὲ πρώτις ἄροτος] MS. vterque, et Proclus: εὖτ' ἂν δή. quos sequor. Ἄροτος hic est tempus arandi, non ipsa aratio, vt messis, saepe messis tempus: πλήθουσα ἀγορά, tempus quo maxima est in foro hominum frequentia: prima fax, tempus quo vesperi faces accenduntur, et mille talia. Versu sequente MS. vterque δεῖ τότ' ἐφορμηθῆναι.

v. 462. Εἶαρι πολεῖν] Vterque codex: πωλεῖν. Glossae pribris, πώλει, ἀνάσχεφε. Nonnulli legerunt ἦρι πολεῖν. quae pro varia lectione prioris libri margini erant adscripta. Nihil muta. Vide supra ad vers. 5. Hesiodum Ennius imitatur, qui eadem ratione dixit *polire agros* pro vertere. Hoc enim est a πολεῖν. inde et *interpolare.*

v. 465. Εὔχεσθαι Διὶ χθονίῳ] Interpp. Latini: *Supplica Ioui terrestri.* Quisnam ille terrestris Iupiter? Quae Tzetzes de sua εἱμαρμένῃ inculcat hic et aliis pluribus in locis, nugae sunt. Χθόνιος Ζεὺς est Iupiter inferus. Χθόνια Graecis dicuntur quae sub terra sunt, καταχθόνια. Χθόνιοι θεοὶ sunt Dii inferi. Hinc saepe in Graecis inscriptionibus ΧΘΟΝΙΟΙC ΘΕΟΙC. quod in Latinis est *Diis manibus.* In aliis vero θεοῖς καταχθονίοις. Sic commemoratur in monumentis antiquis χθόνιος Ἑρμῆς, *Mercurius infernus*, qui animas corpore solutas ducit ad inferos. Sicut apud Homerum καταχθόνιος ζεὺς est qui nostro χθόνιος. Aeschylo in ἱκετ. v. 164. dicitur Ζεὺς νεκυηκότων. *Iupiter mortuorum.* Hesych. χθόνιος Ζεὺς ὁ ἅδης. Ab aliis Graecis Poetis dicitur et χθόνιος βασιλεύς. In Theog. 767. θεὸς χθόνιος. Et Proserpina dicitur χθονία, scilicet βασίλισσα, Regina infera. Euripidi Furiae sunt χθόνιαι θεαί. Nec hoc ignorauit Proclus, sed cur Pluto ab agricolis sit inuocandus nescisse. Id vero inde est quod Plutonis ditioni et potestati subiecerint terram et omnia quae sub terra sunt, illumque crederent esse datorem illarum diuitiarum quae ex terra proueniunt. Onomacritus hymno in Plutonem, qui sub Orphei nomine circumfertur:

Πλουτοδοτῶν γενεὴν βροτέην καρπὸς ἐνιαυτῶν.
Diuitias largiens humano generi fructibus annuis.

Cic. II. de Natura Deorum: *Terrena autem vis omnis atque natura Diti patri dedicata est: qui diues vt apud Graecos Πλούτων, quod recidant omnia in terras, et oriantur e terris.* Plutus in Timone Luciani ad Mercurium: Οὐδὲ ὁ Ζεὺς ἀλλ' ὁ Πλούτων ἀποστέλλει με παρ' αὐτούς, ἅτε πλουτοδότης καὶ μεγαλόδωρος καὶ αὐτὸς ὤν. δηλοῖ γὰρ καὶ τῷ ὀνόματι. *Non Iupiter, sed Pluto me mittit ad eos, qui et ipse diuitiarum dator est, et magnorum largitor, quod suo etiam nomine declarat.* Nimirum ficut πλούτων apud Graecos a πλούτου δόσεως, ſic propter eamdem rationem Latinis Dis dicitur, quod diuitiarum dator ſit. Refert huc quoque Arnobius raptum Proſerpinae ex veteribus Mythologis: *Ille qui raptam Dite a patre Proſerpinam dicit, non, vt reris, in turpiſſimos appetitus viraginem dicit raptam; ſed quia glebis occultimus ſemina, iſſe ſub terrarum Deam, et cum orco ſignificat foedera genitalis conciliare foeturae.* Vide et Porphyrium apud Euſebium de Praeparat. Euangelica lib. III. cap. 3. Hinc et Proſerpina numinibus agricolarum accenſebatur. Auguſtinus IV. de Ciuit. Dei, cap. 8. *Praefecerunt Proſerpinam frumentis germinantibus.* Arnob. III. adverſus gentes: *Et quod ſata in lucem proſerpant cognominatam eſſe Proſerpinam.*

v. 466. Ἱερὸν ἀκτὴν] Delenda hic diſtinctio. Nam εὔχεσθαι Διὶ χθονίῳ pertinet ad verſum ſequentem, ἀρχόμενος τὰ πρῶτ' ἀρότοιο. Incipiens arationem ſupplica Plutoni, vt opus fortunet. Ἀρότοιο. recte MS. ſecundus. In primo vt et editionibus ἀρότρου. perperam. Supra v. 384.

Πληϊάδων Ἀτλαγενέων ἐπιτελλομενάων
Ἄρχεσθαι ἀμητοῦ· ἀρότοιο δὲ δυσσομενάων.
Pleiadibus Atlante natis exorientibus
Incipe metere, arare vero occidentibus.

Ἐντελέα βρίθειν vero in initio huius verſus eſt: *Vt matura grandeſcant.* Luſtricum carmen apud Catonem: *Mars pater te precor, quaeſoque vti tu fruges, frumenta, virgulta, vinera grandire beneque euenire ſiris.* Accius Meleagro: *Fruges prohibet pergrandeſcere.* Hinc *grandia frumenta* apud Virgil. IV. Aen. v. 405.

— — *pars grandia trudunt*
Obnixae frumenta humeris.

et apud alium Poetam *grandia farra.* Contra *vegrandia farra* apud Ouid. III. Faſtor.

— — *vegrandia farra coloni*
Quae male creuerunt, veſcaque parua vocant.

v. 486.

v. 468. Ὄρπηκα βοῶν ἐπὶ νῶτα ἴηαι] Legendum puto: ἴηαι. *Temonem tergis boum immittas*, ferias temone terga.

CAPVT XI.

Heſiodus ter emendatur, ſemel Proclus. Μέσαβον, μέσσαβον. Pollux emaculatus. Εὐθημοσύνη, κακοθημοσύνη. Βιότᾳ αἱρεύμενος. Ἐυσχθέων. Ἡελίῳ τροπαὶ bruma. Heſiodi locus non intellectus adhuc exponitur. Ἥμενον ἀμᾶν. Κάθεσθαι. Sedere. Deſidere. Οὐχ ἕδος. Χαλκήϊος θῶκος. Λέσχαι. Stationes. Athenienſium garrulitas et nimium nouarum rerum ſtudium. Λεσχῶν multitudo Athenis. προσλέγειν κακά. Δεινύειν. Oſtendere. Μέμυκε γαῖα. Orpheus emendatus. Καλιαί.

v. 469. Ἔνδρυον ἑλκόντων μεσάβῳ] Lege ex vtroque MS. μεσάβων. Iam olim de lectione huius loci incertos animi fuiſſe viros eruditos, qui in hoc Scriptore non negligenter ſunt verſati, Proclus oſtendit, qui vtramque lectionem affert et exponit. Vulgatam vt tueatur ibi vide. De hoc noſtra ſic diſputat: Ἑλκόντων μεσάβων] (ſic lege ex MS. Gudii, vulgo male μεσάβῳ) τὰ μέσσαβα μεσσάβων, λέγονται δὲ αἱ τοῦ ζυγοῦ γλυφαί. Καὶ ὁ Καλλίμαχος· μέσσαβα βοῦς ὑποδύς. Ἑλκόντων τῶν βοῶν τὸ ἔνδρυον τῶν μεσσάβων, τὸν ζυγὸν ἐν ᾧ αἱ γλυφαὶ, ἔνθα οἱ αὐχένες τῶν βοῶν δέδενται. Sed melior hoc loco Tzetzes: Εὔχου τῇ χθονίῳ εἱμαρμένῃ ὅταν ἄρξῃ ἀροτριᾶν, καὶ οἱ λῶροι τοῦ ζυγοῦ ἕλκωσι τὸν ῥυμὸν δηλονότι τῶν βοῶν κινουμένων. *Precare terreſtrem Prouidentiam cum inceperis arare, et lora iugi traxerint temonem, bobus ſcilicet mouentibus.* Eſt enim μέσαβον et μέσσαβον lorum quo boues alligantur temoni. Pollux I, 13: Ὁ πλατὺς ἱμὰς ὁ τῷ ζυγῷ παρακαθαπτόμενος ἐχέβοιον, καὶ μέσαβα, καὶ μέσαβον (ſic lege ex MS) καλεῖται. καταλαμβάνουσι δὲ αὐτὸν ὅταν περιειλῶσιν εἰς τὸ τοῦ ζυγοῦ τρύπημα, κερκίδα ξυλίνην ἐμβαλόντες ἣ καλεῖται ἔμβρυον ἢ ἔνδρυον. *Lorum latum iugo adnexum vocatur* ἐχέβοιον, et μέσαβοι, et μέσαβον, *quo vtuntur cum in iugi foramen immittunt paxillum ligneum, quem* ἔμβρυον *aut* ἔνδρυον *vocant.* Valde appoſite ad hunc locum. Sane ἔνδρυον Proclus quoque δρυΐνον παξάλισκον quernum paxillum exponit, qui infigitur foramini iugorum ne lora, quae temonem trahunt et boues illi alligant, excidant.

Pleriſque tamen eſt ipſe ἰσοβοεὺς, ſeu ἑυμός. Sed, puto, συνεκδοχικῶς, vt poſtea temo pro ipſo aratro.

v. 471. Εὐθημοσύνη γὰρ ἀρίζη] Vterque codex εὐθυμοσύνη, ſicut et ſequente verſu κακοθυμοσύνη, qui tamen non ſunt ſequendi. Nec Latini Interpretes, qui imperitiſſime vertunt *induſtria*, et *ignauia*. Diu eſt quod non ſolum Proclus, ſed viri etiam noſtrae aetatis doctiſſimi clamarint, εὐθημοσύνην eſſe concinnam rerum diſpoſitionem, cum omnia recte et ordine geruntur et collocantur; κακοθημοσύνην vero ordinem confuſum, cum res male digeruntur, nihil via et ratione agitur, nihil loco fit. εὐθήμονες, qui omnia bene et ordine disponunt. Aeſchylus Choëphoris:

Δμωαὶ γυναῖκες δωμάτων εὐθήμονες.
Ancillae domum ordinantes.

Scholiaſtes antiquus: Τὲτ' ἐςιν ὑπηρέτιδες εὖ τιθεῖσαι τὰ κατὰ τὸν οἶκον. Vide viri ſine dubitatione doctiſſimi P. Leopardi Emendat. lib. V. cap. 2. In eodem verſu in MS. I. legitur σπέρμα κατακρύπτων.

v. 476. Βιότοιο ἐρεύμενον] Si Moſchopuli interpretatio accipienda legendum ἐρευγμένον. Tradit enim Heſiodo poſitum eſſe pro ἐρευγόμενον. Idque eſſe abundantem, ab ἐρευγῆ quod ſignificet copiam diuitiarum, per translationem a ſtomacho petitam, qui non ructet niſi cibo ſit repletus. Sed haec perquam dura eſt translatio et inconcinna. MS. Voſſianus legit βιότᾳ αἰρεύμενον, *victu fruentem*. Quae quin vera Heſiodi lectio ſit nullus dubito. Eſt conſtructio Attica, vt ἔφαγε τᾶ ἄρτα, qua lectionem vulgatam etiam tuetur Moſchopulus. Videtur confirmare Proclus, qui ἐκ πόνων ἕξεις καρπὰς, ſicut et Tzetzes, qui μεταλαμβάνοντα τᾶ βιότοιο καὶ τῆς ζωῆς exponit, quamuis apud hos etiam legatur ἐρεύμενον.

v. 477. Εὐοχέων] Repone ex Proclo, Moſchopulo, Euſtathio, et antiquioribus nonnullis editionibus, εὐοχθέων, bene inſtructus cibis. Vidit et D. Heinſius et Iſaacus Caſaubonus ad Athenaeum.

v. 479. Εἰ δέ κεν ἠελίοιο τροπαῖς ἀρόῃς] Per ἠελίοιο τροπὰς hic intelligi χειμερινὰς liquido conſtat. Vertendum ergo: *ſi brumis araueris*. Cic. II. de Nat. Deorum c. 7. *Solis acceſſus diſceſſuſque ſolſtitiis brumiſque cognoſci*. Veteres ſolſtitium aeſtivum κατ' ἐξοχὴν ſolſtitium dicunt: quod vero vulgo hibernum ſolſtitium appellatur, melioris aetatis Scriptores appellant *brumam*.

v. 480. Ἥμενος ἀμήσεις] Ἥμενον ἀμᾶν non eſt, quod omnes Graeci Latinique volunt, ſedere in metendo propter culmorum raritatem et breuitatem. Non vidi Interpretem, qui

hunc

hunc locum intellexerit. Ἤμενον ἀμᾶν est tempore messis, cum alii occupantur et exercentur in demetendis et congerendis frugibus, otiosum esse, nihil habere quod agas, quia ager nullos tulit fructus ob serotinam arationem. Graecis enim et Latinis *sedere* est otiosum esse. Demosth. Philipp. II. πολὺ γὰρ πλείας ἀφορμὰς εἰς τὸ τὴν παρὰ τῶν Θεῶν εὔνοιαν ἔχειν ὁρᾷ ὑμῖν ἐνοῦσας ἢ ἐκείνῳ· ἀλλ' οἶμαι καθήμεθα ἀδὲν ποιοῦντες. *Plures occasiones rei bene gerendae se nobis offerunt quam Philippo, quae sunt significationes beneuolentiae Deorum erga nos. sed sedemus, vt video, nihil molientes.* Non longe post: Τοὺς μὲν ἄλλους σεσώκατε πολλάκις πάντας, καὶ καθ' ἕκαστον ἐν μέρει. τὰ δὲ ὑμέτερα αὐτῶν ἀπολωλεκότες κάθησθε. *Alios plerumque vniuersos ac singulos conseruastis, nunc amissis vestris sedetis.* Bacchylides: ἀδ' ἕδρας ἔργον ἀδ' ἀμβολᾶς. *Non est sedendi tempus et cunctandi.* pro quo Homerus ἐχ' ἕδος, *non est sedendi tempus.* Iliad. ω.

— — Ἠῶθεν γὰρ
Θήσονται περὶ ἄστυ μάχην ἐλίκωπες Ἀχαιοί.
Ἀσχαλόωσι γὰρ οἵγε καθήμενοι, ἀδὲ δύνανται
Ἴσχειν ἐσσυμένως πολέμω βασιλῆες Ἀχαιῶν.

Mane autem committent pugnam circa vrbem nigris oculis Graeci. Hi enim indignantur sedentes, neque possunt continere cupidos pugnandi Graecorum reges. Cic. pro Rosc. *Cum tam proscriptionis mentio nulla fieret, cum etiam ii qui antea proscripti erant, sederent, nomen refertur in tabulas S. Roscii.* Id. in Pison. *An potest vlla esse excusatio non dicam male sentientis, sed sedentis, dormientis in maximo reipublicae metu consuli?* In Verr. *Quid sedes Verres? quid spectas?* Lib. XVI. epist. ad Fam. 3. *Iis enim ventis isthinc nauigatur, qui si essent, nos Corcyrae non sederemus.* Sic et *desidere*, et *residere*: hinc *desses, reses, desidia.* Terent. *Frustra vbi totum desedi diem.* Sueton. Iul. *A quo ad arcessendam classem in Bithyniam missus, desedit apud Nicomedem.*

v. 485. Εἰ δέ κεν ὀψ' ἀρόσῃς] MS. I. ἀρόσεις.

v. 490. Οὕτω καὶ ὀψαρότης προτηρότῃ ἰσοφαρίζοι] MS. προαρηροτι ἰσοφαρέζοι. MS. II. ἰσοφαριζει. Scribendum, ἰσοφαρίζοι quod et Guietus monuit.

v. 493. Πὰρ δ' ἴθι χάλκειον θῶκον] Interpretes: *Praeteri autem aeneam sedem.* sed vertendum: *officinam aerariam*, seu *ferrariam* quae omnibus patebant, in quibus solebant pauperes confabulari, quin et dormire. Homerus Odyss. σ. vocat χαλκήϊον δόμον, vbi Melantho ad Vlyssem, quem pro mendico habebat:

Οὐδ' ἐθέλεις εὖδειν χαλκήϊον ἐς δόμον ἐλθὼν
Ἠέ πε ἐς λέσχην.

Non vis cubitum ire in fabri ferrarii officinam, aut aliquam tabernam. Vide ibi Euſtath. Θῶκος enim hic idem eſt quod δόμος, officina, taberna, locus vbi commoramur. Noſter alibi:

Φεύγειν δὲ σκιερὰς θώκας καὶ ἐπ' ἠῶ κοῖτον.

Fuge opacas domos et matutinum ſomnum. Hinc θωκεῖν eſt commorari in aliquo loco. Heſych. θωκεῖ, κάθηται, ὁμιλεῖ. Λέσχαι ſunt porticus, baſilicae, tabernae, aliaque loca publica in quibus otioſi confabulandi cauſa conueniebant. Latini vocant ſtationes. Plin. II, ep. 9. *Prenſo amicos, ſupplico, ambio domos, ſtationeſque circumeo.* Sueton. Neron. 37. *Saluidieno Orfito obiectum eſt, quod tabernas tres de domo ſua circa forum ciuitatibus ad ſtationem locaſſet.* Poſterioribus temporibus ſcholas dixerunt, vt multis docet Vir ſummus, Thomas Reineſius ep. 36. ad Rupertum. Tales λέσχας et ſtationes Athenis trecentas et ſexaginta fuiſſe Proclus ad hunc locum teſtatur. Quod nemo mirabitur qui meminerit Atticos fuiſſe valde garrulos, nouaque audiendi praecipue de aliorum vita et rebus percupidos. Dicaearchus ἐν βίῳ ἑλλάδος. Οἱ μὲν Ἀττικοὶ περίεργοι ταῖς λαλιαῖς, ὕπελοι, συκοφαντώδεις, παρατηρηταὶ τῶν ξενικῶν βιῶν. *Athenienſes ſunt valde dediti inanibus confabulationibus, occulti, ſycophantae, exploratores vitae aliorum.* quod confirmant egregie verba Lucae in Actibus Apoſtolorum. Ἀθηναῖοι δὲ πάντες καὶ οἱ ἐπιδημοῦντες ξένοι εἰς οὐδὲν ἕτερον εὐκαίρουν ἢ λέγειν τι ἢ ἀκούειν καινότερον. *Athenienſes autem omnes et inquilini peregrini nulli alii rei, vacabant, niſi aut dicendis aut audiendis rebus nouis.* Probo vero hic lectionem, quam ex antiquo codice primus prodidit G. Canterus, ἐπαλέα λέσχην. Eam agnoſcit quoque codex Voſſianus primus cum interpretatione θερμὴν φλυαρίαν.

v. 499. Κακὰ προσλέξατο θυμῷ] Latini Interpretes in recentioribus editionibus: *animum ſuum increpat*, perabſurde. quanto rectius antiquiores: *mala verſat in animo.* Προσλέγειν κακὰ eſt κακὰ ἐννοεῖν ἐν ἑαυτῷ ψυχῆς, vt recte Graeci magiſtri. nimirum cogitare de furtis, latrociniis, ſacrilegiis aliisque malis vitam tuendi artibus, ad quas compellit paupertas, quae *crimina ſuadet ingeniis*, vt Claudianus ait. Sicut autem λόγος, λέγω, διαλέγομαι, φράζω, φημί, ſic et προσλέγω, non ſolum de oratione, ſed et ratione et cogitatione dicuntur.

v. 502. Δείκνυε δὲ δμῳῆσσι] Praeclare D. Heinſius docuit δεικνύειν hic eſſe *dicere*. Sic et Latinis *oſtendere*. Cic. V. ad

ad Fam. 12. *Cum mihi saepe ostenderis te accuratissime nostrorum temporum consilia et euentus litteris mandaturum.* hoc est, dixeris, declaraueris. lib. IV. ep. 1. *Eadem omnia quae a te de pace et Hispaniis dicta sunt ostendi me esse dicturum.* Lib. I. ep. 9. *In eo ipso quod te ostendis esse facturum,* h. e. dicis, scribis. Sallust. Iugurth. 30. *Multa superba et crudelia facinora nobilitatis ostendere,* commemorare. C. Nepos Epaminond. *Micythus Epaminondam conuenit, et causam aduentus Diomedonxis ostendit.* pro θέρεος MS. I. θέρες.

v. 503. Ποιεῖσθε καλιὰς] Est exstruite aedes, tugurria. καλιαὶ enim et καλιοὶ sunt aediculae, casae. sic et supra v. 305.

Ὡς κέ τοι ὡραίῃ βιότῳ πλήθωσι καλιαί.

Vt tibi aestate collecto victu impleantur tuguria. Quamuis proprie ibi dici de horreis Veteres notent. Hesych. Καλιοὶ. τὰ εὐτελῆ οἰκήματα. Idem: οἱ μικροὶ οἶκοι καλιαὶ καὶ καλίδια. Vulgo *nidos componite* vertunt. Noui apud Latinos interdum etiam nidos dici tenuiores aedes, et quosuis receſſus, ſed in verſione praeſtat propriis vti vocabulis.

v. 508. Μέμυκε δὲ γαῖα] Hunc locum optime expoſuit vetus Scholiaſtes Nicandri ad Theriacῶν v. 626. qui contendit μέμυκε hic eſſe clauditur, conſtringitur gelu terra, ἐπειδὴ πάντα ἐν χειμῶνι συνεσχλιμένα εἰσὶ καὶ ἠσφαλισμένα. quod omnia hyemis tempore clauſa et conſtricta frigore rigeant. Vide Proclum quoque ad hunc locum. Orpheus in deſcriptione hyemis, quam Heſiodum hic aiunt eſſe imitatum:

Πολλαὶ ἐρανόθεν κὴ ἐπαρτέες ἐκ νεφελάων,
Τῆμος ἐπέρνυνται, φηγοῖς κὴ δένδρεσιν ἄλλοις
Οὔρεσί τε, σκοπέλοις τε, κὴ ἀνθρώποις ἐριθύμοις.
Πηγυλίδες, καὶ ἔσονται ἀμειδέες. αἱ δὲ γὰρ ὄντως
Τεύχεσιν καὶ θῆρας ἐν ἔρεσιν, ἠδέ τις ἀνδρῶν
Προβλώσκειν μεγάρων δύναται κατὰ γυῖα δαμασθείς
Ψύχεϊ λευγαλέῳ. πάχνη δ' ὑπὸ γυῖα μέμυκε.

Multa de coelo et crebra ex nubibus Tunc incidit fagis et aliis arboribus montibusque et rupibus et hominibus moestis glacies, et erunt adspectu triſtes. Illa enim affligit et animalia in montibus, neque mortales prodire ex aedibus possunt, quia membra vruntur frigore acri, geluque membra constringuntur. In tertio verſu ſcripſimus ἀμειδέες. ſicut apud Poetam ἀμείδητοι νύκτες, triſtes noctes. Latinis, triſtis hyems. vulgo legitur ſine ſenſu: ἀμαιβέες. Sed hoc vitium D. Heinſium quoque deprehendiſſe poſtea cognoui.

v. 510. Πιλνᾷ] MS. I. πιλδνᾷ, II. Codex: πιτνᾷ. quod non improbem. Hinc πιτνὰς apud Homerum, teſte Euſta-

thio, est προσπίπτων. Et πιτνέω. Hesych. πιτνεῖ, πίπτει, ἐκτείνει.

v. 513. Ἀλλά νυ καὶ τῶν ψυχρὸς ἐὼν διάησι] Non intellexerunt huius loci sensum interpretes, cum vertunt: *quas nihilominus frigidus existens perflat.* Verte: *sed et has frigidus valde perflat.* Τῶν hic vt saepe apud Poëtas pro τούτων. Quod et Moschopulus monuit et auctor glossarum ineditarum codicis Vossiani. Δασίσερνα et τανύτριχα vulgo interpretantur *birsuta.* Sed Latinis non dicuntur hirsuta quae villosas habent cutes, sed quae setosas, vt porcorum, aprorum, echinorum. Cic. de Nat. Deorum: *Quarum animantium aliae coriis tectae sunt, aliae villis vestitae, aliae spinis birsutae.*

CAPVT XII.

Ἐπηετανὸν. Ἀνόσιος. Κυάνεος niger. Παυέλληνες. Μυλιᾶν, Μαλκιᾶν. Cratis correctio in Hesiodo probata. Proclus correctus. Crates Mallotes. Νὶψ. Hesiodus leuiter emendatus. Χλαῖνα, laena. Πῖλοι. Ἀρναχίδες. Pollux emendatur. Πέλυντρα. Πόδια. Ἀναξυρίδες. Σκελέαι. Rursus Polluci duo loca restituta. Διφθέρα.

v. 517. Οὔνεκ' ἐπηεταναὶ τρίχες αὐτῶν] Ἐπηεταναὶ τρίχες Latinis Interpretibus sunt *annui villi.* Sed Graeci erant audiendi qui bene explicant δασείαι, ἀ διαλείπουσαι, συνεχεῖς, villi densi, spissi. quibus opponuntur rari. Ἐπηετανὸς saepe est affluens, copiosus. Hesych. Ἐπηετανὸν, συνεχὲς, ἀδιάλειπτον, παρατεταμένον διὰ παντὸς τοῦ χρόνου, δαψιλές. Homer. Ὀδυσσ. δ.

Ἀλλ' αἰεὶ παρέχεσιν ἐπηετανὸν γάλα θῆσθαι.
Sed semper praebent copiosum lac mulgendum.

Ὀδυσσ. ϑ.

— — λίην γὰρ ἀεικελίως ἐδαμάσθην
Κύμασιν ἐν πολλοῖς, ἐπεὶ ἀ κομιδὴ κατὰ νῆα
Ἦεν ἐπηετανός.

Miserrime vexatus in fluctibus immensis, quoniam commeatus abundans non erat in nauibus. Vide ad vtrumque locum Eustathium.

v. 520. Ἔντοσθε φίλη παρὰ μητέρι μίμνει] MS primus: ἔντοσθεν μίμνει παρὰ μητέρι κεδνῇ.

v. 523. Νυχίη καταλέξεται ἔνδοσθεν οἴκου] MS. I. Μυχίη καταλέξεται ἔνδοθι οἴκου. quod non improbem. Μυχίη MS. glossae

gloſſae eiuſdem libri exponunt ἔνδοτος. Nimirum μυχίη eſt quae ἐν μυχῷ δόμων, vt Homerus loquitur, in interiore aedium parte verſatur, quae Graecis dicitur θάλαμος, παρθενὼν et Gynaeconitis. Hinc ἐκ θαλάμης παρθένος Theocrito eſt virgo, quae in thalamo verſatur, innupta puella. Stat. I. Theb.

Nec mora praeceptis cum protinus vtraque virgo
Arcano egreſſae thalamo.

quo nemo accedit niſi propinqua cognatione coniunctus, vt C. Nepos ait. Sic et Proclus legiſſe videtur, qui exponit εἴσω μυχῶν τὴν οἰκίαν παρθενευομένην.

v. 524. Ὅτ' ἀνόσεος δν πόδα τένδει] Antigonus Caryſtius in παραδόξων συναγωγῇ, cap. 25. legit τέμνει. Ὁ δὲ πολύπους, inquit, ἐν τῷ χειμῶνι τὰς πλεκτάνας αὐτὸς κατεσθίει· τοῦτ' ἐστὶν

Ἥματι χειμερίῳ ὅτ' ἀνόσεος ὃν πόδα τέμνει.

Polypus hyeme ſuos comedit cirros. Hoc ſignificat: Tempore hiberno quando exoſſis Polypus ſuum pedem arrodit. Quod Heſiodus πόδα πολύποδος, hoc Antigonus πλεκτάνας nominat, Philes vero et Aelianus πλοκάμους. Inde prouerbium cuius Heſychius meminit: Πολύποδος δίκην αὐτὸς ἑαυτὸν καταφαγών. Obſeruatu vero dignum eſt quod notauit Moſchopulus ἀνόσεον eſſe Lacedaemoniorum vocem, ſicque eos appellaſſe πολύποδα.

v. 527. Κυανέων ἀνδρῶν] Κυάνεος quidem proprie eſt caeruleus, ἀρανοειδὲς χρῶμα. Κυανὸς enim eſt color caeruleus: ſed ſaepe etiam ponitur pro nigro. Heſych. Κυάνεον μέλαν. Κυανῆ, μέλαινα, φαιά. Dionyſius Characenus v. 586.

Μέσφ' ἐπὶ κυανέας νοτιὴν ὁδὸν αὖτις ἐλάσσῃ.

Donec ad nigros (Aethiopes) *auſtralem viam rurſus confecerit.* De Indis v. 1112.

Τῷ γαίης νάσται μὲν ὑπὸ χρόα κυανέεσσι·
Θεσπέσιον λιπόωντες.

Quare terrae habitatores quidem corpore ſunt nigro mire pingues.

v. 528. Πανελλήνεσσι] Non vertendum vniuerſis Graecis, vt vulgo; ſed ſimpliciter Graecis. Πανέλληνες enim tempore Heſiodi, Homeri, Archilochi appellabantur Graeci ad differentiam Ἑλλήνων proprie ſic dictorum. Hellenes autem tum temporis dicebantur Phthiotidis incolae, quod nomen acceperunt ab Hellene Deucalionis filio, qui illius partis Theſſaliae Rex fuit. Ante hunc nominabantur Γραῖκοι, quod Latini retinuerunt. Hinc Homerus Achillis populares et ſubiectos vocat Myrmidones et Hellenes. Achilles autem imperabat Phthiotidi. Hi itaque cum proprie dicerentur Ἕλληνες,

reliqui Graeciae populi dicti sunt Πανέλληνες. Vide Thucydidis prooemium, Strabonem lib. VIII. Apollodor. lib. I. Biblioth.

v. 530. Λυγρὸν μυλιόωντες] Suidas: μυλιόωντες, ῥιγηνῶντες. Proclus: διεσραμμένοι καὶ συγκυφθέντες ὑπὸ τῆς κρύος. Vt apud Phaedrum: *Musca contracta frigore.* Alii tamen omnes μυλιᾶν putant esse κινῆν καὶ συγκρούειν ὀδόντας ἀπὸ τῆς ψυχρότητος, quod Matthaeo est βρυγμὸς ὀδόντων. Tertulliano *frendor dentium.* Sed frigus ferarum aeque vt hominum dentes collidere quis vidit, quis tradit? Mallem itaque cum Crate legere μαλκιόωντες. Μαλκιᾶν, μαλκεῖν, μαλκύειν est frigore rigere, διὰ ψυχος μὴ ἔχειν εὐκινήτῳ δυνάμει χρήσασθαι. Vt Etymologici magni auctor exponit, Aratus:

— — Τότε δὴ κρύος ἐκ Διὸς ἐστὶ
Ναύτῃ μαλκιόωντι κακώτερον

Vertit Caesar Germanicus:

Tunc rigor, aut rapidus ponto tunc incubat Auster,
Tarda ministeria, et nautis tremor alligat artus.

Ad hanc quoque lectionem puto pertinere Procli expositionem illam, διεσραμμένοι καὶ συγκυφθέντες. Sic lege, non συγκαφθέντες. Apud eumdem corrupte quoque legitur Ἰσοκράτης, pro Κράτης. Cratis enim Mallotae Grammatici Pergameni celeberrimi, qui Aristarchi aemulus fuit et perpetuus aduersarius, haec est lectio, non Isocratis. Etymologici Magni auctor: Μυλιόωντας. Ἡσίοδος τὰ χείλη κινοῦντες, ἀπὸ τῆς ψυχρότητος ἢ συνάγοντες, ἢ τὰς μύλας συγκρούοντες. Κράτης δὲ γράφει μαλκιόωντες. Ἔστι δὲ τὸ διὰ ψύχος μὴ ἔχειν εὐκινήτῳ δυνάμει χρήσασθαι.

v. 535. Νίφα λευκὴν] Omnes tradunt νίφα dici per ἀποκοπὴν pro νιφάδα, quod mihi nulla ratione probatur. Non dubito esse accusatiuum verum obsoleti nominatiui νίψ, νιφὸς, vnde Latinum *nix.* Hoc quidem nomen interiit vt infinitae aliae omnium fere linguarum origines, de quibus vide eruditam diatriben doctissimi Christiani Daumii nostri. Ab hoc antiquato νίψ est νίφω, et νιφοβλῆτες Ἄλπεις in Antholog. Alpes niue conspersae.

v. 537. Χλαῖναν τε μαλακὴν] MS. II. χλαῖναν μὲν μαλακὴν. Sic metro consulitur. Glossae MS. exponunt ἱμάτιον παχύ. recte. Latinis dicitur laena non chlaena, vt Hesiodi Interpretes. Erat vestimentum crassius quo vtebantur ad arcendos imbres et frigus. Varro IV. de L. L. *Laena quod de lana multa. Duarum enim togarum instar: vt antiquissimum mulierum ricinium, sic hoc duplex virorum.* Sed in veriuerbio labitur

labitur Romanorum doctissimus. Est enim laena a Graeco χλαῖνα, sine dubio, abiecto χ, sicut ab antiquo γλὰξ γλακτὸς est lac.

v. 541. Βοὸς ἴφι κταμένοιο] Omnes Graeci recte exponunt bouis nec senio nec morbis confecti, sed qui in ipso robore et flore aetatis vi occiditur, cuius corium calceis, qui non facile deteruntur, et contra frigus maxime muniunt, sit aptissimum. Sic apud Homerum *ἰμὰς βοὸς ἴφι κταμένοιο, lorum bouis vi occisi.* Rationem reddit Plutarchus II. Sympos. nimirum pelles animalium ferro iugulatorum esse tenaciores, nec tam flaccidos ac tam facile rumpi, quam pelles animalium quibus morbus aut senectus mortem attulit. Veteres ex crudo corio calceos conficiebant, Latinis perones dicuntur.

v. 542. Πίλοις ἔντοσθε πυκάσσας] Quis non miretur stuporem Interpretum, qui reddunt: *pilis intus condensans.* Quis vmquam fando audiuit πῖλος Latinis significare pilum? πῖλοι sunt lanei calcei, qui sub peronibus inducebantur ad arcendum frigus. Latinis dicuntur *vdones.* Vlpianus II. de auro et argento legato: *Alia causa est vdonum, quia vsum calceamentorum praestant.* Domi nimirum cum non prodirent; sicut et soleae. Alioquin calcei cum prodirent in publicum semper superinducebantur a Romanis, vt ostendit Salmasius ὁ πάνυ ad Lampridium. Sunt etiam laneae fasciae pedules, vt inferius ostendemus. Quicquid enim ex lana coactili conficiebatur dicebatur πῖλος. Tam capitis tegumentum, vt statim v. 546. quod hinc Latinis etiam pileus dicitur, quam pedum. De pedulibus Lucian. Ῥητόρων διδασκάλῳ· ἢ ἐμβὰς Σικυωνία πίλοιο τοῖς λευκοῖς ἐπιπρέπουσα. *Sicyonius calceus albis decorus soccis.* Pollux VII, c. 33, sect. 4. Οὐ μόνον ὁ ἐπὶ τῶν κεφαλῶν ἐπιτιθέμενος πῖλος ἄτως ἐκαλεῖτο, ἀλλὰ καὶ ὁ περὶ τοῖς ποσὶν, εἰς δηλοῖ Κρατῖνος ἐν Μαλθακοῖς λέγων· λευκὰς ὑπὸ ποσὶν ἔχων πίλας. Ὁ τε Πλάτων ἐν συμποσίῳ· Καὶ ἀρνακίδας τοῖς πίλοις προσίθησιν, ἐνειλιγμένον τὰς πόδας εἰς πίλας τε καὶ ἀρνακίδας. *Non solum quod capiti imponitur πῖλος dicitur, sed et quod pedibus inducitur, vt Cratinus ostendit in μαλθακοῖς. Albos sub pedibus calceos laneos habens. Sed et Plato in symposio etiam ἀρνακίδας cum πίλοις coniungit: Inuolutum pedes in calceos laneos et agninas pelles.* Sic lege. Ἀρνακίδες erant calcei ex pellibus agninis (ἀρνακὶς enim est agnina pellis cum ipsa lana) quibus hyeme vtebantur, sicut πῖλοι ex lana coactili. Vdones apud Martialem lib. XIV. ex hircinis pilis confecti narrantur:

Non bos lana dedit, sed olentis barba mariti,
Cinyphio poterit planta latere sinu.

Cinyphius

Cinyphius finus eſt calceus ex caprinis pilis contextus. Πίλας Aeſchylus et Sophocles dixerunt πέλυντρα, Critias πόδια. Pollux VII, 22. Ἃ δὲ πόδια Κριτίας καλεῖ, εἴτε πίλας οἰητέον, εἴτε ἐνειλήματα ποδῶν, ταῦτα πέλυντρα καλεῖ ἐν Φοινίσσαις Αἴσχυλος.

Πέλυντρ' ἔχεσιν εὐθέτοις ἐν ἀρβύλαις,

Τὰ δὲ πέλυντρα εἶδος ὑποδήματος, ὥσπερ τὰ πόδια, ἃ ταῦτα ἦν ταῖς ἀναξυρίσιν, ἃς σκελέας ἔνιοι ὀνομάζουσι. Κρίτης δὲ ἐν ἑορταῖς ἔφη· Καὶ δὴ πόδια τριμίτινα. Sic hunc locum partim ex MStis, partim ex coniectura reſtitui, qui corruptus eſt in editis libris. Confundit Pollux hoc loco crurales faſcias cum pedulibus. ἀναξυρίδες et σκελέαι ſunt proprie crurales faſciae, πῖλοι vero, πέλυντρα, πόδια, pedules. Idem Pollux lib. X, cap. 11. Ἃ δὲ ὑπεῖναι δεῖ πόδια, πίλας, πέλυντρα. ἔτως γὰρ Σοφοκλῆς τὰ πόδια καλεῖ· τὰς δὲ περὶ τοῖς ποσὶ πίλας ὁ Πλάτων μόνον ἐν συμποσίῳ φήσας, ἐνειλιγμένον τὰς πόδας εἰς πίλας τε καὶ ἀρναχίδας, ἀλλὰ καὶ Κρατῖνος ἐν Μαλθακοῖς· Λευκὰς ὑπὸ ποσὶν ἔχων πίλας· ἔξεσι δὲ εἰπεῖν καὶ πλεκτὰς πίλας. καὶ ἐπὶ τῶν ὀνομαζομένων ἐδώνων πίλας τριμίτας, Λυσίππα εἰπόντος ἐν Βάκχαις. ἀλλὰ τριμιτός ἐσι πλεκτός. Sic iſtum locum ex ſuo optimo Codice legendum eſſe, qui grauiſſimis mendis et lacunis miſere foedatus eſt in editis libris, oſtendit mihi nuper Vir Maximus et vndiquaque eruditiſſimus Iſaacus Voſſius. Verum poſtquam haec fuerunt edita, de his Polluei locis eruditiſſimam ad me ſcripſit epiſtolam, quae cum multa doceat exquiſita, non poſſum non eam tecum communicare. Cum vtrumque locum in optimo ſuo Codice ſic legi oſtendiſſet, vt a me editus eſt, niſi quod in priore pro εἴτε πίλας οἰητέον ſcribatur εἴτε αὐτὰ οἰητέον, et pro ἃ ταῦτα ἦν, ταυτὸν ἦν. et pro πέλυντρα, πέλυτρα, ſubiicit: Cudones vel vdones apud Veteres pro eadem re accipi recte notat Salmaſius, verum non recte a cudendo hoc vocabulum arceſſit, cum ſit Graecum, et Graecam habeat originem. Ab ὄις eſt οἷα vel ὦα vel ὅα pellis ouina, et pro ὦα vero addito vt ſaepe κ, dicitur etiam κῶα, vel κῶας, vel κώς. A κὼς vero eſt diminutiuum κώδιον, κωδία, et κωδίς, et amplificatum κώδων vel κέδων, pro quo etiam ὤδων, et ἔδων reperitur, vnde Latinum cudones, vdones, ſeu odones dixere, idque promiſcue; cum κ aut c initiale non in barbaris tantum, ſed etiam in multis Graecis Latiniſque modo adſit, modo vero abiiciatur, quemadmodum etiam agnoſcit Salmaſius. De πελύτρων vocabulo ſic ſentio, eſſe id eiuſdem naturae ac originis ac ſit ἔλυτρον. In multis enim ſolet τὸ π loco τοῦ δίγαμμα affigi, vt ἥλικος πηλίκος, ἤγανον πήγανον, ἀλαιὸς παλαιὸς,

παλαιὸς; et infinita iſtiuſmodi. Eſt autem ἔλυτρον integumentum, inuolucrum, σκέπασμα etc. ab ἑλύω ſeu εἰλύω involuo. Eodem referri debent πελλυταὶ et πελλυχαὶ, licet Heſychius habeat πελλαχαὶ, quae ſunt talaria ſeu faſciae curſorum, quibus ad compeſcendam talorum extorſionem pedes muniebant. Vt enim ἔλυτρον et ἔλυχρον dicitur, ita quoque πελλυταὶ et πελλυχαὶ dicuntur ab εἰλύω et εἰλύσσω. Reddi debet hoc vocabulum Ariſtoteli in Problematis ſect. XVI. quaeſt. 4. vbi quaerit cur non tantum rotunda, ſed et quaecumque rectilinea in terram cadentia ad aequales vtrimque reſiliant angulos. Dicit enim id fieri καθάπερ τοῖς τε ξυρεμένοις τὰ σκέλη συμβαίνει καὶ ὧν τὰς κολύθρας ὑφαρπάζεσι. Quae vulgo ſic vertunt, *vt his accidit quibus aut pars inferior raditur, aut colei violantur.* Vnde nullum niſi ridiculum efficias ſenſum. Omnino ſic erat ſcribendum, καθάπερ τοῖς δὲ συροµένοις τὰ σκέλη συμβαίνει, καὶ ὧν τὰς πελύτρας ὑφαρπάζεσι. *Quemadmodum contingit loripedibus, et illis quibus* (inter lauandum) *talaria ſurripiuntur.* Vide locum integrum et fateberis omnia plana fieri ſi ſic legamus, fruſtraque ſe hic torquere Interpretes et mathematicos. Οἱ συρόμενοι τὰ σκέλη aliter Graecis dicuntur σαραπόδες non ἀπὸ τῦ σύρειν τῳ πόδε, vt habet Diogenes Laertius in Pittaco, neque ἀπὸ τῦ διαπεσηρότας τετύχθαι διεχῶτας ἔχειν τὰς τῶν ποδῶν δακτύλας, vt putat Galenus, ſed ἀπὸ τῦ σαρῶν ποσὶ, pedibus enim tamquam ſcopis verrunt pauimentum quidam loripedes. Tales praecipue multi reperiebantur inter Aethiopes et Aegyptios, non propter neruorum imbecillitatem, neque etiam propter eam cauſam, quam memorat Ariſtoteles eodem ſcripto ſectione XIV. quaeſt. 4. ſed propterea quod illis vel tali, vel genuum patellae incidebantur, vt nempe fugae ſpes praeriperetur illis qui mallent pedibus quam manibus operari. De talis coniicio, de genuum patella teſtem do Origenem qui in Philocalia ſcribit, morem fuiſſe quibuſdam Aethiopibus τὰς κόγχας τῶν γονάτων περιαιρεῖσθαι. Commode hinc intelligi poſſunt verba Petronii de Aethiopibus: *Age numquid ex crura in orbem pandere poſſumus, numquid ex talos ad terram deducere.* Iſta nempe Aethiopica mancipia, quibus genuum conchae erant ablatae, poterant crura in vtramque partem in circulum mouere, iiſque non nates modo, ſed et ventrem pulſare. Quod ſi illis tali incidentur iam quoque poterant plantas pedum ſimiliter in orbem mouere, et ſurſum ad crura adducere, et ſupinatis plantis ſupra ſolos ambulare talos. Firmandis autem et continendis talis maxime conducebat talarium genus quod draco dicebatur. De his et

aliis

aliis talarium generibus multa hactenus ignota possim tibi scribere, verum iis colligendis et digerendis oportunius forsan sese offeret tempus. Haec vir ille summus. Vides etiam Sophocli hic tribui πτέλυντρα, quae superius tribuit Aeschylo. Apud Hesiodum nostrum πῖλοι sunt ἐμπίλια, fasciae pedules ex lana coactili, quibus etiam Romani vsi sunt, sed sero. Varro enim affirmat calceamenta sine fasciis sumi solita se puero. Latinis etiam dicuntur *empilia*. Vlpianus l. 25. D. de auro et argento leg. §. 4. *Fasciae crurales pedulesque et impilia vestimenta sunt, quia partem corporis vestiunt.* Πιλεῖν et ἐμπιλεῖν est condensare, cogere, coactilia facere; vnde πῖλος et *impilia*, quam vocem male iuris Interpretes notant dici, quasi sine pilis. Hinc et *pilare*. Festus: *pilare et compilare sunt Graecae originis. Graeci enim fures piletas dicunt.* Hinc et *compilare* non est congerere, vt vulgo dicunt et putant, sed furari. *Compilare aedes*, furto ex aedibus aliquid auferre, quod nobis est *besteelen*. Πῖλοι etiam dicuntur tegumenta ex lana coacta, sub quibus hyeme habitant Scythae iusti Herod. IV, 23. male ibi Interpretes vertunt *pilei*. Sic et impegerunt qui Strabonem verterunt. Nam vbi lib. XVI. legitur ῥαβδωταῖς πίλοις ridicule exponunt *virgatis pilis*, cum legendum sit ῥαβδωτοῖς στίλοις *virgatis maculis*, vt monuit Salmasius ad Vopiscum. De πίλῳ capitis tegumento loquitur statim v. 546. Πῖλον ἔχειν ἀσκητὸν, *pileum habere bene factum*. Fuisse tales proprios Thessalis ad arcendum solis feruorem docet Eustath. ad Iliad. κ. Antiquissimis temporibus πῖλος non alium vsum capiti praestabat, quam πῖλοι, qui calceis inserebantur. Galeae enim interiores iis muniebantur, qualis ille erat galeae Vlyssis, quem acceperat a Merione, Iliad. κ. v. 265.

Μέσσῃ δ' ἔνι πῖλος ἀρήρει.

Mediae autem inerat pileus aptatus, vbi recte antiqua scholia τὸ ἔριον πεπιλημένον, *coacta lana*. Eustathius vero ad illum locum docet omnes olim galeas lana coactili fuisse munitas, inde posteriores, cum quaeuis capitum tegumenta πίλους dicerent, Vlyssi adscripserunt pileum, quali tum vtebantur. Sic enim semper exprimitur. Ex sicut claua Herculis est insigne, sic pileus Vlyssis, vt constat ex nummis, monumentis et testimoniis Veterum. de quo Vlyssis pileo vide Albertum Rubenium, virum politissimum, de Re vestiaria lib. II, cap. 15. Primus autem Apollodorus sic pinxit Vlyssem testante Eustathio ad Iliad. κ. p. 723. edit. Basil. Eustathius ad Iliad. ε. apud Veteres κυνέην appellari capitis tegumentum, quod nunc communiter dicatur σκιάδιον, et quod ab Hesiodo dicatur πῖλος ἀσκητός. Tradunt plerique capitis tegumenta veteribus Graecis

Graecis vsitata non fuisse. Eustathius ad Odyss. I. ait Latinos nudi capitis consuetudinem a priscis Graecis accepisse. Romanos enim Saturnalibus pileum gessisse, aliis diebus nudo capite incessisse, aut caput veste velasse. Apud Homerum pileum et causiam ne semel nominari. Quod verum est si pileum accipias huius generis, quali postea vtebantur, non tamen olim apud Graecos aut Latinos, nisi cum iter facerent in magno aestu, aut frigore, aut tempore pluuio. Quos pileos Romani vocabant petasos, qualis conspicitur in Mercurii simulacris. Hinc tanquam singulare notatur a Suetonio in Iulio Caesare, illum semper incessisse nudo capite cum iter faceret, *seu sol, seu imber esset*. Alioquin in Vrbe lacinia togae caput velabant. A πῖλος est πιλητής, *fur*, *deceptor*, superius v. 373. quod Aeolice dicitur pro φιλητής. Vide Etymol. magnum de huius vocis origine, quae inepta sunt. Sed credo antiquissima voce esse πιλητής, sicut Aeolica dialectus est vetustissima, pro quo leniore postea sono vsi alii Graeci φιλητής dixerunt. Fures autem et impostores dictos esse φιλητάς, quod pilo siue capitis tegumento se velarent, ne facile possent agnosci. Sic Aeoles dixerunt ἀμπὶ communiter ἀμφὶ; πανὸς, alii φανὸς, lampas, lychnuchus. Latina lingua tota formata est ex Aeolica, cuius dialecti qui peritus est, facile plerarumque omnium Latinarum vocum origines inuenire potest, saepissime pro communi Graecorum φ vtitur Aeolico π. Latinis *apua*, Graecis ἀφύη. Φοῖνιξ, Poenus, et plura huius generis, quod dudum obseruauit Caninius in Hellenismo.

v. 543. Πρωτογόνων ἐρίφων] Simylus in Moreto:

— — *cinctus villosae tergore caprae.*

Hoc vestimenti rustici genus, quod ex pellibus haedinis conficiebatur, Graecis dicitur διφθέρα, vnde διφθερίαι pastores et Attici rustici talibus vestimentis amicti. Theocrito Idyll. III, 25. et v. 15. dicitur βαίτα, vbi Scholiastes docet alio nomine appellari μηλωτὴν, qui prophetarum vestitus fuit, vt ex sacris voluminibus constat. Latinis hic habitus rusticus nominatur rheno. Ouidio *pastoritia pellis*. Glossae: Segestre διφθέρα. Segestre teges erat ex segetibus primo facta, sed postea ex pellibus, quibus milites in castris, nautae et pauperiores vtebantur, vt Varro docet, et ad Varronem Iosephus Scaliger. Διφθέρα nimirum est omne vestimenti genus ex pellibus rudibus factum.

CAPVT

CAPVT XIII.

Heſiodus quinquies emendatus. Ἀλεή. Duo epigrammata in cataleſtis veterum Poetarum correcta. Μάκαρες. Beati. Χαλεπός. Grauis. In Virgilio lectio Seruii probata. Oceanus cur ſacer. Theocrito lux. Alcaei fragmentum elegans correctum. Πετραίη σκιά. Πέτρα antrum in rupe. Μᾶζα ἀμολγαίη. Ἐπεμαζᾶν. Θάλλος boum pabulum. Ἀκραὴς Ζέφυρος. Ἐπαερμένος βίος. Ποιεῖσθαι θῆτα. Facere populum. Floro lux. Facere pro gignere. Ἡμεροκοίτος.

v. 544. Ὄφρ' ἐπὶ νώτῳ] Moſchopulus: ἐπὶ ὤμων. quod rectum eſt. Quae enim induuntur dicuntur humeris iniici non tergo. Exemplorum vbique magna meſſis. Sequentia vero: ὑετῷ ἀμφιβάλη ἀλεήν. peſſime interpretantur, *pluuiae arceas teporem.* (cum ſit, *pluuiae arcendae*, ſiue *praeſidium, munimentum iniicias aduerſus pluuiam.* Quod a nobis defendat pluuiam. ἀλεὴ enim eſt ἀλεωρὴ, συγκοπὴ, καταφυγὴ, vt bene magiſtri, ἀλέα vero tepor.

v. 546. Ἵν' ἔκατα μὴ καταδεύῃ] Eſt per ſynecdochen dictum, ne caput tibi madefaciat. Ὑετὸς ἔκατα καταδεύων imber perpluens caput in memoriam mihi reuocat elegantiſſimum epigramma ex cataleſtis veterum Poëtarum de Priapo, ſed quod aliquot mendis deformatum ſuo nitori reſtituemus.

Parum eſt, miſer quod hic fixi ſedem
Agente terra per caniculam rimas,
Siticuloſam ſuſtinens die aeſtatem.
Parum quod imos perpluunt ſinus imbres,
Et in capillos grandines cadunt noſtros
Rigetque duro barba vincta cryſtallo.

Sic ſcribendi hi verſus. In tertio vulgo legitur: *diu aeſtatem.* In quarto: *Parum quod imi perfluunt ſinus imbres.* In ſexto: *iuncta cryſtallo.* ineptiſſime. Sed et qui duobus interpoſitis ſequuntur ex veteribus editionibus ſic ſunt refingendi:

Huc adde quod me fuſte de rudi vilem
Manus ſine arte ruſticae dolauerunt,
Inſerque cunctos vltimum Deos numen
Cucurbitarum ligneus vocor cuſtos.

ſed haec praeter inſtitutum et penſum noſtrum, ad quod nos reuocamus.

v. 549. Ἀλὴς πυροφόρος τέτατα] MS. I. πυρφόρος ἐντέτατα, cum interpretatione, σιτοφόρος ἐπιχέετω. Seleucus

Ieucus vero legit ἀὴρ ὀμβροφόρος obseruante Proclo, Μάκαρες hic, vt apud Latinos, *beati*, *fortunati* sunt homines copiosi, opulenti. Catullus: *O quantum est hominum beatiorum?* Dicuntur et Graecis εὐδαίμονες. Versu sequente vterque Codex et Tzetzes: ἀρυσσάμενος. Ibidem liber primus ποταμῶν αἰὲν ἐόντων, secundus autem αἰεναόντων. quod verius. Sic quoque Tzetzes. Isingrini editio proxime verum: αἰὲν ναόντων. Sic et apud Hom. Ὀδυσσ. Ν. v. 109. ὕδατ' αἰεναόντα, vbi quoque vulgati ἀεναόντα.

v. 554. Τὸν φθάμενος ἔργα τελέσας] Vt versus constet, repone lectionem veterem ex vtroque codice: Τὸν φθάμενος ἔργον τελέσας. Extat et apud Moschopulum.

v. 558. Χαλεπὸς προβάτοις] Noxius ouibus, vt Latinis *grauis*. Virg. III. Georg. 415.

Galbaneoque agitare graui nidore chelydros.

Sic legit Seruius et exponit, *serpentibus noxio*. Quid. IV. Metam. v. 497.

Inspirantque graues animas.

Liu. VII, 6. *Graue tempus et forte annus pestilens erat.* Versu sequente vterque codex: καὶ πλεῖον εἴη.

v. 561. Ταῦτα φυλασσόμενος] Hunc et sequentes duos versus pro subditititiis expungendos esse censuit olim Plutarchus. Nec illos videtur agnouisse Moschopulus. Rectius sane abessent.

v. 566. Ἱερὸν Ὠκεανὸν] Omnes *ἱερὸν* hic esse magnum, immensum interpretantur. Non nego sic posse accipi. Verum tamen est *ἱερὸν* hic propriam notionem non migrare. Oceanus enim sacer erat, quia erat Deorum domicilium, Neptuni, Thetyos, Solis, astrorum, quae credebantur mare subire. Fabianus apud Senec. I. controuers. *Sacrum quidem terris natura circumfudit Oceanum.* Hinc et *dium* appellatur. Plautus apud Varronem ex emendatione Scaligeri:

— — *conferta rate inaerataque perite*
Qui dium mare eunt sudantes atque sedentes.

Sic saepe apud nostrum et alios εἰς ἅλα δῖαν. *In mare dium.* Quin et Oceanus pro Deo habebatur, Caeli et Telluris filio, patre vero Saturni et Opis. Hinc Alexander M. ei fecit tamquam Deo. Iustinus: *Expugnata deinde vrbe, reuersus in naues Oceano libamenta dedit, prosperum in patriam reditum precatus.*

v. 568. Ὀρθρογόη Πανδιονὶς] MS. II. Proclus, Tzetzes: ἀρθρογόη. Sic et Hesychius et Etymologici magni auctor, Suidas tamen et MS. I. stat a vulgata. v. 570. MS. I, περιτελλόμεν. v. 574. MS. II. κεῖται.

v. 582. Ἦμος δὲ σκόλυμος τ' ἀνθεῖ] Hoc tempus significat Theocritus Idyll. VI, 15.

Ἃ δὲ καὶ αὐτόθι τοι διαθρύπτεται, ὡς ἀπ' ἀκάνθας
Ταὶ καπυραὶ χαῖται, τὸ καλὸν θέρος ἄνικα φρύττει.

Quae sic reddenda sunt: *Illa vero sua sponte lasciuit, quia cardui flores sunt languidi, cum pulcra aestas ardet.* Versionibus vulgatis nullus sensus. Χαῖται καπυραὶ ἀπ' ἀκάνθας, sunt *pappi volantes* Lucretii. Pappi enim sunt flores carduorum. καπυραὶ quia feruore solis flaccidae decidunt et per aërem feruntur. Elegans fragmentum Alcaei de hoc ipso tempore nobis seruauit Proclus: Οἴνω πνεύμονα τέγγε. (Sic MS. Gudii) Τὸ γὰρ ἄσχον περιτέλλεται. Ἡ δὲ ὥρα χαλεπά. Ἀχεῖ δ' ἐκ πεταλῶν τάδε· ἂν τέττιξ ἀνθεῖ καὶ σκόλυμος. Corrupta D. Heinsius sic emendat, ἀχεῖ δ' ἐκ πεταλῶν ἀχέτα τέττιξ. Sed videtur potius scripsisse: ἀχεῖ δ' ἐκ πεταλων ἀδέα ἂν τέττιξ. *Suaue canit.* vt exprimat illud Hesiodi, λιγυρὴν καταχεύετ' ἀοιδήν. vbi tamen MS. H. ἐπιχεύετ'.

v. 584. Καματώδεος] MS. vterque καυματώδεος, vt et vers. 664.

v. 589. Εἴη πετραίη τε σκιὴ] Mirifice Interpretes Latini, vt solent *Petrosaque vmbra.* Πετραίη σκιὴ est σκιὰ ἐν σπηλαίῳ, vmbra in antro. vt supra v. 532. γλάφυ πετρῆεν, est antrum in petra. Vbi rursus Interpretes, *cauerna petrosa.* Πέτρα Homero aliisque Graecis Poëtis saepe est antrum in rupe excauatum. Iliad. β.

Ἠΰτε ἔθνεα εἴσι μελισσάων ἀδινάων
Πέτρης ἐκ γλαφυρῆς αἰεὶ νέον ἐρχομενάων.

Quemadmodum populi euolant apium confertim ex cauo rupis antro nouo examine exeuntium. Idem Iliad. δ'. Πέτρης ἐκβαίνοντα δεδεγμένον ἐκ προδοκῆσιν. *Ex rupis antro exeuntem excipiens insidiis.*

v. 590. Μᾶζα τ' ἀμολγαίη] Est polenta pastoritia, ποιμενικὴ, vt Athenaeus explicat. Μᾶζα est polenta farina consperſa et subacta aqua et oleo. Hesych. Μᾶζα, ἄλφιτα πεφυρμένα ὕδατι καὶ ἐλαίῳ. A μᾶζα perelegans vocabulum ὑπερμαζᾶν apud Simocattam ep. 77. et Alciphronem ep. 18. legitur. quod est e nimia alimentorum copia lasciuire. Id ipsum quod Belgae eadem ratione peruenuste dicunt: *broot-droncken zijn.* Hesych. ὑπερμαζᾷ, ὑπερτρυφᾷ. Nugatur Tzetzes, qui μᾶζαν dici putat quasi τὸ μὴ ἅζαν. Μᾶζα est a μάττω, subigo. Est enim farina subacta aqua. hinc Latinis massa. Siculi ζ et σσ inuicem

mutant

mutant. Pro πλάσσω dixerunt πλάζω, pro ἀνάσσω ἀνάζω, ζάκυνθος Saguntus.

v. 591. Βοὸς ὑλοφάγου] Interpretes: *bouis arborivorae.* Imo: *bouis quae pascitur frondibus.* Eae enim pabulum boum. Hesych. θαλλὸς βοὸς τροφή, ὃ ἐσθίουσιν οἱ βόες. Phaedrus:

Haec inter ipse dominus a coena redit
Et quia corruptos viderat nuper boues
Accedit ad praesepe: Cur frondis parum est?

In eadem fabula: *Frondem bubulcus affert.* Ouid. III. Metam. v. 730. Res trita est.

v. 594. Ἀντίον εὐκραέος ἀνέμου] Reuocaui lectionem veterem, quam seruauit MS. I. et omnes Graeci Interpretes praeter Tzetzem, qui hunc versum non exponit. Legunt autem omnes ἀκραέος ζεφύρου. Homer. Ὀδυσσ. β.

Τοῖσιν δ' ἵηκεν ἔρον ἴει γλαυκῶπις Ἀθήνη
Ἀκραῆ ζέφυρον, κελάδοντ' ἐπὶ οἴνοπα πόντον.

His vero ferentem ventum immisit caesiis oculis Minerua purum Zephyrum, resonantem per obscurum pontum. Sic exponunt Graeci magistri ἀκραῆ purum, nullis aliis ventis permixtum. Alii ἠρέμα πνέοντα, leniter spirantem. quod non probo. Nam et Boreae tribuit Homerus Ὀδυσσ. ξ.

Ἑβδομάτῃ δ' ἀναβάντες ἀπὸ Κρήτης εὐρείης
Ἐπλέομεν Βορέῃ ἀνέμῳ ἀκραέϊ καλῷ.

Septimo vero conscendentes a lata Creta nauigauimus Borea vento puro bono. Vide ibi Eustath. Sed ad priorem locum Ὀδυσσ. β. Scholiorum breuium auctor, qui pro Didymo venditatur: ἀκραῆ Ζέφυρον] ἐπιτήδειον, ἄκρως πνέοντα πρὸς τὴν χρείαν. οὔτε πλέον, οὔτ' ἔλαττον. ἢ τὸν μὴ κεκραμένον Ζέφυρον. Ἀκραῆ Ζέφυρον, *commodum, spirantem quantum opus est, neque nimis vehementer, neque nimis remisse. Aut non mixtum, sed purum Zephyrum.* In MS. II. est εὐκραέος Ζεφύρου, sicut et apud Homerum nonnullos legisse εὐκραῆ Ζέφυρον Eustathius et Scholiastes obseruant. Sed praetuli consensum libri antiqui cum Interpretibus, vt et ἀκραῆ in Homero retinetur.

v. 596. Τρὶς δ' ὕδατος προχέειν] Latine redditur imperitissime: *Tertiam aquae partem infunde, quartam vero misce vino.* Estne qui intelligat? Hoc vero dicit Hesiodus: *Tres partes aquae prius infunde, quartam vero vini admisce.* Tribus partibus aquae vnam vini admiscendam esse praecipit.

v. 601. Ἐπαρμένον βίον] Latini Interpretes: *victum sufficientem*, cum sit *conditum, repositum.* Superius v. 407.

Χρήματα δ' εἰν οἴκῳ πάντ' ἄρμενα ποιήσασθαι.

Instrumenta vero omnia domi disposita para. v. 627.

Ὅπλα δ' ἐπάρμενα πάντα τεῷ ἐγκάτθεο οἴκῳ.
Armamenta vero disposita omnia domi repona. v. 617.

Πλεῖὸν δὲ κατὰ χθονὸς ἄρμενος εἴη.
annus vero in opere sic recte dispositus sit. Si haec feceris, omnia gerentur suo tempore, totum annum recte dispensaueris in opere faciendo. Vulgo inficete vertitur: *ita annus in opere rustico absolutus sit.*

v. 602. Ποιεῖσθαι θῆτα] Est quaerere, comparare sibi seruum, vt alio loco ποιεῖσθαι γυναῖκα inuenire vxorem. Marc. III, 14. καὶ ἐποίησε δώδεκα ἵνα ἀποστέλλῃ. *Et elegit duodecim quos mitteret.* ἀργύριον ποιεῖν. Demosth. *comparare argentum.* ποιεῖν πέντε τάλαντα. Matth. XXV, 16. quinque talenta lucrari, facere. Vbi male Interpretes hoc loquendi genus incusant Latinissimi, a quo adhorreat Graeca Lingua. Latinos sic loqui verum est, Cic. I. diuinat. *Etiam Philosophum, si commodum ei esset, pecuniam facere posse.* Sic *rem facere.* Sed Graeci etiam ac Hebraei hoc loquendi genere vsi sunt, vt Drusius et Grotius ad Matthaeum obtenderunt. Nec alienum est a nostra vernacula, in qua dicimus *graen geld maecken.* Hinc facere est κτᾶσθαι comparare, colligere. Florus lib. I, cap. 1. vbi aqua haeret viris doctis: *Ex variis elementis congregauit corpus, populumque Romanum ipse fecit.* Ipse collegit. vt apud Sallust. *exercitum argento facere*, est colligere, comparare. Herodotus l. II. Κροῖσος δὲ ἁμαρτὼν τῷ χρησμῷ ἐποιέετο στρατηίην ἐς Καππαδοκίην. *Crocsus autem oraculo interpretando aduersus Cappadociam conscribebat exercitum.* Nihil certius. Non spero futuros imposterum quibus hic locus Flori mendi sit suspectus, quique fateantur se ignorare quid faciat hoc loco *fecit.* Posses quidem etiam exponere *populum Romanum ipse fecit*, hoc est, genuit quasi populum Romanum, est parens populi Romani. Nam facere nonnumquam est gignere. Varro III. de R. R. 22. *plerumque pullos similes sui faciunt.* Sic καρπὸς ποιεῖν apud Lucam XIII, 9. quod non inepte vetus vertit Interpres, *fructus facere*, pro ferre, gignere. Romulus dicitur etiam Romani populi fator. Ennius:

— — *O Romule, Romule die o*
Qualem te patriae custodem DI genuerunt.
Tu produxisti nos endo luminis auras
O pater! O genitor! o sanguen dIs oriundum.

sed verius est, quod paulo dixi.

v. 605. Ἡμερόκοιτος] Latinis *dormitator*, Glossae Vet. ἡμερόκοιτος *dormitator, fur nocturnus.* Plautus: *Ni illic homo*

est

est aut dormitator, aut sector zonarius. Huic opponitur *interdiarius.* Eaedem glossae: *Interdiarius ἡμεροκλέπτης.*

CAPVT XIV.

Theocriti epigramma duobus distichis ineditis ex MS. auctum. Idem emendatum. Hesiodi locus noue expositus. Idem bis restitutus. Μέτρα φυλάσσεσθαι. Elegans epigramma in Anthologia emendatum et expositum, repudiata magnorum virorum interpretatione. Nemesis homines pro meritis accipit. Infesta est superbis et ostentatoribus, et nimiae felicitati. Ἐπιτηδεῖς. Καιρὸς. Tempus.

v. 619. Εὖτ' ἂν Πληϊάδες σθένος] Quam periculosi sint tum cursus maritimi insigni exemplo ostendit Theocritus in epigrammate in Cleonicum, qui circa occasum Pleiadum in mari periit. Huius epigrammatis quatuor versus nunc primi edimus ex codice Palatino veterrimo; quem Fridericus Sylburgius contulit cum Anthologia. In qua vt et in Theocriti editionibus prius solum distichon extat.

Ἄνθρωπε, ζωῆς περιφείδεο, μηδὲ παρ' ὥρην
Ναυτίλος ἴσθι, ὡς ἐ πολὺς ἀνδρὶ βίος.
Δηλαῖε Κλεόνικε, σὺ δ' εἰς λιπαρὴν Θάσον ἐλθεῖν
Ἠπείγευ κοίλης ἔμπορος ἐκ Συρίης.
Ἔμπορος, ὦ Κλεόνικε, δύσιν δ' ὑπὸ Πλειάδος αὐτὴν
Ποντοπόρῳ ναύτῃ Πλειάδι συγκατέβης. lege: ποντοπόρος ναύτης.

Homo parce vitae, neque tempore alieno Naviga, quia vita hominis est brevis. Miser Cleonice, tu in optimam Thasum venire properasti mercator ex Coelesyria. Mercator Cleonice, sub ipsum Pleiadis occasum Mare transiens navita cum Pleiade simul occidisti.

v. 643. Νῆ' ὀλίγην αἰνεῖν] Tricantur Graeci Magistri, qui contendunt αἰνεῖν εἰρενικῶς esse χαίρειν ἐᾶν, quamuis iis adstipuletur Plutarchus libello de audiendis Poëtis. Qui, cum hunc locum produxisset, ait: τῷ μὲν γὰρ αἰνεῖν σημαίνεται τὸ ἐπαινεῖν. αὐτῷ δὲ ἐπαινεῖν ἀντὶ τοῦ παραιτεῖσθαι νῦν κέχρηται, καθάπερ ἐν τῇ συνηθείᾳ καλῶς φαμὲν ἔχειν, καὶ χαίρειν κελεύομεν, ὅταν μὴ δεώμεθα μηδὲ λαμβάνωμεν. οὕτω καὶ τὴν ἐπαινὴν Περσεφόνειαν ἔνιοι φασὶν ὡς παρητητὴν εἰρῆσθαι. Αἰνεῖν *hic* ἐπαινεῖν *significat, id est, laudare. Laudare autem pro recusare ponitur hoc loco. Sicut usitatum nobis est dicere bene habet et valeat, cum aliud nolumus et non acci-*

accipimus. Atque sic quidem aiunt Proserpinam vocari ἐπαινὴν quasi aspernandam. Vide Eustath. ad Iliad. ν. p. 720. edit. Basil. Sed non erat vt alienam τῷ αἰνεῖν significationem hic affingerent. Dictum enim est ab Hesiodo eo sensu quo a Virgilio: *laudato ingentia rura, Exiguum colito.*

v. 647. Βέλημαι δὲ χρέα] MS. I, et II. βέλεαι. In secundo praeterea ἀτερπέα λιμόν.

v. 655. Τὰ δὲ προπεφραδμένα πολλὰ] Latini Interpretes: *praedeliberata vero multa.* Inscite. προπεφραδμένα sunt προκεκηρυγμένα. Per praecones indicata, praedicta. Sed τιθεσθαι ἆθλα hic est *praemia proponere*, non *certamina*, vt male Interpretes, monente Amplissimo Cupero in Obseruat. lib. III, c. 20. Vide et quae notaui ad Luciani Soloecistam. Sic et τίθεσθαι ἀγῶνα in fragmento Pindari apud Plutarchum de animalium sollertia:

Τιθεμένων ἀγώνων πρόφασις ἀρετὰς
Εἰς αἰπὺν ἔβαλε σκότος.

Propositorum praemiorum certaminis declaratio Virtutem in altas coniecit tenebras.

v. 657. Ὕμνῳ νικήσαντα φέρειν τρίποδ' ὠτώεντα] Monet Proclus quosdam scribere Ὕμνῳ νικήσαντ' ἐν Χαλκίδι θεῖον Ὅμηρον. qui non sunt audiendi. Decisum enim iam est et constitutum ab iis, qui temporum rationes descripserunt, Hesiodum minorem esse Homero centum quasi annis, nec potuisse cum eo de palma certare.

v. 667. Εἰ μὴ δὴ πρόφρων] MS. I. Εἰ δὴ μὴ πρόφρων. v. 669. τέλος est imperium, potestas, magistratus. Hinc οἱ ἐν τέλει *qui sunt cum imperio*, magistratus.

v. 679. Ἥμος δὴ τοπρῶτον] Sic omnes editiones, quas vidi; cum scribendum τὸ πρῶτον cum MSS. Hoc mendum et in aliis locis saepe sustulimus.

v. 688. Ὅσσ' ἀγορεύω] MS. II. ὡς ἀγορεύω. Sic et in quodam libro se reperisse testatur Commelinus.

v. 691. Μετὰ κύμασι πήματι κύρσαι] MS. I. πήμασι. non inuenusta paronomasia: vt παθήματα μαθήματα, et infinita talia. Versu sequente scribe: Δεινὸν γ' εἰν' ἐφ' ἅμαξαν cum libro primo et Graecis Interpretibus omnibus.

v. 694. Μέτρα φυλάσσεσθαι] Non video cur viri doctissimi μέτρα hic velint exponi tempus. Quis μέτρα accepit pro καιρῷ. Μέτρα φυλάσσεσθαι est modum tenere. Luciano μέτρον ἔπεσθαι. Epigramma de Nemesi in Antholog:

Ἡ Νέμεσις πῆχυν κατέχω. τίνος ἕνεκα; λέξεις.
Πᾶσιν ἀπαγγέλλω· μηδὲν ὑπὲρ τὸ μέτρον.

Nemesis

Nemesis cubitum teneo? quamobrem? quaeris, Omnibus praecipio: nequid supra modum. Extat de eadem Dea in iisdem Floridis Graecorum Poëtarum aliud epigramma eiusdem argumenti, sed turpissima macula foedatum, quam mirum tot viros doctos, qui in illo vertendo elaborarunt, non animadvertisse.

Ἐλπίδα καὶ Νέμεσιν Εὔνας παρὰ βωμὸν ἔτευξε.
Τὴν μὲν ἵν' ἐλπίζῃς, τὴν δ' ἵνα μηδὲν ἔχειν.

Vertit magnus Politianus:

Spem simul et Nemesin posita dicat Eunus in ara,
Scilicet vt speres omnia, nil habeas.

Sic et Henricus Stephanus, et plurimi alii. Rem prorsus admirabilem Eunum spem et Nemesin in eadem ara consecrasse, vt sperare quidem liceret, sed numquam potiri! Ad illam aram mortuos arbitror fecisse quibus omnis vitae rerumque iucundarum spes delicuit, non miseros, quos bona illa Dea *fovet, et melius cras fore semper ait.* Deinde quis vmquam audiuit Nemesin tam crudelem esse, quae omnium desideriis intercedat, neminemque votorum compotem fieri sinat? Quin contra Nemesis credebatur esse Dea, quae omnes pro meritis accipiebat, ab improbis et insolentibus exigebat supplicia, bonos et modestos augebat praemiis, sic dicta ἀπὸ τῆς τὰ ἴσα νέμειν ἑκάστῳ, quod suum cuique tribuat. Artemidorus lib. II. Ὀνειροκριτικ. Νέμεσις ἀεὶ τοῖς κατὰ νόμον ζῶσιν ἀγαθὴ, καὶ μετρίοις ἀνθρώποις, καὶ Φιλολόγοις, τοῖς δὲ παρανομοῦσι, καὶ τοῖς ἐπιτιθεμένοις τισὶ, καὶ τοῖς μεγάλων ἀρχομένοις πραγμάτων ἐναντία καθίσαται, καὶ ἐμπόδιος τῶν ἐπιχειρουμένων. *Nemesis semper propitia est viuentibus secundum legem, et moderatis hominibus, et philologis. At vero contra leges delinquentibus, et his qui aliquibus insidias struunt, et magnas res moliuntur, aduersatur, eorumque conatus impedit.* Amm. Marcell. lib. XIV. *Haec et huiusmodi innumerabilia vltrix facinorum iuuiorum, bonorumque praemiatrix aliquoties operatur Adrastia, atque vtinam semper, quam vocabulo duplici etiam Nemesin appellamus.* propterea et paullo post addit veteres Theologos finxisse Nemesin esse Iustitiae filiam. Vides ergo non solum acumen et venustatem huic epigrammati detraxisse descriptores aut corruptores; sed et ipsum sanum sensum. Omnia restitues, si mecum scribes vt Poëtam scripsisse plane decreui et pro compertissimo habeo:

Ἐλπίδα καὶ Νέμεσιν Εὔνας παρὰ βωμὸν ἔτευξε.
Τὴν μὲν ἵν' ἐλπίζῃς, τὴν δ' ἵνα μηδὲν ἄγαν.

Spem simul et Nemesin Eunus in eadem ara posuit, Illam quidem vt speres, hanc vt ne quid nimis. Eunus Nemesin et Spem in

eadem ara dedicarat, ne improbas ſpes concipiamus, et immodica deſideremus, vt ſimus ἐπιεικεῖς, neque vltra ſortem noſtram efferamur. Sic enim dicebantur qui ſic ſe comparabant, vt ſemper in omni vitae ratione tenerent illud μηδὲν ἄγαν. Galenus III. in προῤῥητικὸν Hippocratis: Ἄνθρωπον ἐπιεικῆ καλῶμεν τὸν μέτριον, ὦ μηδὲν ἄγαν πράττεσθαι κατὰ τὸν βίον. *Hominem ἐπιεικῆ vocamus modeſtum, cui ne quid nimis in omni vita curae eſt.* Has eſſe praecipuas Nemeſeos partes, praeter id quod ſuperius attulimus, aliud eiusdem ſententiae epigramma antiquum teſtatur:

Ἡ Νέμεσις προλέγει τῷ πήχεϊ τῷ τε χαλινῷ
Μήτ' ἄμετρόν τι ποιεῖν, μήτ' ἀχάλινα λέγειν.

Nemeſis monet hoc cubito et hoc freno ne immoderate quid agas, nec effrenate loquaris. Ἀχάλινα λέγειν, vt apud Euripid. ἀχάλινον ϛόμα. Tacito, *procax lingua.* Tumidis vero, vanis oſtentatoribus, et improba ſpe magna affectantibus Nemeſis eſt infeſtiſſima. Claudianus.

Sed Dea quae nimiis obſtat Rhamnuſia votis
Ingemuit flexitque rotam.

Lucanus:

Et tumidis infeſta colis quae numina Rhamnus.

Ouidius ad ſuperbum et ſuam felicitatem iactantem:

Non meruis dubiae fortunae ſtantis in orbe
Numen, et exoſae verba ſuperba Deae.

Nec iſta Diua valde magna patiebatur eſſe diuturna. Inde et ſi quid excellens peribat, adſignabatur Nemeſi. Statius II. Syluarum mortem formoſiſſimi pueri adſcribit Nemeſi, quia nimiam eius pulcritudinem ferre non potuerit:

Nectere tentabat iuuenum pulcerrimus ille
Cum tribus Eleis vnam trieterida luſtris:
Attendit torua triſtis Rhamnuſia vultu,
Ac primum impleuitque toros, oculiſque nitorem
Addidit, et ſolito ſublimius ora leuauit.
Heu miſero letale fauens, ſeſeque videndo
Torſit, et Inuidiam Mortemque amplexa iacenti
Iniecit nexus, carpſitque inimitis adunca
Ora verenda manu.

Vide Epicedium in Glauciam. Hoc caput ex Animaduerſionum Variarum libellis libuit hic interſerere. Redeamus nunc ex diuerticulo in viam et ad Heſiodum. Μέτρα hic nihil aliud eſſe quam modum, non tempus, vt viri Graece doctiſſimi notarunt, etiam ex praecedentibus apparet. Praecipit enim Poëta, vt modum ſeruemus in omnibus rebus, neque nimium credamus nauibus, neque nimium onus imponamus curribus;

vtque

vtque singula agamus suo tempore, neque hyeme, neque vere nare tentemus, sed aestate, quod ille tempus nauigandi optimum ducit. Hinc et statim sequitur praeceptum de legitimo tempore vxorem ducendi. Καιρὸς est tempus iustum, opportunum. vt etiam apud Latinos. Terent. *in tempore venire quod rerum omnium est primum.* Apud eumdem: *per tempus aduenis.* Donatus: *oportune.* Sic igitur videtur hic versus interpungendus:

Μέτρα φυλάσσεσθαι. Καιρὸς δ' ἐπὶ πᾶσιν ἄριστος.
Modum tene. Tempus vero in omnibus est optimum.

v. 696. Μήτε τριηκόντων ἐτέων] In MS. II. pro varia lectione notatum erat: τριήκοντα, quam lectionem Tzetzes probat inuitis Musis.

v. 698. Τέτορ' ἡβῶῃ] MS. II. ἡβῶοι. Proclus, Tzetzes, Moschopulus, Pollux, docent omnes hic omissum esse δέκα, et Poëtae sententiam esse, puellam quatuordecim annorum esse nubilem. Sed et hic Latini Interpretes maluerunt errare, quam eruditorum magistrorum sententiae subscribere.

v. 702. Οὐ μὲν γάρ τι] MS. I. ἠδὲν γάρ τι.

CAPVT XV.

Hesiodus emendatus. Γήραϊ θῆκε. Γλώσσης χάριν. Gellius ex coniectura emendatur. Κατὰ μέτρον ἴασα. Hesiodus interpunctione restitutus. Noctes cur dicantur esse Deorum. Noctu in terris versari Deos Veterum opinio. Quintilianus in declamationibus emendatus. Αὐλή. Ἀγραυλοι ποιμένες. Concubitum polluere Veteres credebant. Τάφος coena funebris. Χυτρόποδες. Ἀνθράκια. Hesychius emendatus. Λάσανα. Mos Veterum in nouis vasis lustrandis. Imbuere. Ἀκίνητα. Multi et graues aliquot Interpretum lapsus.

v. 705. Ὤμῳ γήραϊ δῶκεν] In secundo MSCto alia manus: ὠμῷ γήραϊ θῆκεν. Et sic Stobaeus legit cum Proclo et Tzetze. Ille enim exponit: τὸ ὠμὸν τὸ γῆρας τῷ ἀνδρὶ τιθεῖσαν. Hic: καὶ παρ' ἡλικίαν τιθείσης γηραιὸν καὶ ἀφήλικα. In crudam senectutem ponit, facit vt ante tempus senescat. γήραϊ θῆκε per ellipsin pro ἐν γήραϊ θῆκε, hoc est, τιθέναι εἴωθε. Vulgata lectio non potest ferri.

v. 709. Γλώσσης χάριν] Est quod aliter dicitur νόμου χάριν, *dicis gratia.* Glossae Latino-Graecae: *dicis causa* νόμου χάριν.

χάριν. *Dicis gratia* νόμε χάριν ὡς παρὰ Γαΐῳ τῷ νομικῷ. Interpretes ſine ſenſu: *linguae gratia.* Sequentia lege ex MS. I.

— — εἰ δέ κεν ἄρχῃ
Ἤτι ἔπος τ' εἰπὼν. Vertunt perperam:
Si autem coeperis aut verbum aliquod locutus infeſtum, aut facias. Vide quae notauimus ad verſ. 294.

v. 712. Ἡγῆτ' ἐς φιλότητα] MSS. ambo ἠγείτ'. verſ. 714. Σὲ δέ μή τι νόος κατελεγχέτω εἶδος. σὲ νόος, pro σᾷ νόος. Quae ἀντίπτωσις Homero familiaris. Quod non monerem, niſi tantillae rei ignorationem fraudi fuiſſe Interpretibus, vt ineptiſſime hunc verſum redderent, deprehendiſſem.

v. 716. Νεικεςῆρα] Vterque codex: νεικητῆρα. Secundus pro ἕταρον, ἑτάρων. Vulgatam tuetur Euſtathius ad Iliad. κ, p. 713. Ἐκ τῆ νεικῷ, νεικέσω, καὶ ὁ παρ' Ἡσιόδῳ νεικεςῆρ.

v. 719. Γλώσσης τοι θησαυρὸς] Hunc locum Latine fecit Gellius lib. I. Noct. Att. 15. *Heſiodus Poëtarum prudentiſſimus linguam non vulgandam, ſed recondendam eſſe dicit, perinde vt theſaurum; eiuſque eſſe in promendo gratiam plurimam, ſi modeſta, et parca, et modulata ſit.* Sed aut Gellius non intellexit quid ſit κατὰ μέτρον ἴσα, quod non eſt modulata, ſed modum tenens, quae coërcet et reprimit effrenem loquacitatem, ἀχαλίνες λόγες, inanem futilitatem, quae μέτρα φυλάσσει in loquendo: aut forſan ſcripſit: *et parca ei moderata ſit.*

v. 721. Εἰ δὲ κακὸν εἴποις] Affert hic Proclus ſimilem Alcaei ſententiam: εἰκ' εἴποις τὰ θέλεις, ἀκέσεις τὰ κ' ἐ θέλεις. Quam quaſi de verbo ad verbum Latine expreſſit Terentius: *ſi mihi pergit quae vult dicere: ea quae non vult audiet.*

v. 722. Μηδὲ πολυξείνε δαιτὸς δυσπέμφελος εἶναι ἐκ κοινᾶ] Huius loci hic eſt ſenſus: *Ne in conuiuio quod multi inſtruunt amici, ſis moroſus de ſymbolis.* Δαὶς πολύξεινος ἐκ κοινᾶ eſt conuiuium quod de ſymbolis inſtruitur a multis amicis. Talia conuiuia dicebantur ἔρανοι. Heſych. ἔρανος τῶν πολλῶν εὐοχία. Terentio *de ſymbolis eſſe.* Conuiuae ἐρανιςαὶ, σύσσιτοι. Sed haec obuia ſunt et a viris doctis pridem obſeruata.

v. 726. Οὐ γὰρ τοίγε κλύσσιν] MS. ἐ γὰρ θ' οἵγε.

v. 727. Ὀρθὸς ἀμιχεῖν] MS. I. ὀρθρὸς. male. Veteres qui veſtibus longis vrebantur, exoneraturi veſicam non erecti ſtabant, ſed procumbebant in terram, vt pedes veſtibus tegerentur. Hinc pedes tegere ſacris Scriptoribus eſt ventris aut veſicae

veficae excrementa eiicere. Graecis καθέλκεσθαι ἐσθῆτας. Ad idem veſtitus genus pertinet iſtud praeceptum, quo ſtatim Heſiodus vetat nudari αἰδοῖα meientium.

v. 728. Αὐτὰρ ἐπεί κε δύῃ] Vterque codex: Αὐτὰρ ἐπήν κε δύῃ. Primus poſtea: μεμνημένος ἔς ἀνιόντος. poſt ἀνιόντα delenda diſtinctio. Sic autem vertendi ſunt hic et ſequens verſus: *Sed etiam poſtquam occidit, memor eius rei, adverſus orientem, neque in via, neque inter eundum extra viam meias.* In vulgata verſione nihil ſani.

v. 730. Μακάρων τοι νύκτες ἔασσιν] MS. I. ἔασιν. Quae hic Moſchopulus et alii tradunt de ſententia Heſiodi, cur noctes dicat eſſe Deorum, non ſunt nauci. Nemo Poetam interpretaturus tam hoſpes eſſe debebat in lectione Poetarum, vt ignoraret illorum ſententiam fuiſſe, noctu Deos verſari in terra et hoc orbe noſtro inter homines, interdiu ſedes ſuperas colere. Stat. I. Sylu. 1.

— — *Huc ſub nocte ſilenti*
Cum ſuperis terrena placent, tua turba relicto
Labetur coelo.

Quintil. declamat. X. *Quotieſcumque domus fuerat grato ſapore proſtrata, aderat ille, quales humanis ſe offerunt oculis propitii Dii, quale laetiſſimum numen eſt cum ſe patitur videre. Sicut omnis religio templorum, omnis religio lucorum, cum tacuere mortalia, et profani procul, errare ſedibus totis, ſolitudine frui, et de ſuis dicitur exire ſimulacris: ita iuuenis meus noctibus totis agebat filium, et paterna domo ac penatibus ſuis fruebatur placidus et mitis, et matri propitius, vt numen et Deus delabi ſyderibus, et venire de liquido puroque aëre videbatur.* Sic legendus hic locus, et diſtinguendus. Vulgo male habet. Hinc pleraeque ἐπιφάνειαι non ſolum apud gentiles, ſed etiam in ſacris libris noctu dicuntur factae.

v. 732. Εὐερκέος αὐλῆς] Αὐλὴ non eſt atrium, vt Interpretes exiſtimant; ſed caula. vti fere ſemper antiquiſſimis Scriptoribus αὐλαὶ ſunt manſiones ὑπαίθραι, in quibus oues, caprae et alia animalia minora ſtabulabantur. Pollux lib. I. ἃ μὲν οἱ βόες ἴσανται βέξαθμα, βεαύλια, βεξάσεις, ἃ δὲ αἱ ὄις καὶ αἶγες, αὐλὴ καὶ σηκός. Apollon. Argon. I. 575. et 1173. ac ſaepe apud Homerum. Quoniam vero ſub dio erant, inde αὐλίζειν et ἀγραυλεῖν eſt ſub dio agere. In Theog. v. 26. ποιμένας ἀγ[illegible]λοι, ſunt paſtores *ſub dio agentes*, non, vt Interpretes, *[illegible]ris pernoctantes.* Quem errorem quoque B. Lucae Interpretes errarunt, in capite ſecundo; ſed quem dudum caſtigauit Is. Caſaubonus.

v. 733.

v. 733. Μηδ' αἰδοῖα γονῇ πεπαλαγμένος] Immerito Proclus hic Heſiodum exagitat, quaſi in nimis exilibus tradendis verſetur, et de rebus leuibus praecepta praeſcribat, dum verba in propria notione accipit. Sed Heſiodi verba ſunt μυστικώτερα. Hoc autem vult a concubitu etiam legitimo non rem ſacram eſſe faciendam, ne domi quidem, nedum in publico, ni ante lauto et luſtrato corpore. Tibullus:

— — *diſcedat ab aris*
Cui tulit heſterna gaudia nocte Venus.

Hinc ſolebant ſe purificare. Suet. Aug. 94. de Attia Auguſti matre, quae cum dracone in templo viſa ſibi eſt volutari: *expergefacta quaſi ex concubitu mariti ſeſe purificauit.* Quin et alia negotia ſuſcipere non licebat iis qui propter dormierant, niſi antea eſſent luſtrati. Columell. XII, 4. de piſtoribus, cocis, cellariis. *His omnibus placuit eum qui rerum harum officium ſuſceperit, caſtum eſſe continentemque operiare, quoniam totum in eo ſit, ne contrectarentur pocula, vel cibi, niſi aut ab impube, aut certe abſtinentiſſimo rebus Venereis: quibus ſi fuerit operatus, vel vir vel foemina, debere eos flumine aut perenni aqua priuſquam penora contingant ablui. Propter quod his neceſſarium eſt pueri vel virginis miniſterium, per quos promantur, quae vſus poſtulat.* Nec Chriſtianis olim licebat ſtatim ſacris operari, ſi cum vxoribus conſueuerant. Gregorius M. reſponſ. ad Quaeſt. X. Aug. Epiſcop. Ang. *Vir cum propria coniuge dormiens intrare Eccleſiam non debet, ſed neque lotus intrare ſtatim debet.* Paullo poſt: *Et quamuis de hac re diuerſae hominum nationes diuerſa ſentiant atque cuſtodire videantur, Romanorum tamen ſemper ab antiquioribus vſus fuit poſt admixtionem propriae coniugis et lauacri purificationem ab ingreſſu Eccleſiae paulatim reuerenter abſtinere.* Sed quanto rectius ſapiens illa foemina, cum conſuleretur, quando poſt concubitum liceret myſteriis intereſſe, reſpondit; ſi cum tua vxore rem habuiſti, ſtatim, ſi cum aliena numquam.

v. 735. Μηδ' ἀπὸ δυσφήμοιο τάφῳ] Τάφος hic non eſt buſtum, ſepulcrum, vt rurſus male Interpretes, ſed περίδειπνον, ſilicernium, coena funebris, quae opponitur δαιτὶ θεῶν, hoc eſt conuiuio quod celebratur die feſto, aut poſt ſollemne ſacrificium. Nullum enim ſacrificium ſine epulis. Heſych. Τάφος τὸ γινόμενον περίδειπνον ἐπὶ τῇ τῶν κατοιχομένων τιμῇ. *Τάφος eſt conuiuium quod celebratur in mortuorum honorem.* Homer. Iliad. λ. v. 29.

Αὐτὰρ ὁ τοῖσι τάφον [illegible]οείκεα δαῖτα.

ſed ille his funebres epulas lautas inſtruxit. Ab hac ferali coena redeuntes vetat Poeta liberis operam dare mali ominis cauſa,

ſa, quia, vt puto, vana ſuperſtitione capti credebant minime vitales futuros, qui ex hac μίξει procrearentur. Hinc vocat δυσφήμους, et quia Graeci et Romani ſtatuebant omnia feralia polluere propterea purgabantur ab exequiis redeuntes. Feſtus: *Funus proſecuti redeuntes ignem ſupergrediebantur aqua ſperſi: quod purgationis genus vocabant ſuffitionem.*

v. 748. Ἀπὸ χυτροπόδων ἀνεπιρρέκτων] *Ab ollis nondum dedicatis.* Sic verte. Χυτρόποδες enim χύτραι, vt Proclus aliique monent. Alioqui ſunt ἐσχάραι τῶν μαγείρων, foculi ſiue ſint fixi, ſiue mobiles, qui carbonibus implebantur et quibus imponebantur ollae, quae et λάσανα dicuntur et ἀνθράκια. Heſych. Ἀνθράκιον τὸ μικρὸν τριπόδιον, καὶ λίθος τίμιος ὁ ἐν δακτυλίῳ, καὶ χυτροπόδιον, καὶ πᾶσα μικρὰ κάμινος. Sic ſcribendus hic locus. ſine ſenſu vulgo legitur et laudatur a viris Graece doctiſſimis χυτροπώλιον. Pollux X, 24. Χυτρόποδας ἔστι μὲν καὶ λάσανα κεκλημένον εὑρεῖν, ὡς Διοκλῆς ἐν Μελίσσαις. Ἀπὸ λασάνων θερμὴν ἀφαιρήσω. Ἐν δὲ τῷ πρώτῳ τῶν Ἱππώνακτος ἰάμβων εἴρηται χυτρόπόδιον. ὥσπερ καὶ παρ' Ἡσιόδῳ.

Μὴ δ' ἀπὸ χυτροπόδων ἀνεπιρρέκτων ἀνελόντα.

Ἀλλὰ τοῦτο μὲν ἕτερόν τι δηλοῖ. ὅταν δὲ Δίφιλος ἐν ἐπικλήρῳ λέγῃ, Χύτρον μέγαν παρὰ τὸ μαγείρε. δηλονότι τὴν χύτραν λέγει, ἀλλ' ἀπὸ τὸν χυτρόποδα. Paucis interiectis: Χυτρόποδα καί πα καὶ ἀνθράκιον εἴποις, Ἀλέξιδος εἰπόντος ἐν Λημνίᾳ· Καὶ μὴν παρῆν μὲν ἀνθράκιον ἐν μέσῳ σείσων τε κυάμων μέσος· Καὶ γὰρ ὁ σείσων ἀγγεῖον ᾧ κυάμους, ἢ ἄλλό τι τοιοῦτον ἐνέφρυγον. Καὶ μὴν ἐσχάραν εἴποις ἂν τὸ ἀνθράκιον τοῦτο καὶ ἐσχάριον. Ἀριστοφάνης ἐν ταγηνιστῇς εἰπόντος ἐσχάρια. ὁ δὲ Στρατεὺς ἐν Ψυχαστῇς. Πῶς ἂν νομίσειέ μοι τὶς θυμαλώπων μεσὴν ἐσχάραν. Appoſui pluſcula verba, quia ex illis diſcimus quid fuerit χυτρόπους, λάσανα, ἀνθράκιον, quod video ignorari. Plerique enim putant eſſe *trullam*, vt P. Septimius Florens, vir elegantiſſimus, in Ariſtophanis εἰρήνῃ, qui hos verſus

— — ἐνταῦθα γὰρ
Πρὸ τοῦ πολέμου τὰ λάσανα τῇ βουλῇ ποτ' ἦν,

ſic interpretatur:

— — *ante bellum hic ſcilicet*
Trullae ſtetere in gratiam Senatus.

Cum non ſint trullae, ſed foci ad quos carnes coquebantur Senatui poſt ſacrificia. Vide ibi antiqua ſcholia. χυτρόποδες autem ſunt ipſae χύτραι συνεκδοχικῶς, vt *templa lapidata* apud Sueton. Calig. 6. non ſunt grandine icta, vt exponit vir plurimae lectionis C. Barthius in Aduerſariis, ſed Dii lapidi-

bus

bus impetiti. Veteres autem nullis vasis solebant ante vti ad cibum potumque capiendum, nisi ante lustrata essent libatione ex iis Diis facta. Proclus ad hunc locum ἀπὸ χύτρας μὴ πρῶτον φάγῃς πρὶν σπείσῃς ἐξ αὐτῶν τοῖς θεοῖς. *Ex ollis non ante cibum capias, quam ex iis Diis libaueris.* Sic patinam dedicat Vitellius apud Suetonium: *Hanc quoque (coenam) superauit ipse dedicatione patinae, quam ob immensam magnitudinem clypeum Mineruae* Αἰγίδα πολιούχα *dictitabat.* Hoc Latinis proprie est imbuere, quia tum vasa illa imbuebant vino quod Diis libabant. Inde postea *imbuere* de omnibus rebus, quae primo vsui nostro accommodantur. Catullus de Argo naue: *Illa rudem cursu prima imbuit Amphitriten.* Etiam de ipsis hominibus dicitur: Florus II, 3. *Cottidiani et domestici hostes tyrocinia militum imbuebant.* Tacit. I. ann. 36. *Imbutasque praeda manus in direptionem Galliarum erupturas.* Id. III. Hist. 15. *Vt ciuili praeda miles imbueretur.*

v. 750. Μηδ' ἐπ' ἀκινήτοισι καθίζειν] Recte ἀκίνητα Veteres exposuerunt τάφους. In bustis enim stare, sedere, imo busta videre habebatur pro diro et infausto omine. Quam superstitionem gentilium deridet Theodoretus sermone VII. θεραπευτικῆς ἕλλην. Μῦσος ὑπολαμβάνετε τὸ πελάζειν τοῖς τάφοις. *Nefas habetis accedere ad sepulcra.* De his multa viri doctissimi notarunt ad Theophrasti characteres.

CAPVT XVI.

Vulgatus index Ἡμέραι expunctus. Fausti dies et infausti, sicut et horae in fastis notatae. Commoda sydera. A Ioue omnes dies. Hesiodus emendatus ter. Πεπυκασμένος. Antiqua lectio Poetae vindicata. Τετελεσμένον ἦμαρ. Quaternarii numeri sanctitas. Φύσις αἰόλα, Παναίολος. Nicomachus Gerasenus et Anonymus antiquus Scriptor correctus et explicatus. Hesiodo lux. Orcus. Ὅρκος sepulcrum. Menandro medicina. Orcus periurii vindex. Virgilius defensus. Hesiodus denuo correctus. Μεταδόσεις.

ΗΣΙΟΔΟΥ ΤΟΥ ΑΣΚΡΑΙΟΥ ΗΜΕΡΑΙ] Nec hic index in Vossii codicibus, nec in Gudii Proclo est. Quin nec vllum distinctionis vestigium apparet. In nonnullis tamen libris recentioribus titulum istum exstare viri docti monuerunt, in Veteribus vero non conspici, a quorum auctoritate nobis discedere religio est.

v. 565.

v. 765. Ἤματα δ' ἐκ Διόθεν] Veteres, vt etiam nunc ſuperſtitioſi homines, alios dies fauſtos, alios infauſtos ac inauſpicatos ad aliquod opus inchoandum ducebant, quos vocabant ἀποφράδας, ἀπαισίας, Latini *Aegyptios*, *ominales*, *religioſos*, *incommodos* (ſicut contra ea *commoda ſydera* ſunt fauſta. Propert. II, el. 26. *Quaeritis et coelo Phoenicum inuenta ſereno Quae ſit ſtella homini commoda, quaeque mala.* Eodem modo Graecis ἡμέραι ἐπιτήδειοι, et ἀνεπιτήδειοι) qui in veterum faſtis erant notati vt ſemper cognoſci poſſint ab aliquid aggreſſuris, felix ne eſſet ille dies, nec ne. Petronius narrat in triclinio Trimalcionis duas tabulas fuiſſe in vtroque poſte defixas, quarum altera *lunae curſum, ſtellarumque ſeptem imagines pictas*, (ſc. habebat) *et qui dies boni, quique incommodi eſſent, diſtinguente bulla notabantur.* Non vero dies tantum ſed et horae aliae fauſtae habebantur, aliae infauſtae. Quod et Proclus obſeruauit addens Diis dicatum eſſe meridiem, Heroïbus vero tempus pomeridianum, ideoque eſſe inauſpicatum: auſpicatiſſimum vero matutinum et veſpertinum. Hinc ſuperſtitioſi nihil auſpicabantur, nulli ſe accingebant operi, niſi inſpectis ephemeridibus, ex quibus capiebatur dies et hora fauſta. Iuuen. Sat. VI. v. 576.

Ad primum lapidem vectari cum placet, hora
Sumitur ex libro: ſi prurit frictus ocelli
Angulus, inſpecta geneſi collyria poſcit. etc.

Haec ſuperſtitio primum ab Aegyptiis profecta, vnde dies *Aegyptiaci* dicuntur. Auguſtinus in epiſtolam ad Galatas: *Iam vero ne aliquid inchoëtur aut aedificiorum, aut eiuſmodi quorumlibet operum diebus, quos Aegyptiacos vocant, ſaepe etiam nos monere non dubitant.* Damnati ſunt a Conciliis et Patribus primae Eccleſiae. Merito. Nec tamen noſtrorum faſtorum auctores ab hac ridicula gentilium opinione poſſunt deduci. Tam difficulter inueteratae opiniones et errores eradicantur. Heſiodus autem felicitatis dierum et infelicitatis cauſas tribuit Ioui.

Ἤματα δ' ἐκ Διόθεν πεφυλαγμένος εὖ κατὰ μοῖραν.

Dies vero ex Ioue obſeruans vt decet. Et paullo poſt:

Αἱ δὲ γὰρ ἡμέραι εἰσὶ Διὸς παρὰ μητιόεντος.

Dies enim ſunt a Ioue ſapiente. Vbi male Interpretes: *hae enim dies.* Omnes dies ſunt a Ioue. Noſter iterum:

Ὅσσαι γὰρ νύκτες τε καὶ ἡμέραι ἐκ Διός εἰσι.

Quotquot noctes ac dies a Ioue ſunt. Vt mirer doctos viros hic tricari. Superius in ἔργοις v. 564.

Εὖτ' ἂν δ' ἐξήκοντα μετὰ τροπὰς ἠελίοιο
Χειμέρι' ἐκτελέσῃ Ζεὺς ἤματα,

Cum

Cum autem ſexaginta poſt brumam hybernos dies Iupiter exegerit. Homerus:

Τοῖος γὰρ νόος ἐστὶν ἐπιχθονίων ἀνθρώπων
Οἷον ἐπ' ἦμαρ ἄγησι πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε.
Talis eſt hominum terreſtrium mens
Qualem diem inducit pater deorum et hominum.

Sic enim antiquiſſimos accepiſſe hos verſus teſtantur Euſtathius et Sextus Empiricus lib. V. aduerſus Mathematicos, qui Chaldaeorum opiniones explodit. Vide et viri praeſtantiſſimi et magnae eruditionis Merici Caſauboni, magni parentis dignisſimi filii diſſertationem de hoc Homeri loco, aeternum monumentum amicitiae, quae inter nos intercedit.

v. 766. Τριηκάδα μηνὸς] Τριηκὰς eſt vltima dies, ſiue trigeſima cuiuſuis menſis. Veteres olim ſingulos menſes credebant eſſe triginta dierum, quamuis id, ſi calculos ponas accurate, verum non ſit. Solon, teſte Plutarcho, hunc trigeſimum diem vocauit ἕνην καὶ νέαν, veterem et nouam, quia pars eius diei pertinebat ad lunam veterem, pars ad nouam. Vide quae hic notant Proclus, Moſchopulus, Tzetzes, et in primis Petauius in variis diſſertationibus ad Vranologium, Lib. IV, cap. 13.

v. 781. Σπέρματος ἄρξασθαι] MS. I. σπέρματα δάσασθαι, quod et in ſecundo habetur pro varia lectione. Metri cauſa legendum δάσσασθαι. Sed vulgatam non damno.

v. 783. Κέρη δ' ἀ σύμφορός ἐστιν] MS. I. ἀσύμφορος.

v. 785. Κέρη τε γενέσθαι] Nullus dubito quin omnes probaturi ſint MS. I. lectionem: κέρησι γενέσθαι. Sic quoque legendum verſu 794. κέρησι δέ τε τετραάς. Vulgo inepte: κέρη δέ τε τετραάς. In recentiſſimis editionibus cum iactura metri, κέρη δὲ τετραάς.

v. 793. Ἴσορρεπὲς φῶτα γίνεσθαι. μέγα γάρ τε νόον πεπυκασμένος ἐστίν] MS. I. γείνασθαι. MS. II. μάλα. Sic et Palatinos codices legiſſe teſtatur Commelinus, quibus adſtipulantur editiones Baſileenſes Iſingrini et Oporini, quas ſequor. Ibidem male nonnulli ſcribunt πεπνυμένος. πεπυκασμένος enim Graecis dicitur homo prudens, et verſutus eadem ratione qua Latinis *callidus*, cuius ſcilicet animus ita rerum vſu occalluit, vt falli facile non poſſit. Phaedro *retorridi* dicuntur. Hoc vero ſine praeclaris ingenii dotibus conſequi nemo poteſt, etſi a primis annis in luce fori et hominum fuerit verſatus.

v. 797. Πεφύλαξο δὲ θυμῷ τετράδ' ἀλεύασθαι] Hos tres verſus ineptiſſime et imperitiſſime verterunt Interpretes: *cautus vero eſto animo vt quartum vites deſinentis et inchoati menſis, doloribus conficiendo animo, valde haec accommoda eſt dies.*

dies. Nihil poteſt fingi imperitius, nihil inſulſius. Miror viros eruditiſſimos, qui hunc Poetam ediderunt, iſtam inſcitiam non caſtigaſſe. Heſiodi vero haec mens eſt: *Tenero vero memoria quarto die vt vites ſinientis et inchoantis menſis doloribus conficere animum; valde haec ſacra eſt.* Vides ſententiam Poetae recta aduerſari Interpretum Latinorum verſioni. πεφύλαξο θυμῷ, vt ſuperius: ἐν θυμῷ δ' εὖ πάντα φυλάσσεο, *animo autem ſtudioſe omnia cuſtodi.* Τετελεσμένον ἦμαρ eſt ἱερὸν, vt apud Gregor. τελεῖν ἑορτὴν eſt feſtum celebrare. ἑορτὴ ἐπὶ Χριςῷ τελεμένη, feſtus dies Chriſto dicatus, qui celebratur in honorem Chriſti. Quis ignorat τελετὰς? Quarta vero ſinientis menſis eſt quarta et viceſima menſis dies; quarta vero inchoantis eſt quarta a kalendis. Apud Graecos enim in quolibet menſe tres erant quartae dies, τετάρτη ἰςαμένε, τετάρτη μεσσόντος, τετάρτη φθίνοντος. Prima quarta, τετάρτη ἰςαμένε, eſt quarta a kalendis: ſecunda quarta τετάρτη μεσσόντος eſt quarta poſt decimam: tertia quarta τετάρτη φθίνοντος eſt quarta poſt viceſimam. Sic etiam ſunt tres tertiae, quintae, ſextae, ſeptimae, octauae, nonae in ſingulo menſe. Paullo ante μέσσης τετράδος, *mediae quartae* meminit, quae eſt quarta decima, τετάρτη μεσσόντος. Verſu 812. et ſequentibus tres nonae, εἰνάδες commemorantur. Et haec ſatis obuia, quae non notaſſem, niſi viderem eſſe qui neſciant qui per τετράδα φθίνοντος καὶ ἰςαμένε μηνὸς dies ſint intelligendi. Ceterum numerus quaternarius quam ſanctus fuerit antiquis, praecipue Pythagoreis, et quam vim ei tribuerint neminem paullo humaniorem fugit. Inter varia cognomina dictus etiam fuit Φύσις Αἴολος. Nicomachus Geraſenus in Ἀριθμητικῶν θεολογαμένων libris: Ἡ δὲ τετρὰς πάλιν αὐτοῖς θαῦμα μέγιςον, ἄλλη θεὸς, etc. ἔςι γὰρ αὐτῆς τῶν τε φυσικῶν ἀποτελεσμάτων πηγὴ καὶ κλειδοῦχος τῆς φύσεως, etc. ἀλλὰ καὶ αὐτὴ Φύσις καὶ Αἰόλα. Vertit A. Schottus: *Quaternarius item magno ipſis eſt miraculo, nouus Deus* etc. *Fons ipſis eſt naturalium effectuum, atque naturae clauiger*, etc. *Imo natura ipſa eſt et varietas.* Sed num Αἰόλα eſt varietas? Meurſius in denario Pythagorico legit: Αἰόλε Φύσις ex Anonymo in Theolog. Arithmeticis: Αἰόλε Φύσιν κατωνομαζον τὴν τετράδα τὸ ποικίλον ἐμφαίνοντες τῆς οἰκειότητος καὶ ὅτι ἂν ἄνευ ταύτης ἡ καθολικὴ διακοσμησις. διὸ καὶ κλειδοῦχόν τινα τῆς Φυσεως αὐτὴν πανταχῆ ἐπωνόμαζον. *Aeoli naturam appellabant quaternarium, varietatem proprietatis indicantes; et quod abſque eo non ſit vniuerſalis conſtitutio, vnde etiam clauigerum naturae quemdam ipſum vndique cognominabant.* Sed quid eſt *Aeoli natura*? Aeolus Vulcaniarum Inſularum Rex

fuisse traditur, et coelestium motuum peritus, ideoque ventorum dominus. Quid vero ille ad naturam rerum omnium parentem? Recte se habet lectio Nicomachi, nisi quod copula sit exterenda, legendumque: ἀλλὰ ἡμὶ αὐτὴ Φύσις αἰόλα. Dorica Dialecto, qua vtebantur Pythagorei et omnes magnae Graeciae incolae pro αἰόλη. Sic vice versa emendandus Anonymus ex Nicomacho, non contra. Αἴολος, et Παναίολος sunt Φύσεως propria epitheta. Ratio nemini potest esse obscura. Inscriptio antiqua apud Gruterum:

ΦΥΣΙΣ ΠΑΝΑΙΟΛΟΣ
ΠΑΝΤ. ΜΗΤ.

Fuit, qui me reprehendit, quod Nicomachum Gergasenum dixerim, vti vocatur apud Photium, praefatus nullos vmquam fuisse Gergasenos, sed eos dici Gerasenos. Verum si Photio non credit, credat Matthaeo, qui eos vocat, Cap. VIII. 28. *Gergesenos*. Nimirum eadem vrbs vocabatur Γέρασα, et Γέργεσα, incolae Geraseni, Gergasemi, et Gergeseni, quos etiam hoc nomine appellat Iosephus II. de Bello Iudaico 20.

v. 804. Ὅρκον τινυμένας] Interpp. *Periurium vindicantes*. Quis audiuit ὅρκον esse periurium? ὅρκον διαβαίνειν est iurisiurandi fidem violare, periurum fieri. Sed ὅρκος numquam simpliciter est periurium. Ceterum in MS. I. legitur: ὅρκον γενόμενον. *Orcum natum*. Sane sic legisse videtur Virgilius: *quintam fuge: pallidus Orcus Eumenidesque satae*. Vbi Seruius: *Hesiodus Orcum quinta luna dicit natum*. Ex Celso quoque tradit Orcum esse iurisiurandi Deum, pallidum dictum quia iurantes trepidatione palleſcant. Apud Orcum enim defunctas animas iurare, ne quid suos, quos in vita reliquerunt, contra fas adiuuent. Orcus Latinis est Pluto, summus inferorum Deus. Cic. in Verr. *Vt alter Orcus venisse Aetnam, et non Proserpinam, sed ipsam Cererem rapuisse videatur*, hoc est, alter Pluto. Plaut. Poen. I, 130.

Quo die Orcus ab Acheronte mortuos amiserit.

Et sic Latini frequenter. Nonnullis tamen non Pluto, sed Charon Orcus est. Glossae Philoxeni: Orcus Χάρων. Quin et Silius Italicus Cerberum dicit Orcum.

Illatrat ieiunis faucibus Orcus
Armenti quondam custos immanis Iberi.

Vt Veteres videantur omnibus inferis tribuisse nomen Orci, quod a Graecis illos accepisse certum est, qui ὅρκον vocarunt sepulchrum, vt bene obseruat Maximus Scaliger ad Varronem ex Menandro:

Οὐ πώποτ' ἐζήλωσα πολυτελῆ νεκρόν.
Εἰς τὸν ἴσον ὅρκον τῷ σφόδ' ἔρχεται εὐτελής.

Num-

Numquam inuideo mortuo opulento, in simile sepulcrum venit etiam valde tenuis. Sic hic locus legitur; pro quo male substituit vir summus ὄρχον· recte tamen scripsit εὐτελὴς, cum aliter legeretur εὐτελεῖ. Ὅρκον sane fuisse Deum inferorum patet ex hoc loco Hesiodi, qui illum coniungit cum Furiis, et natum dicit ab Eride in periurorum poenam. Vide et in Theog. v. 231. Sicut autem ἅδης, hoc est, Pluto, sic et ὅρκος inferorum Deus pro sepulchro ponitur. Ex lectione autem nostri codicis apparet Virgilium non esse hallucinatum, quod Salmasius in libro de annis climactericis contendit, cum scripsit Orcum natum esse quinto die. Sic enim inuenit in suis exemplaribus, vt legitur in primo Vossiano. In hoc tamen abit a sententia Hesiodi, quod illo die Erinnidas quoque natas canat: cum Hesiodus tantum dicat illas versari apud superos, ad vindicanda scelera flagitiosorum hominum. Sed forsan in hoc secutus est Orpheum, et Melampodem; qui et ipsi commodorum et incommodorum dierum ephemerides ediderunt cum illorum causis, vt Graeci Interpretes, qui illorum testimoniis saepe vtuntur, ostendunt.

v. 812. Ἐσθλὴ μὲν γὰρ τ' ἠδὲ Φυτευέμεν] MS. I. ἐσθλὴ μὲν γὰρ θ' ἥδε Φυτευέμεν. Bona siquidem est haec ad plantandum.

v. 818. Παῦροι δέ τ' ἀληθέα κικλήσκεσι] *Pauci veracem dicunt.* Inde Virgilius ait illum diem esse contrarium furtis. *Nona fugae melior contraria furtis.* Furibus enim fraudi est veritas. Hic est huius loci sensus, quem et Salmasius ὁ πάνυ vidit.

v. 820. Μέσση· παῦροι δ' αὖτε μετ' εἰνάδα] MS. I. μεσσήη· παῦροι δὲ μετ' εἰνάδα. quod placet. Subintelligendum autem hic ἴσασι. Paullo ante νῆα πολυκληῖδα perperam vertunt *bene clauatam*, cum sit πολυκάθεδρος, in qua multa sunt sedilia remigum. Κληῖδες enim sunt transtra. v. 823. Μεταδρομοι sunt μεταξὺ πίπτουσαι, dies *intercidentes* qui inter fastos et infastos voluuntur. Vulgo *incerti* vertunt. δρέπω est πίπτω. Vnde Catadupa Ciceroni Nili catarractes dicitur, quod de altissima rupe praeceps cadat.

CAPVT XVII.

Λαοσσόος. Hesiodus emendatus et vindicatus. Ταυύσφυρος. Δῶρα Ἀφροδίτης. Πλεκτὰ ἄρματα. In Hesiodo coniectura. Ὀχέειν ἄτην. Phaedrus emendatus. Ἔχειν, habere pro regere. Adamantinus. Obscurus locus Hesiodi et aliquot Homeri expositi. Κυάνεα πτύχες. Πτύχες in scutis quid. Πτύχες montium iuga. Πολύπτυχος Ὄλυμπος. Ἐλαύνειν, διελαύνειν. Ducere.

ΑΣΠΙΣ ΗΡΑΚΛΕΟΥΣ] Seruius ad XII. Aeneid. hunc librum laudat nomine Ἀσπιδοποιΐας. *Latinis*, inquit, *secundum Hesiodum in* Ἀσπιδοποιΐα *Vlyssis et Circes filius fuit*. Sed errat Seruius; Non in Ἀσπιδι sed in Theogonia hoc dicit Hesiodus. Et sic legendum videtur apud Seruium.

In Ἀσπιδι v. 3. Λαοσσόος] Ad bella concitantis, bellicosi. Hesych. Λαοσσόος, σεσα ἢ παροξυνῶσα εἰς τὸν πόλεμον. Ὃ ἐστιν ἐπίθετον Ἀθήνας. Cur vertant *populorum dissipatoris* causam nullam video. De matre Alcmenae quae Herculem edidit diuersae sunt Veterum sententiae. Pelopis filiam fuisse consentiunt fere omnes. Hinc Hercules Pelopis pronepos dicitur in antiqua inscriptione. Diodorus Siculus illam vocat Eurymedam, Plutarchus Lysidicen, Apollodoro in Bibliotheca Anaxo Alcaei filia dicitur.

v. 9. Ἡ δ' ϰαὶ ὡς] Lege: ἡ δὲ.

v. 23. Τῷ δ' ἅμα ἑσμενοι] Diaconus legit ἰέμενοι, et interpretatur πορευομενοι. Pessime meo iudicio. Ἑσμενοι πολέμοιο ϰαὶ φυλόπιδος coniungenda esse vel puer videat.

v. 29. Ἀρῆς ἀλκτῆρα φυτεύσῃ] Cui persuadeas tironem Graecae linguae nescire ἀρῆς ἀλκτῆρα esse depulsatorem malorum, damnorum, calamitatum? Hinc Hercules appellatur ἀλεξίκακος. Interpretes tamen portentoso errore transtulerunt: *Martis depulsorem*. Inferius:

Θήκετο δ' ἀμφ' ὤμοισιν ἀρῆς ἀλκτῆρα σίδηρον.
Iniecit autem humeris malorum depulsatorem gladium.

v. 35. Ταυυσφύρα Ἠλεκτρυωνής] *Pulcra Electrionida* Ridicule Interpretes. *procera Electryonida*. quam paullo ante appellauerat εὐσφυρον, nunc dixit ταυύσφυρον. Hesych. ταυύσφυρος, ὀρθόσφυρος, εὔσφυρος, λεπτόσφυρος. quae pulcros et teneros talos habet, formosa. Sic apud eumdem: Ταναϋφὴς est λεπτοφυὴς, tenuiter textus. Ταναηκὲς Veteres exponunt εὐμῆκες. Ταυύτριχα, λεπτότριχα. Ταναὸς non solum est μακρὸς, sed et λεπτός.

v. 47.

v. 47. Τερπόμενος δώροισι πολυχρύσε] Nescio quid hic deliret Diaconus, qui haec verba accipit de Alcmena, asseuerans illam hic a Poëta dici Venerem, quia superius scripserit, eam omnes antecellere mulieres εἴδει καὶ μεγέθει. quae an sana homini in mentem possint venire dubito. Cui enim, praecipue qui Graecos Poëtas enarrandi partes sibi imposuit, potest latere δῶρα Ἀφροδίτης esse συνουσίαν, εὐνὴν, φιλότητα, *Concubitum, consuetudinem?*

v. 52. Βίην Ἡρακλείην] Inepte vertitur: *vim Herculanam.* Cum sit secundum peruulgatam et creberrimam Graecis Poëtis circumscriptionem, *ipse Hercules.* Inferius:

Ἐν μέσσῳ δὲ δράκοντος ἔην φόβος, ἔτι φατειός.

In medio autem draco erat terribilis. Homerus Iliad. β. v. 387.

Εἰ μὴ νὺξ ἐλθοῦσα διακρίνει μένος ἀνδρῶν.

Donec nox irruens dirimat viros, vbi ridicule Interpres, *robur virorum.* Vbi Interpretes demuo: *draconis horror.* Imitatus est Horatius:

Perrupit Acheronta Herculeus labor.

hoc est Hercules, vt apud eumdem *Catonis virtus* est Cato: *Narratur et prisca Catonis virtus saepe incaluisse mero.*

v. 63. Πλεκτοῖσιν ὑφ' ἅρμασι] Inferius v. 209. ἅρματα κολλήσεται v. 307. εὐπλεκεῖς δίφρους. hoc est, currus ex lignis contextos, compactos. πλέκειν de curribus, vt apud Latinos *texere* de nauibus. Claud. *Quae sylua carinas texuit.* Propert. III, 5, 41.

Ite, rates curuas et leti texite causas.

Vt pulcre et verissime emendauit Gronouius ὁ πάνυ in Obseruationibus. Eustathius ad Iliad. Θ. p. 602. Δίφρον παμφαίνων, καθ' ὃ δηλονότι μέρος ἐ πέπλεκται. Ἄλλως γὰρ εὐπλεκτὰ καὶ εὐπλεκεῖς λέγονται. Vide eumdem ad Iliad. Ψ. Texebantur autem currus ex viminibus, vt multis docet Scheffer. lib. I. de re vehiculari c. 3.

v. 93. Ἣν ἄτην ἀχέων] *Culpam suam lugens*, non *noxam*, vt vulgus Interpretum. Existimo autem legendum ὀχέων, culpam suam ferens, hoc est, luens. Homer. Iliad. Φ. 300.

Ὃ δὲ φρεσὶν ἦσιν ἀασθεὶς
Ἤιεν, ἣν ἄτην ὄχεων ἀεσιφρονι θυμῷ.

Hic vero mente sua captus iuit, suam culpam luens stolido animo. Quod loquendi genus etiam Hebraeis frequens, vt in illo, *filius non portet delicta patris*, hoc est, *non luat.*

v. 95. Ἀλλὰ σὺ θάσσον ἔχ' ἡνία φοινικόεντα ἵππων ὠκυπόδων] Hoc, equos rege frenis. Hoc Phaedro est, *ora continere frenis spumantibus.* Lib. III, fab. 6.

Sed iſtum timeo ſella qui prima ſedens
Iugum flagello temperat lentum meo,
Et ora frenis continet ſpumantibus.

Sic legendum eſſe ante quadraginta annos vidi, et probaui Gronouio. Horatio eſt *ora frenis temperare.* Lib. I. carm. 7.

Gallica nec lupatis temperet ora frenis.

Vbi Scholiaſtes meus ineditus: *Gallica pro Gallicarum equarum ora.* Ouid. *ſpumantia ora coërcere*, VI. Metam.

— — dum flectit in orbem
Quadrupedes curſus, ſpumantiaque ora coërcet.

Id. V. Metam.

— — Dea fertilis angues
Curribus admouit, freniſque coërcuit ora.

Id. epiſt. Phaedrae:

Saepe iuuat verſare leues in puluere currus,
Torquentem frenis ora ſequacis equi.

Seneca Hippolyto v. 1002.

Celſos ſonipedes ocyus ſubigit iugo
Et ora frenis domita ſubſtrictis ligat.

Manil. Lib. V.

Stare leui curru moderantem quatuor ora,
Spumigeris frenata lupis, et flectere equorum
Praeualidas vires.

v. 103. Ἠθεῖε] Male in multis editionibus legitur ἦ θεῖε. In aliis ὦ θεῖε, et ſic legit Ioannes Diaconus. Sed nihil muta. compellabant Seniores. Vide Scholiaſten Homeri ad dictum locum et Apollonii Rhodii ad Lib. III, v. 52. Homerus Iliad. ζ. v. 518.

Ἠθεῖ᾽ ἦ μάλα δή σε καὶ ἐσσυμένον κατερύκω.
Venerande, certe te iam valde properantem detineo.

v. 104. Ταύρεος Ἐννοσίγαιος] Non alia ratione Neptunus dicitur ταύρεος, vti et Oceanus apud Euripidem in Oreſte: Ἣ πόντος Ὠκεανὸς ὃν ταυρόκρανος ἀγκάλαις ἑλίσσων, κυκλοῖ χθόνα. *Aut Pontum quem Oceanus Taurinum caput habens Deuoluens vlnis circuit terram*: quam eius filii, fluuii, nimirum propter violentiam, et ſtrepitum. Feſtus: *Taurorum ſpecie ſimulacra fluminum, id eſt, cum cornibus quod ſunt atrocia vt tauri.* Virgil. IV. Georg. 371.

Et gemina auratus taurino cornua vultu
Eridanus: quo non alius per pinguia culta
In mare purpureum violentior influit amnis.

Horatius: lib. IV. carm. ode 14. v. 25.

Sed tauriformis voluitur Aufidus,
Qui regna Dauni praefluit Appuli
Cum ſaeuit.

Strabo

Strabo lib. X. de Acheloo: Οἱ δὲ εἰκάζοντες ἐξ αὐτῶν τἀληθὲς, ταύρῳ μὲν ἐοικότα λέγεσθαι τὸν Ἀχελῶον φασὶ, καθάπερ καὶ τὰς ἄλλας ποταμὰς, ἀπό τε τῶν ἤχων, καὶ τῶν κατὰ τὰ ῥεῖθρα καμπῶν ἃς καλοῦσι κέρατα. *Qui autem ex fabulis verum colligunt, tauro similem forma Acheloum aiunt, vt et alios fluuios, ob strepitus et flexus alueorum, qui cornua dicuntur.* Vide et Aelian. Var. Hist. II, 32. Sic et in antiquis nummis fluuii forma bouis exprimuntur, vt pridem docuit vir doctrina et iudicio magnus Antonius Augustinus in Dialogis.

v. 105. Ὃς Θήβης κρήδεμνον ἔχει] Interpretes vertunt: *qui Thebarum moenia tenet.* Nec improbo. ἔχει tamen poterat etiam verti, *habet.* Nam habere Latinis aeque vt Graecis ἔχειν dicuntur loca, qui illa possident, et gubernant, qui illis praesunt. Iustin. XII, 4. *Terras inter amnes Hydaspen et Indum Taxiles habebat.* Flor. IV, 2. *Siciliam et Sardiniam annonae pignora per legatos habuit.* Tacitus II. annal. 20. *Festinare et vrgere vt prouincias et legiones solus habeat.* Sic et homines et Dii dicuntur haberi ab iis, sub quorum potestate et ditione sunt. Quid. I. Metam. v. 196.

Cum mihi qui fulmen, qui vos habeoque regoque,
Struxerit insidias.

v. 116. Θυμῷ γηθήσας] Nonnulli codices legunt non male: μύθῳ γηθήσας.

v. 136. Κυνέην εὔτυκτον ἔθηκε Δαιδαλέην ἀδάμαντος] Diaconus contendit ἀδάμαντα hic non esse lapidem; sed σίδηρον. Hunc sequuntur Latini Interpretes. Sed quis tam hospes est in Veterum Scriptis, cui lateat adamantina Graecis et Latinis dici omnia quae valde dura sunt et firma? Sic Horatius Marti tribuit *adamantinam tunicam.* Ouid. IV. Metam. de sedibus inferorum:

Carceris ante fores clausas adamante sedebant.

hoc est, obicibus et postibus firmissimis. Sexcenta apud Poëtas exempla facile inuenies.

v. 143. Κυάνεαι δὲ διὰ πτύχες ἠλήλαντο] Interpretes insciti ssime: *caeruleis plicis fulgorem interfecantibus.* Verte: *caeruleae laminae erant ductae.* Κυάνεαι πτύχες, sunt caeruleae laminae, vt apud Homerum θώρηκας κυάνεας, caerulea lorica. Πτύχες sunt laminae, tabulae, plagulae, coria ex quibus scuta conficiebantur. Etymolog. M. exponit τὰ διάφορα, ἐπαλλήλως ἐλάσματα. Ex pluribus enim plagulis, pellibus texis, tabulis, pro materiae diuersitate, conficiebantur clypei Graecorum, sicut et scuta Romanorum. Vnde vult Varro scutum dici a secando, quasi secatum. Quamuis autem in ve-

riuerbio labatur Togatorum doctiſſimus, eſt enim ſcutum a σκῦτος, quia pellibus obducebatur, oſtendit tamen Veterum ſcuta ex variis partibus fuiſſe compacta. Liquidiſſime Homerus Iliad. H, v. 248.

Ἐξ δὲ διὰ πτύχας ἦλθε δαΐζων χαλκὸς ἀτειρὴς
Ἐν τῇ ἑβδομάτῃ ῥινῷ σχέτο.

Ceterum ſex per plagulas penetrauit findens haſta, in ſeptima autem pelle haeſit. Aiacis clypeus erat ἑπταβόειος, ſingula pellis conſtituebat πτύχα, ſiue plagulam. Iliad. Υ, in deſcriptione ſcuti Achillis:

Ἀλλὰ δύω μὲν ἔλασσε διὰ πτύχας, αἱ δ' ἄρ' ἔτι τρεῖς
Ἦσαν· ἐπεὶ πέντε πτύχας ἤλασε Κυλλοποδίων
Τὰς δύο χαλκείας, δύο δ' ἔνδοθι κασσιτέροιο
Τὴν δὲ μίαν χρυσῆν.

Sed duas quidam adegit per plagulas, hae autem adhuc tres erant. Quoniam quinque plagulas Vulcanus duxerat, duas aereas, duasque intus ſtanni: Vnam vero auream. In quibus locis ineptiſſime Interpretes πτύχας vertunt plicas, vt in pluribus aliis. Polybius in deſcriptione ſcuti Romanorum σανιδώματα appellat, lib. VI. Ἐκ διπλῆς σανιδώματος, ταυροκόλλῃ πεπηγὼς ὀθονίῳ μετὰ δὲ ταῦτα μοσχείῳ δέρματι περιείληπται. *Scutum e duplici tabulata glutine taurino eſt compactum: extrema ſuperficies lineo, deinde viculino corio circumtegitur.* Nicetas Choniata lib. I. rerum Iſaaci Angeli in deſcriptione thoracis ex lineo coactili ſaepius aut decies in ſe complicato συμπτύγματα dicit, quae Poetae Veteres πτύχας. Αὐτὸς μέν τοι ὁ Κόρδυλος ἄνευ θυρεοῦ τηνικαῦτα διηγωνίζετο, ἐκ δὲ λίνου πεποιημένον ὕφασμα οἴνῳ αὐχηρῷ ἱκανῶς ἡλισμένῳ διάβροχον πολλάκις περιπτυχθὲν δίκην θώρακος ἐνεδύετο. ἐς τοσοῦτον δ' ἦν ἀντίτυπες ἄλσι καὶ οἴνῳ συμπιληθὲν, ὡς καὶ βέλος εἶναι παντὸς σεσαγνώτερον, ἠριθμοῦντο δ' εἰς ὀκτωκαίδεκα καὶ πλείω ὑφάσματος συμπτύγματα. *Ipſe Conradus ſine ſcuto tunc dimicabat: ſed pro lorica textum quoddam geſtabat e lino factum, vino auſtero probe ſalito maceratum, ſaepius replicatum: quod quidem ſale ex vino coactum adeo firmum aduerſus ictum erat, vt penetrari a nullo telo poſſet. Erant autem huius texti plagellae octodecim et eo plures.* Propter eandem rationem tabulae quoque ex quibus fores compingebantur πτύχες dicuntur. Pollux Onomaſt. IX. 5. πτύχες ſunt etiam pugillarium tabulae, ſiue ſint eburneae, ſiue ligneae, ſiue aureae. Hinc ὀπτύχον, τρίπτυχον, πολύπτυχον. Nec

longe

longe inde discedit quod pro iugis montium πτύχες ponuntur. Apollon. Rhod. III, 101.

Βῆ ῥ' ἴμεν Οὐλύμποιο κατὰ πτύχας.
Iuit per iuga Olympi.

Vbi ridicule Interpres nouissimus *valles* exponit. Iugis montes connectuntur. Hinc nostro in Theogon. v. 113. πολύπτυχος Ὄλυμπος est multa iuga habens. Inepte Interpretes: *coelum multis sphaeris implicitum.* Vide Eustath. ad Iliad. Θ. p. 670. vbi varias de huius vocis notione et origine sententias tradit. Ἐλαύνειν vero et διελαύνειν sunt propria in hac re verba. Homerus in loco superius laudato: ἐπεὶ πέντε πτύχας ἤλασε Κόλκοποδίων, *Quoniam quinque laminas duxit Vulcanus.* Idem alio loco: ἣν ἄρα χαλκεὺς ἤλασε, *quam faber aerarius fecit.* Ἐλαύνειν σίδηρον χρυσὸν, ferrum, aurum dicere, proprie dicuntur fabri aurarii et aerarii. Hinc ἐλάσματα sunt laminae ductiles. Eustath. ad d. l. πέντε πτύχας ἤλασε. εἴρηται τοῦτο μὲν κατὰ τέχνην χαλκευτικήν. *dicitur hoc quidem secundum artem fabrorum aerariorum.* Est enim proprium χαλκέργων verbum. Herodot. I, 68. Ἐλθὼν ἐς χαλκήιον ἐθηεῖτο σίδηρον ἐξελαυνόμενον. *Cum venisset in officinam aerariam videns ferrum duci.* Idem I, 50. Καταχεάμενος χρυσοῦ ἄπλετον, ἡμιπλίνθια ἐξ αὐτοῦ ἐξήλαυνε. *Immensam vim auri liquefecit, ex quo dimidiatas lateres duxit.* Noster inferius in Theogon. 725.

Τὸν περὶ χάλκεον ἔγχος ἐλήλαται.

Quem circa ferreum sceptrum ductum est. Apollon. Rhod. Argonaut. II, 231.

Οὐδ' εἰ οἱ ἀδαμάντος ἐληλαμένον κέαρ εἴη.

Ne si cor ei sit ex adamante ductum. Ἐλαύνειν Latinis est ducere. Horatius de Alexandri aerea statua: *Ne quis se duceret aere.* Πτύχες recte etiam verti possunt tabulae, quamuis sint ferreae, aut coriaceae, aut ex alia materia. Sic apud Tertull. de pallio eadem tralatione plicae longae in toga dicuntur *tabulae togae*, quod similes sint tabulis.

CAPVT XVIII.

Λευκὰ ϑέοντες. Ἄπλητος. In Hesiodo menda exemta. Eidem lux. Ἀμφὶ Καινέα, et similes locutiones. Τιταρήσιος. Ἀγελαίη Ἀθηνᾶ. Μάχην κορύσσειν. Danielis Heinsii elegantissima emendatio asserta. Iuuenali lux. Rumpere auditorium. Hesiodus distinctione adiutus. Παίνεφθος κασσίτερος. Κίβισις. Τιταίνειν. Χλωρὸς est ὠχρὸς. ἐπὶ χλωρὸν ἀδάμαντος βαίνειν. Leues in hastis. Et similes locutiones.

v. 146. Ὀδόντων λευκὰ ϑεόντων] Peruenustum loquendi genus est pro ὀδόντων λευκῶν. Antiqua inscriptio in consecrationem templi in agro Herodis Attici, τοίη χλωρὰ ϑέσσα, herba viridis, quod olim obseruauit Salmasius, et ante eum Dauid Hoeschelius in epistola ad Meursium scripta, quae penes me est. Simile loquendi genus apud Aratum, λεπτὰ φάσσαι χηλαί. vertit Cicero: *obscuro corpore chelae.*

v. 147. Ὀδόντες ἄπλητοι] *Dentes magni.* Hesych. Ἄπλητον, ἀπρόσιτον, ἀχώρισον, μέγα. Interpretes pessime: *dentes inaccessi.* Vt et v. 230. Γοργόνες ἄπλητοι, sunt terribiles. In Theog. v. 151. Χεῖρες ἄπλατοι *manus magnae, terribiles.* Sophocles: Aiace flagellifero v. 256. Τὸν ἄπλατος ἔχει. *Hunc furor magnus tenet.* Nam sic legitur in editionibus antiquis. Recentiores Stephaniana, Plantiniana, vt et Graecus Interpres scribunt, ἄπλαστος vt significet furorem seu insaniam veram, hoc est, magnam.

v. 155. Ἐν δ' ὁμαδός τε, Φόβος τ' Ἀνδροκτασίη τε δεδήει] Legendum: ἀνδροκτασίη τ' ἐδεδήει. Vertendum vero: *In eo tumultus, terror, et homicidium ardebant* scilicet ira, indignatione, dimicandi libidine.

v. 171. Οὐδέτεροι τρεέτην] Legendum ἐδ' ἕτεροι.

v. 179. Καινέα τ' ἀμφὶ ἄνακτα, Δρύαντά τε] Hi omnes accusatiui ab hoc versu vsque ad 183. exponendi sunt per nominatiuos, *Caeneus Rex, Pirithous*, etc. quod satis indicat versus, qui iis subiicitur:

Ἀργύρεοι, χρύσεια περὶ χροῒ τεύχε' ἔχοντες.

Latinos Interpretes fugit elegantissimum istud dicendi genus, οἱ ἀμφὶ Πλάτωνα, pro Πλάτων, de quo superius egimus. Poeta omisit articulum.

v. 181. Τιταρήσιον] Notat Diaconus hunc Lapitham nomen accepisse a loco quem coluerit. Is est fluuius Thessaliae. Suidas:

Suidas: Τιταρήσιος ποταμὸς Θεσσαλίας. Sed et eius accolae eodem nomine fruebantur. Stephanus de Vrbibus: Τιταρήσιος ποταμὸς Θεσσαλίας. τὸ ἐθνικὸν ὁμοφώνως Τιταρήσιος. Stulte ὄζος Ἄρηος vertitur *notus Martis*. cur non: *filius Martis*? Sic autem omnes dici πολεμικὰς ἄνδρας qui Homerum, parentem omnis doctrinae et elegantiae legerunt, non possunt nescire. Apud eumdem eodem sensu: υἱὲς Ἄρηος.

v. 185. Ἀσβόλον οἰωνιστὴν] Ouidio XII. Metamorph. dicitur Astylos:

Quique suis frustra bellum dissuaserat augur
Astylos.

v. 196. Ἰεμένων τε] *Ruentium*. non: *festinantium*. nisi forsan legendum: θ' ἱεμένων τε auidorum scilicet pugnae.

v. 197. Ἀγελείη τριτογένεια] Caue vertas, *praedatrix Tritogenia*, cum Interpretibus. Retinendum Graecum epitheton *Agelea*. qua significatur bellicosa Minerua. Suidas: Ἀγελείη ἡ Ἀθηνᾶ, ἡ ἀπὸ τὸ ἄγειν λείαν, τουτέστι, ςρατιωτική. Noster infer. Theog. v. 318. Homerus Iliad. δ. v. 128.

Πρώτη δὲ Διὸς θυγάτηρ Ἀγελαίη.

Prima Iouis filia Agelaea. vbi neque inepte Interpretes: *praedatrix*. vide ibi Eustath. scholia Didymi et Etymolog. Magnum.

v. 198. Μάχην ἐθέλουσα κορύσσειν] Quid est, *pugnam velle armare*? Sic enim reddiderunt Interpretes. Κορύσσειν μάχην est accendere praelium, ciere bellum, vt Iustinus loquitur de Artemisia: *inter primos duces bellum acerrime ciebat*. Noster paullo ante: Κορύσσουσα κλόνον ἀνδρῶν, *accendens pugnam virorum*. Pindarus Isthmionic. VIII.

— — μάχας ἐναριμβρότους

Ἔργον ἐν πεδίῳ κορύσσοντα.

Pugnae homines interimentis opus in campo ciere, quod est fortiter pugnare. Κορύσσειν saepe generaliter est augere. Hesych. Κορύσσειν, αὔξειν. Pindarus Isthmionic. VIII. βίον κορυσσόμενοι ὀρθοβούλοισι μηχαναῖς, fortunas amplificare bonis artibus.

v. 203. Θεῶν δ' ἕδος ἀγνὸς Ὄλυμπος] Elegantissime hunc locum emendauit D. Heinsius, qui legit ἄγνοτ' Ὄλυμπος *fraugebatur*, hoc est, resonabat Olympus. Polybius XV. 30. τῶν δὲ διασαφέντων τὰ παρὰ τὸ βασιλέως κατεβόησαν πᾶς ὁ τόπος τὸ κρότῳ καὶ τῇ κραυγῇ. *Satellitibus regia mandata exponentibus plausu et clamore omnia loca replebantur*. Noster Poeta inferius vers. 278.

Τοὶ μὲν ὑπαὶ λιγυρῶν συρίγγων ἴσαν αὐδὴν

Ἐξ ἀπαλῶν ςομάτων, περὶ δὲ σφίσιν ἄγνυτο ἠχώ.

Atque

Atque hi quidem cauoris tibiis emittebant canium e tenebrosis, circumque ipsos frangebatur echo, id est, resonabat. Vers. 347.

Τῶν δ' ἵπποι μὲν ἔπειθ' ὑπεναντίοι ἀλλήλοισιν
Ὠξεῖα χρεμίσαν, περὶ δέ σφιν ἄγνυτο ἠχώ.

Horum equi deinde obuiam sibi mutuo facti, acutum hinnitiere, circaque ipsos frangebatur echo. Virgilius:

Et cantu querulae rumpent arbusta cicadae.

Iuuenal. *Assiduo ruptae lectore columnae.* Nec aliter intelligendus eiusdem Poetae locus Sat. VIII. v. 85.

Gloria quantalibet quid erit, si gloria tantum est?
Curritur ad vocem iucundam, et carmen amicae
Thebaidos, laetam fecit cum Statius vrbem,
Promisitque diem: tanta dulcedine captos
Afficit ille animos, tantaque libidine vulgi
Auditur. sed cum fregit subsellia versu
Esurit, intactam Paridi nisi vendat Agauen.

In quo loco exponendo principes ingeniorum Iosephus Scaliger et Isaacus Casaubonus mire tricantur. Ille in Ausonianis lectionibus vult Statium Poetam post incredibilem totius vrbis exspectationem tandem in agone Capitolino Thebaidem suam recitasse, sed non placuisse, et contra eum alios coronatos. Hoc false significare Iuuenalem dicentem: *sed tum fregit subsellia versu*, nimirum Poetam recitantem non stetisse, sed excidisse, hoc est, non placuisse. In diuersum plane iit Casaubonus in animaduersionibus in Suetonium, qui frangere subsellia interpretatur vehementissime placuisse, sic vt Κρότῳ, *Euge, Sophos* acclamantium quasi subsellia frangerentur. Fundum huius sententiae producit Sidonium Apollinarem V, ep. 70. *Hunc olim peroranten, et rhetorica subsellia plausibili oratione frangentem, socer eloquens vltro in familiam patriciam adsciuit.* Sed vterque nihil aliud significat quam simplicem recitationem, quod et postea ipse Casaubonus fatetur. Frangere subsellia versu eadem ratione dicitur, vt rumpere legendo columnas, cantu arbusta, Olympum. Martianus Capella: *Nam absque his, qui perturbantes pectora sensusque cunctorum cognoscentium quoque perfregere subsilia.* Non nego tamen etiam de Κρότῳ et acclamationibus auditorum hoc loquendi genus posse vsurpari. Sidon. lib. IX, ep. 19. *Dignum omnino quem plausibilibus Roma foueret vbis, quoque recitante crepitantis Athenaei subsellia curuata quaterentur.*

v. 204. Ἐν δ' ἀγορῇ, περὶ δ' ἅλβος ἀπείριτος ἐσεφάνωτο
Ἀθανάτων ἐν ἀγῶνι· θεὴ δ' ἐξῆρχον ἀοιδῆς] Hi versus nec recte sunt expositi, et praua distinctione corrupti. Ad

quod

quod enim referas ἐν ἀγῶνι non est. Sed leuiter distinctione mutata omnis ἀπορία tolletur.

Ἐν δ' ἀγορῇ, περὶ δ' ὄλβος ἀπείριτος ἐσεφάνωτο
Ἀθανάτων· ἐν ἀγῶνι θεαὶ δ' ἐξῆρχον ἀοιδῆς.

Ibi erat coetus, qui cinctus erat ingentibus opibus Deorum. In certamine Deae vero incipiebant canere. Ἀγορὰ hic est coetus, coetus Deorum, qui Apollinem et Musas audiebant canentes. Posset et τελείη στιγμὴ poni post ἐσεφάνωτο. Sed priorem distinctionem probo.

v. 208. Πανέφθε κασσιτέροιο] Interp. *stanno liquefacto.* Sed πάνεφθος κασσίτερος est idem ἄπεφθος κασσίτερος, stannum bene excoctum, purgatum, optimum. ἄπεφθος χρυσὸς Herodoto est purissimum, *aurum ad obrussam*, vt loquitur Suetonius, lib. I. cap. 50. vbi ἀπέφθῳ χρυσῷ opponit χρυσὸν λευκὸν, *album aurum.* Vbi aurum λευκὸν est aurum cui multum argenti est admixtum, quod propterea dicitur *pallere*, vt apud Catullum, *lurore expalluit auri.* Hinc Augustinus sermone de commate Psalmi L. *Quoniam iniquitatem meam ego agnosco. Quid volui? aurum pallorem terrae? argentum liuorem terrae? honorem temporis fumum.* Theodoretus: διαγνῶναι χρυσὸν δόκιμόν τε καὶ ἄπεφθον. *Dignoscere aurum probatum et excoctum.* Vbi perperam vir doctus in Analectis emendat ἄπεπτον, ἀργύριον ἄπεφθον eidem *argentum pustulatum.* Pollux lib. VII. ἄπεφθος χρυσὸς ἀκριβὴς, ἀκήρατος, εἰλικρινὴς, ἀκραιφνής.

v. 224. Ἀμφὶ δέ μιν κίβισις θέε] Quam male Interpretes *circum ipsum autem pera ferebatur.* Haec nemo, nisi Graece intelligat, assequetur quid sibi velint. Sensus est, ipsum caput erat facco inclusum, siue pera. Κίβισις est πήρα, κιβωτός. Callimachus:

Εἰ γὰρ ἐπιθήσει πάντα ἐμὴ κίβισις.

Sic dicta quod in illam reponatur βόσις, id est τροφὴ, si magni Etymologici auctori credimus, qui et huuc Hesiodi locum bene exponit: ἐβάσαζεν ἐν δεκτικῷ τινὶ ἀγγείῳ τὴν κεφαλὴν τῆς Γοργόνος ὁ Περσεύς. Vide et Apollodor. Bibliothec. lib. II. Κίβισις est, quae aliter dicitur κίστη et κοίτη, cista, in qua facientes iter panem circumferebant et obsonia. Vide Pollucem X, 23. Hesychium in κοίτη, et Etymologicum Magnum in κοῖτις. Latinis proprie dicitur *sportula.* Menander in Dyscolo apud Athen. Δειπνοσοφ. IV.

— — Ὡς θύσει δ' οἱ τοιχωρύχοι
Κοίτας φέροντες, σαμνί' ἐχὶ τῶν θεῶν
Ἕνεκ' ἀλλ' ἑαυτῶν.

— — *Vt ſacrificant parietum perfoſſores*
Ciſtas ferentes et ſerias non Deorum
Cauſa, ſed ſui.

Vbi male Caſaubonus reponendum putat κίσας, quamuis et ipſe poſt in addendis repudiauerit hanc emendationem. Peſſime vero Delecampius vertit *lectos*.

v. 229. Περσεὺς Δαναΐδης ἐτιταίνετο] Interpretes cum haec, et paullo praecedentia ita vertunt: *Ipſe autem properanti et formidanti ſimilis Perſeus Danaides extendebatur*, ipſi neſcierunt quid dicerent. τιτχίνειν et τιταίνεσθαι interdum eſt currere, feſtinare, fugere. Heſych. τιτχίνειν, σπεύδειν. τιτχινόμενος, τρέχων. Et ſic hoc loco accipiendum.

v. 231. Ἐπὶ χλωρῷ ἀδάμαντος βαινεσέων] Exponitur: *In viridi adamante euntibus.* Virides adamantes quis vidit? χλωρὸς Graecis non ſolum eſt viridis, ſed etiam ὠχρὸς pallidus. Inferius v. 264. Ἄχλὺς χλωρὴ, triſtitia pallida. Theophraſtus carbunculos dixit χλωροειδεςέρας, hoc eſt, pallidiores. Galenus in multis locis notauit apud Hippocratem χλωρὸν frequenter poni pro ὠχρῷ. Sicuti contra ea apud Virgil. Eclog. VI. *pallentes herbae* pro viridibus. Notandum vero loquendi genus exquiſitum ἐπὶ χλωροῦ ἀδάμαντος βαίνειν, *in pallido adamante venire*, pro ornatum adamantibus, vt apud Pindarum ἵπποι ἐν πτεροῖς, *equi in alis* pro alatis. Ennius: *leueſque ſequuntur in haſtis*, hoc eſt, haſtati. Virg. V. Aen.

— — *occurrit Aceſtes*
Horridus in iaculis et pelle Lybiſtidos vrſae.

Iaculis inſtructus, et indutus pelle vrſina. Flor. I, 1. *Iuuentus diuiſa per tribus in equis et armis ad ſubita belli excubaret.* Hoc eſt, equis inſtructa et armis.

v. 235. Ἐχάρασσαν ὀδόντας] Proprie acuebant dentes, vt in ἔργοις v. 573. ἄρπας χαρασσέμεν falces acuere. Sed hoc loco eſt frendebant dentibus, quod frendentium dentes collidantur, ſicut ferrum cum acuitur ducitur in cote.

v. 260. Προφερὴς τ' ἦν πρεσβυτάτη τε] Hunc verſum nullus dubito quin reſpexerit Ariſtarchus, qui in gloſſa antiqua ad iſtum in Theogonia verſum: Καλλιόπη μὲν προφερεςάτη ἐςὶν ἁπασέων interpretatur προφερέςατον, πρεσβύτατον. Quaſi ἐκ παραλλήλε eſſent poſita προφερὴς et πρεσβυτάτη. Viri quidem doctiſſimi exiſtimant Ariſtarchum ad verſum 578 in ἔργοις, Ἠώς τοι προφέρει μὲν ὁδοῦ προφέρει τε καὶ ἔργε. Sed haec nihil faciunt ad ſignificationem προφερέςατος pro πρεσβύτατος. Ipſum vero Ariſtarchum erraſſe hic ipſe locus, qui, cum illa ſcriberet, eius animo obuerſabatur, vincit. προφερὴς enim eſt excellens, praeſtans. προφερὴς τῶν ἄλλων

prae

prae aliis excellens. Concise dicitur pro ἐκ aut περὶ τῶν ἄλλων, vt δῖα γυναικῶν, *nigrae lanarum*, apud Plinium et mille talia. Haec non monerem, nisi intellexissem ἐ τυχόντας hic impegisse.

CAPVT XIX.

Ἀχλύς. Γαστροπαχής. Fame laborantium pedes tumescunt. Homeri locus insignis expositus. Mos nuptialis Graecorum. Παίζειν. Ludere. Ὑπὸ φορμίγγων. Hesiodo lux. Βαθὺ λήϊον. Πέτηλα aristae. Versus suppositicius indicatus. Ἐφίεσθαι, ἐπίσχειν ἵππους. Ἀκριτον ἄεθλον. Ἀγών. Hesiodus emendatus. Gestatio. Ius. Θέα. Ἔλαιον, ἀρώματα pro foris vbi venduntur. Λαοὶ. Λιών. Πολεμίζειν. Σπεύδειν. Hesiodus quinquies correctus. Μαστιχόειν, μαστιχάειν, μαστᾶσθαι. Massare. Θῆλυς ἐέρση. Θήλεια νύξ. Ἡ ἔλαφος ceruus. Ψυχὴ vita. Λαὸς, multitudo. Populus.

v. 264. Παρ' δ' Ἀχλὺς εἰςήκει] Pulcre et erudite docuit V. Cl. Tanaquillus Faber ad Longinum ἀχλὺς hic esse tristitiam. Quo nihil est certius. sic contra φῶς est χαρά. Hesych. Φῶς, χαρὰ, σωτηρία. Exempla apud Sacros Scriptores et τὰς ἔξω saepe occurrunt. Cur vero ἐπισμυγερὴ transferunt *perustae similis*? Diaconus scilicet exponit κεκαυμένη. Sed iste homo supra triuiales Grammaticorum canones non sapit. Ἐπισμυγερὸς est miser, aerumnosus, plenus dolorum. At γαστροπαχὴς appellatur, quia fame est confecta et exhausta. Illorum enim qui fame laborant pedes tumescunt cum alia membra macescant, et exarescant. In ἔργοις, v. 496.

Μή σε κακὴ χειμῶνος ἀμηχανίη καταμάρψῃ
Σὺν πενίῃ, λεπτῇ δὲ παχὺν πόδα χειρὶ πιέζοις.

Ne te malae hyemis difficultas opprimat cum paupertate: macilenza vero crassum pedem manu premas. Ouid. VIII. Metam. v. 807. in insigni descriptione Famis:

Auxerat articulos macies, genuumque tumebat
Orbis, et immodico prodibant tubere tali.

Apud Ephesios lex fuit, μὴ ἐξεῖναι πατρὶ παῖδας ἀποθέσθαι ἕως ἂν διὰ λιμὸν παχυνθῇ τὰς πόδας. *non licere patri liberos exponere donec inedia pedes tumescant.* Plutarchus affirmat fame confectorum pedes turgescere, corporis vero reliquas partes macescere et attenuari. Hinc lux affulget Homeri loco

Ὀδυσσ.

Ὀδυσσ. ρ, cuius ſenſum nec Veteres nec recentes Interpretes ceperunt.

Τὸν κ' εἴ μοι δοίης σαθμῶν ἐπιτῆρα γενέσθαι
Σηκοκόρον τ' ἔμεναι, θαλλόν τ' ἐρίφοισι φορῆναι,
Καί κεν ὀρὸν πίνων, μεγάλην ἐπιγουνίδα θεῖτο.

Hunc ſi mihi dares ſtabulorum cuſtodem eſſe, et caularum curatorem, vt frondes haedis apportaret, Ille ſaltem ſerum bibens craſſum genu faceret. Hoc eſt, ita curarem, vt fame et macie confectus deliſteret pererrare alienas vrbes et domos, hominibuſque mendicando negotium faceſſere: non plus cibi iſte bene habitus mendicus caperet, quam ad famem extremam expellendam ſatis eſſet, ne corpus faceret, cui nunc mendicando ſeruit. Vlyſſem fuiſſe bene habitum liquet inferius ex Odyſſ. Φ, vbi Penelope ad Eurymachum procum, qui nolebat Vlyſſem tractare arcum a Penelope propoſitum, illum hoſpitem ait eſſe μέγαν καὶ εὐπηγῆ,

Οὗτος δὲ ξεῖνος μάλα μὲν μέγας ἠδ' εὐπηγής.

Iſte hoſpes valde magnus eſt et validus. Scio Euſtathium, Budaeum, alios omitto, de hoc loco ſentire aliter velleque μεγάλην ἐπιγουνίδα θεῖτο eſſe, *corpulentus fieret.* In hanc rem producunt ex ſequente libro,

Οἵην ἐκ ῥακέων ὁ γέρων ἐπιγουνίδα φαίνει.

quale ex pannoſo hoc habitu ſenex femur oſtendit. Quod enim hic ἐπιγουνίδα dixit, paullo ante appellauit μηρὺς καλούς τε μεγάλους τε. Sed hic de femore loquitur, quod craſſum et robuſtum eſt εὐεξίας argumentum. Ibi vero de genu, cuius tumor eſt famis et maciei indicium. Ouidius: *genuumque tumebat orbis.* Ἐπιγουνὶς eſt vox πολύσημος. Cicero in Arato vertit *genu.* Sic capiendum in priore loco. Ariſtarchus vero exponit partem ſupra genu, τὸ ἐπάνω τῆς γόνατος femur nimirum, vt poſteriore loco accipitur. Conſtat autem etiam ex hoc verſu οἵην ἐπιγουνίδα φαίνει Vlyſſem corpulentum fuiſſe et validum. Cui bono igitur plus corporis feciſſet? Deinde ſerum non videtur multum poſſe conferre ad εὐσαρκίαν. Minatur potius ſe ſeri potu illum redacturum ad maciem, vt cum corpore deponat iſtam ferociam et impudentiam, ac deſinat ὑπερμαζᾶν.

v. 273. Ἐϋσσώτρῳ ἐπ' ἀπήνης] Nimirum ex more Graecorum, qui ſponſas ſellis inſidentes in currus imponebant, quibus ex parentum aedibus in mariti vehebantur. Vide Lucian. in Lapithis. Suid. in Ζεῦγος.

v. 277. Χοροὶ παίζοντες] *Saltantes.* Homer. Ὀδυσσ. ψ, 147.

Τοῖσιν

Τοῖσιν δὲ μέγα δῶμα περίσονα σχίζετο ποσσὶν
Ἀνδρῶν παιζόντων καλλιζώνων τε γυναικῶν.

Horum autem magna domus ſtrepebat pedibus virorum ſaltantium, et ornatarum foeminarum. Sic et *ludere* Latinis. Virgil. Eclog. 6.

Tum vero in numerum Faunoſque feraſque videres
Ludere.

Horat. III, 15.

Maturo propior deſine funeri
Inter ludere virgines.

Ibidem: *Illam coget amor Nothi*
Laſciuae ſimilem ludere capreae.

Et lib. II, carm. 12.

— — *Nec dare brachia*
Ludentem nitidis virginibus.

hoc eſt choreas ducentem inter virgines. In ſaltationibus Veterum maior brachiorum quam pedum mouendorum ratio habebatur. Ouid.

Si vox eſt, canta: ſi mollia brachia, ſalta.

Antiquus ineditus Interpres Horatii, qui penes me eſt, ad locum illum, ex lib. II. carm. vlt. notat, *dare brachia eſt ſaltare geſtu brachiorum. Exprimit autem habitum mulierum, qua brachiis extentis ſolent ſaltare.* Vide quae nuper docuit Vir eruditiſſimus Franciſcus Vauaſſor in libro omnibus Gratiis et Venerибus condito de ludicra dictione. Ab hac ſignificatione τοῦ *ludere*, manauit etiam *ludius*, hoc eſt, ὀρχηστὴς, χορευτὴς, ſaltator, hiſtrio. Prudent.

Saltat Tonantem tauricornem ludius.

Et *ludi* et *ludicra* primo dicta ſunt ſpectacula, quae ludii, ὀρχησταὶ ediderunt, deinde ad alia translata ſpectacula, in quibus nullae ſaltationes.

v. 280. Ὑπὸ Φορμίγγων] Eſt *ad cytharam.* Horat. *ad cytharam ceſſatum ducere curas.* Lucian. lib. περὶ ὀρχήσεως· διδάσκεσθαι πολλὰ τῶν παλαιῶν ὑπ' αὐλοῖς καὶ κυμβάλοις. *Multos diſcens antiquos ritus ad cantum tibiae et ad cymbala.* Noſter verſu ſequente: κώμαζον ὑπ' αὐλῷ, *comeſſabantur ad fiſtulam.* et v. 283. ὑπ' αὐλητῆρι δ' ἕκαστος πρόσθ' ἴθυον. Quae non ceperunt Interpretes, qui vertunt: *ante tibicinem autem ſinguli praecedebant.* Imo: *ſub tibicine ſinguli procedebant.* Quilibet habebat tibicinem qui praecedebat tibia canens, ad cuius cantum ludebat et ſaltabat.

v. 288. Βαθὺ λήϊον] Eſt magnus ager ſegetibus conſitus. Homer. Iliad. β, v. 147.

Ὡς δ' ὅτε κινήσῃ Ζέφυρος βαθὺ λήϊον ἐλθών.

Velut cum ſpirabit Zephyrus in magnum agrum ſegete refertum irruens. Ibi male Interpretes: *altam ſegetem*, vt hic: *profundam ſegetem.* Vbi optime antiqua ſcholia, quae Didymo tribuuntur: βαθὺ λήϊον εὔφορον, σιτοφόρον χωρίον. Diaconus vero et Scholiaſtes Theocriti χωραφιον exponunt. Sed tamen Latinis etiam Poetis *ſeges* eſt ager conſitus ſegete. Virg. I. Georg. *Quid faciat laetas ſegetes, quo ſydere terram Vertere, Maecenas.* Vbi Seruius: *id eſt, quae res terras pingues efficiat. Segetem enim modo pro terra poſuit.* Sic alibi: *Horreſcit ſtrictis ſeges enſibus.* Idem Poeta Eclog. I.

Impius haec tam culta noualia miles habebit?
Barbarus has ſegetes?

hoc eſt, hos agros cultos. Tibull. lib. I. el. 10.

Non ſeges eſt infra, non vinea culta, ſed audax
Cerberus et ſtygiae nauita puppis aquae.

v. 289. Κορωνιόεντα πέτηλα] Reddunt: *roſtrata folia.* Quis vidit folia ariſtarum ſpicis grauida, et quidem roſtrata? Eſt foediſſimus error. Quem corrigere potuiſſent ex Graecis magiſtris, qui hic docent Heſiodum abuti vocabulo πέτηλα, et vti pro ςάχυες, καλάμαι, culmi, ariſtae. Sic in Veteri epigrammate καλλιπέτηλον λήϊον, eſt ager refertus laeta ſegete, grauidus ariſtis. Φύλλα quoque hac notione leguntur apud Herodotum L. I. c. 193. de Babylonis agro: Τὰ δὲ φύλλα αὐτόθι, τῶν τε πυρῶν, καὶ τῶν κριθέων τὸ πλάτος γίνεται τεσσάρων εὐπετέων δακτύλων. *Quaternum autem digitorum maximorum latitudo eſt tritici atque hordei ariſtis.* Legendum vero eſt κορυνιόεντα, ex antiquis libris et editionibus. Quod eſt, faſtigata, capitata, a κορύνη *virga capitata.* Phauorinus: Κορύνη πᾶσα ῥάβδος κεφαλαιωτὴ παρὰ τὴν κάρηνον λέγεται. Heſych. ſimpliciter exponit ramoſus: Κορυνῶδες, ὀζῶδες. et Κορύνησις, βλάσησις. Sic quidem veteres Grammatici. Sed alii ſcribunt κορυνιόεντα, vt notat Diaconus, hoc eſt, faſtigata, acuminata. Latine poſſis dicere *ſpicatas ariſtas.* Dracontius in Hexaemero 409.

Ventus alit fluctus, et ventus ſpicat ariſtas.

Virgil. I. Georg.

Ferroque faces inſpicat acuto.

vbi Seruium vide. Si itaque ſic ſcribas, eſt κορυνιόεις a κορύνα, vt et κορυνώδης clauae inſtar ſe faſtigans. Sic aſparagum dixit κορυνώδη Theophraſtus, quod Plinius vertit *faſtigatus.* Κορύνη eſt claua. Κορυνιόεντα Diaconus exponit ῥαβδώδη, καὶ δι' εὐκαιρίαν εὔογκα. Κορύνη γὰρ ἡ ῥάβδος. Vide Phavorinum

vorinum in κορύνη et κορυνώδης. Diaconus affert etiam interpretationem lectionis, quae nunc in editis conſpicitur, et exponit κορωνιόεντα μέλαναι, vnde patet a multis ſeculis huius vocis ſcripturam fuiſſe ambiguam. Cur ariſtae nigrae dici poſſint ego ſane non video. Κορωνιόεις poteſt quidem nigrum ſignificare, a κορωνέως, quae eſt ficus nigri coloris, vt Scholiaſtes Ariſtophanis docuit, ſed hic locum non habet. Flauae enim ſunt ariſtae non nigrae. Quamuis Diaconus dicat alias ariſtas eſſe albas, alias flauas, alias nigras. Sed nigras ariſtas, niſi iniuria coeli vitiatas, nemo vidit. Κορωνιόεντα retinent MSS. et editt. antiquae, idque eſt a κορώνη. Quod inter alia notat quoque omne curuum, inflexum, vt ſolent flecti ariſtae cum maturuerunt, grandia ferentes grana. Verſu ſequente Δημήτερος ἀκτὴν. vertendum Cereris donum, vt aliquoties in ἔργοις. quia frugum vſum prima docuit Ceres. Antea glandibus veſcebantur.

v. 291. Ἔπιπλον ἀλωὴν] MS. meus, cum Palatinis, edit. Trincauelli ἔπιτνον, quod recte exponunt ἐξέτεινον ἐπὶ τὴν ἄλω, hoc eſt extenderunt in area demeſſas ariſtas, ſiue manipulos vt rectius exareſcerent: Heſych. πιτνεῖ, ἐκπίπτει, ἐκτείνει. Qui vero retinere vulgatam lectionem malunt, exponunt, arcam, ſeu horreum impleat, vt Theocritus Idyll. VII, v. 34.

— — Μάλα γάρ σφισι πίονι μέτρῳ
Ἡ δαίμων ἔυπρι-θον ἀνεπλήρωσεν ἀλωάν.
— — *Nam ipſis valde pingui menſura*
Dea bono frumento impleuit horreum.

v. 296. Παρὰ δέ σφιν ὄρχος χρύσεος ἦν] Ὄρχος non eſt vitis, vt Interpretes exiſtimant, ſed vitium ordo. Inſcriptio vetus Herodis:

Μήδε τις ἡμερίδων ὄρχος, ἢ ἐνάλσεα δένδρα.
Ne quis vitium ordines aut nemus.

Vid. Scholiaſt. Theocrit. ad Idyll. I, 47. qui videtur hunc locum reſpicere.

v. 299. Τῷ γε μὲν ἔν] Iſte verſus irreptitius eſt. Nemo dubitabit qui hunc locum non negligenter leget, quod miror viros doctos non obſeruaſſe. Quid enim faciat tibicen et ludentes inter agricolarum et vindemiatorum opus? Ne dicam inepte eum interſeri deſcriptioni aurei illius ordinis vitium, quae hoc verſu interrumpitur. Conflatus eſt ex verſu 282 et verſ. 283. Nec agnoſcitur a Diacono et Tzetze. Si auctori huius carminis ſua debet reſtitui integritas, delendus eſt hic ſuppoſititius verſus et tollendus.

v. 308. Ἐφίεσαν ὠκέας ἵππους] *Immittebant veloces equos*, hoc eſt, *incitabant laxatis frenis*. ſic et Latinis *immittere*. Sergius Galba ad Cic. in X. ad Famil. *Repente equum immiſi ad eam legionem tironum quae veniebat ex caſtris*. Vide Gronovium ad Senecae III. de Ira. Pro ἐφίεσθαι ἵππους inferius dixit ἐπίσχειν ἵππους, v. 550. Ouid. I. Metam. 280.

Fluminibus veſtris totas immittite habenas.

Ἐπίσχετον ὠκέας ἵππους. *nobis immittitis veloces equos*. vbi Interpretes: *contra nos tenetis equos*. Ἐπίσχειν et ἐπέχειν dicuntur ii qui in hoſtem mouent. Herodot. ἐπέχειν ἐπὶ Λακεδαιμονίους mouere in Lacedaemonios.

v. 309. Ἐπιῤῥατέοντα πέτοντο ἅρματα] Interpretes: *ſubſultantes volabant currus*. Ἐπιῤῥατεῖν eſſe ſubſultare πᾶς κεῖται; legendum: ἐπιῤῥοτέοντα.

v. 311. Ἄπριτον εἶχον ἄεθλον] *Indefinitum certamen* Interpretes tranſtulerunt, quod quale ſit, Latinus ciuis non intelligit, cui eſſet anceps certamen, dubium, cum adhuc certant et quis victoriam reportaturus ſit in incerto eſt. Cui opponitur *decretum praelium*. Cic. X. ad Fam. ep. 10. *Quamobrem quamquam in vno praelio omnis fortuna reipublicae diſceptat, quod quidem cum haec legeres, iam decretum arbitrabar fore*. finitum, peractum, vt liqueat penes quem ſit victoria. Sic et *res iudicata* apud eumdem II. ad Att. 12. *Tota res etiamnum fluctuat, quae ſi deceſſerit, magis erunt iudicata quae ſcribam*. certa, ſicut poſt ſententiam latam a iudicibus apparet vter litigatorum vicerit.

v. 312. Ἐντὸς ἀγῶνος] In *ſtadio, circo*. non: *intra agonem*, quod in verſionibus extat ſine ſenſu. Ἀγὼν eſt locus certaminis, ſtadium, hippodromus. Heſych. ἀγὼν ὀξύτονον, ϛάδιον, ἄθροισμα. Idem ἀγὼν ὁ τόπος, ἔνθα ἀθροίζονται οἱ ἀγωνισταί. Antiquorum ſcholiorum auctor ad v. 91. in Theogon. Ἀγὼν λέγεται τριχῶς· αὐτὸ τὸ χωρίον, ὁ ἐν αὐτῷ ὄχλος, καὶ ξυναμφότερον, ὥσπερ καὶ πόλις. vide et Porphyrii Quaeſtionum in Homerum viceſimam primam. Equidem pro hominibus, qui conueniunt, et generaliter pro concione, et coetu ſaepius capitur. Pindarus Iſthmionicon 10: Ἐς ὑπερβόρεον ἀγῶνα, *Ad Hyperboreum coetum*. Heſiod. Theog. v. 91.

Ἐρχόμενον δ' ἀν' ἀγῶνα θεὸν ὡς ἱλάσκονται.

Venientem in concionem tamquam Deum veneranter. Sic hunc verſum legi in antiquis libris ſcholiorum auctor annotauit. quae lectio vulgatae praeferenda. In concionibus enim, ludis, ſpectaculis praecipue magno honore Reges et Principes afficiebantur, quod vel ex vnius Suetonii lectione nemini poteſt eſſe

esse ignotum. Non insolens vero Graecis et Latinis res, quae in aliquo loco geruntur, ponere pro ipsis locis, in quibus aguntur. Δρόμος, cursus, et locus vbi curritur, stadium. Phauorinus: Δρόμοις τοῖς γυμνασίοις. ὅτι δρόμοι τόποι τινὲς ἦσαν, ὅπου ἔτρεχον οἱ νέοι. *Gestatio* locus vbi gestabantur lectica: *Ambulatio*, vbi ambulationibus vacabant, sic et Belgis *een wandeling*. Ius pro loco vbi ius dicitur. Titulus XI. lib. X. Π. *de interrogationibus in iure faciendis*. est ἐν βήματι pro tribunali, vt recte Graecos interpretatos esse obseruauit Princeps Iurisconsultorum Cuiacius. Hinc *in ius vocare* est ad tribunal. Θέα spectandi locus. θέαν καταλαμβάνειν apud Lucianum, Synesium, et alios est spectandi locum occupare. Λέσχαι loca in quibus confabulandi causa conueniebant, vt supra vidimus. Οἶνος, ἔλαιον, χύτραι, ὄψον, vinum, oleum, ollae, obsonium, pro foris et tabernis in quibus vinum, oleum, ollae, obsonia venduntur. Βιβλιοθῆκαι tabernae librariae, vbi libri venduntur. Eupolis: περιῆλθεν εἰς τὰ σκόροδα, καὶ τὰ κρόμμυα, καὶ τὸν λιβανωτὸν καὶ εὐθὺ τῶν ἀρωμάτων, καὶ περὶ τὰ γέλγη. *Abiit in allium, et cepas, tbus, tum et aromata, et omnis generis merces.* hoc est, in loca vbi hae merces venduntur. Ὄρνις pro ὀρνεοπωλεῖον forum vbi aues vendunt. Aristoph. Auibus: ἡ δεινὰ καὶ δέδρακεν ἐκ τῶν ὀρνέων. *Indignis nos afficit malis, qui est ex auibus*, hoc est, foro, in quo aues veneunt. Sic et ἰχθὺς pro ἰχθυοπωλείῳ. Aristoph. in vespis: διεκερμάτιζέ μ' ἂν τοῖς ἰχθύσι *in minutos me concidit numulos in piscibus*, hoc est, *in foro piscatorio*. Sic δεῖγμα specimen rerum venalium, et forum vbi proponebatur

v. 330. Μέγα Φέρτατε λαῶν] Latine redditur vulgo: *praestantissime populorum*. Sed hoccine de vno homine dici potest? Verte: *fortissime mortalium*. Hesych: Λαοὶ, ὄχλοι, δῆμοι. δύνανται δὲ ἅτως εἰρῆσθαι ἄνθρωποι διὰ τὸ εἶναι λάλιοι, ἔνθεν καὶ μέροπες ἀπὸ τῆ μεμερισμένην ἔχειν τὴν ὄπα ὅ ἐστι Φωνήν.

v. 331. Γλυκερῆς αἰῶνος ἀμέρσῃς] Interpp. *dulci aeuo spoliaris*. Cur non: *dulci vita?* Hesych. αἰὼν ὁ βίος τῶν ἀνθρώπων, ὁ τῆς ζωῆς χρόνος, res trita.

v. 340. Ἐσσυμένως] Non viderunt quo pertineat ἐσσυμένως, qui vertunt *certatim*. Referendum ad ἐβήσατο. Ἐς δίφρον ἐβήσατο ἐσσυμένως. *In currum insiliit celeriter*. Ibidem διόγνητος est generosus, vt millies monuerunt veteres Magistri. Sed surdis auribus praetermiserunt Interpretes.

v. 358. Συνοισόμεθα πτολεμίζειν] Πτολεμίζειν non est bellare, bellum gerere, sed pugnare, dimicare. vt πόλεμος

et Latinis *bellum* frequentissime pro praelio. Sallust. *In eo bello trecenti milites desiderati sunt.*

v. 364. Παντὶ μένει σπεύδων] *Omnibus viribus nitens, incumbens.* Interpretes vt solent: *toto animis festinans.* Hesych. σπεύδων, σπαδάζων, ἐνεργῶν. In ἔργοις· Σπεύδειν ἀρόμενας, Φυτεύειν, οἶκον εὖ θέσθαι. incumbere arationi, plantationi, rei familiaris curae. Ibidem σπεύδειν εἰς ἄφενος *diuitiis quaerendis operam dare.* Aelianus II. Var. Hist. 6. Καὶ ἄλλους δὲ ἔσπευδε προσλαβεῖν τῶν νεανίσκων, ὃς μάλιστα ἥδει πρὸς τὴν τοιαύτην πρᾶξιν θερμοτάτους. *Alios etiam adolescentes in societatem adsciscere studuit, quos ad eiusmodi facinus promtissimos sciebat.* Sic saepissime apud hunc Scriptorem, et alios. Nihil tritius.

v. 372. Ἡνίοχοι δ' ἔπλην] Bene Palatinus codex, ἔμπλην, hoc est πλησίον, ἐπλησίαζον. Sic et Homerus Iliad. β. vide Suidam. probauit etiam Commelinus.

v. 380. Πᾶσα δὲ Μυρμιδόνων τε πόλις] Est Thessalia. Velleius Paterculus: *Acer belli iuuenis, natione Thesprotius, cum magna ciuium manu eam regionem armis occupauit, quae nunc ab eius nomine Thessalia appellatur, ante Myrmidonum vocitata ciuitas.*

v. 389. Ἀφρὸς δὲ περὶ ςόμα μαιμώωντι Λείβεται] Μαιμώειν et μαιμάειν, quod apud vnum Hesychium in μαιμαρίζειν legitur et exponitur σφοδρῶς μασᾶσθαι, est paragogicum τὸ μασᾶσθαι, μαιμᾶσθαι, id est, edere, mandere, manducare, frendere. Gloss. *pappat* μασᾶται. A quo μάσημα, id est, mansum, cibus. Latini sequiores dixerunt pro eodem *massare*, quod extat apud Theodorum Priscianum lib. I, c. 8. lib. II, c. 29. Vnde liquet μαιμᾶν notare actionem eam, qua animalia collisu dentium et conuentu maxillarum res obiectas comprehensasque antequam deglutiant, commolunt et incidunt. Sic de isto loco Vir summus Thomas Reinesius, in litteris nuperius ad me datis, rectissime et eruditissime censuit. Hinc et μάιαξ cibus. Homerus Iliad. I. v. 324. μάιαν' ἐπεί κε λάβῃσι. *Escam postquam inuenerit.* Vide ibi Eustath. p. 655.

v. 395. Θῆλυς ἐέρση] Diacono θῆλυς est ἁπαλὴ tener ros, quem sequuntur Interpretes, qui interpretantur, *mollis*, alii ineptius: *foemineus.* Verum θῆλυς ἐέρση est ros herbas vegetans. Hesych. Θῆλυς ἐέρση ἡ τὰ φυτὰ θάλλειν ποιοῦσα, δρόσος, καὶ θρεπτική. Probat Etymologici Magni auctor, praefatus τὸ θῆλυς dici pro θηλή, vt vice versa καρὴ pro καρὺς apud Callim. θηλὴ autem esse a θῶ quod proprie est τρέφω, quia mammarum lacte infantes nutriuntur. Ἔστι, inquit,

inquit, θῶ ῥῆμα δηλῶν τὸ τρέφω, ὃ ὁ μέλλων θήσω. Ὅμηρος· γυναῖκα τε θήσατο μαχέσσ· ἀντὶ τοῦ ἐθήλασεν. Ἐκ τοῦ θήσω ὂν γίνεται ῥηματικὸν ὄνομα θηλή· καὶ τροπῇ θῆλυς· ὡς καρὴ καρυς. At Euſtathius ad Ὀδυσσ. ε, vbi hoc ipſum exponit θῆλυς ἐέρση, θῆλυς ait ſignificare θρεπτικὴν per translationem a foeminis ductam, quia foemellae in omni animalium genere alant pullos ſuos et infantes, non maſculi. Dici autem θῆλυς pro θηλεῖα. Θῆλυς, ait, ἡ θρεπτικὴ τῶν φυτῶν ἐκ μεταφορᾶς τῶν ζώων, ἐν οἷς τὰ θήλεα θρεπτικά εἰσι τῶν νεογνῶν μᾶλλον ἤπερ τὰ ἄῤῥενα. ποιητικῶς δὲ εἶπε τὸ θῆλυς ὁμοίως τῷ πελὺν ἐφ' ὑγρήν· τοιοῦτον καὶ τὸ θῆλυν τεμέλαιναν, καὶ τὸ θῆλυς ἀϋτμή. Quod verum eſt. θῆλυς ponitur pro θήλεια. Eadem ratione et apud Sophoclem νὺξ θήλεια dicitur, hoc eſt ὕπομβρος καὶ ποιοῦσα θάλλειν, vt veteres Grammatici monent. Priorem tamen etymologiam probat Plato in Cratylo, p. 284. edit. Francofurt. Wechelianae: Τὸ δὲ θῆλυ ἀπὸ τῆς θηλῆς τι φαίνεται ἐπωνομάσθαι. ἡ δὲ θηλὴ ἆρα γε, ὦ Ἑρμόγενες, ὅτι τεθηλέναι ποιεῖ, ὥσπερ ἀρδέμεια, etc. Θῆλυ. eſt foemina ἀπὸ τῆς θηλῆς, *id papilla dicitur.* Θηλὴ *autem, Hermogenes, videtur dici, quia germinare facit, quaſi ea quae irrigantur.* Hanc vim et ros et nox habet. Virg. II. Georg.

Et quantum longis carpent armenta diebus,
Exigua tantum gelidus ros nocte reponet.

Theophraſt. VIII. hiſt. Plant. 6. Ἐν Αἰγύπτῳ καὶ Βαβυλῶνι, καὶ Βάκτροις, ὅπου μὴ ὕεται ἡ χώρα, ἢ σπανίως, αἱ δρόσοι τὸ ὅλον ἐκτρέφουσιν, ἐπεὶ καὶ οἱ περὶ Κυρήνην καὶ Ἑσπερίδας τόποι. *In Aegypto, Babylonia ac Bactriana, vbi raro aut numquam pluit, rore omnia conualeſcunt, ſicut et apud Cyrenenſes et Heſperidas.* Igitur θῆλυς ἐέρση eſt vim habens vegetandi, et fouendi ſata, arbores, plantas, vt conualeſcant.

v. 397. Τῆμος δὴ κέγχροισι περιγλῶχες τελέθουσι] Lege: Ἧμος δὴ κέγχροισι περιγλῶχες τελέθουσι. *Quando et milio ariſtae ſurgunt.* Res liquida eſt.

v. 400. Δῶκε δ' ἀνδράσι χάρμα καὶ ἄχθος] Veteres Grammatici hoc loco tradunt dona Bacchi ἄχθος appellari, propter labores et moleſtias, quae exhauriendae hominibus in ſerendis et colendis vitibus. Sed verius exiſtimo ἄχθος ea dici propter dolores et mala, quae creat vinum ſi immodice bibatur. Homerus Ὀδυσσ. Φ.

Οἶνός σε τρώει μελιηδής, ὅστε καὶ ἄλλους
Βλάπτει, ὃς ἄν μιν χανδὸν ἕλῃ, μηδ' αἴσιμα πίνῃ.

Vinum te ſauciat dulce, quod et aliis nocet, quicumque eo copioſe vtitur, et immoderate bibit. Vide et quae ſequuntur, ſi tanti eſt.

v. 402. Κταμένης ἐλάφοιο] Non ceruam, ſed ceruum hoc loco et verſu ſequente 407. intelligi nullus dubito. Graeci enim tam Philoſophi quam Poëtae ἡ ἔλαφος dixerunt de ceruo et cerua, vt olim docuit vir incomparabilis ad Solinum. Callimachus hymno in Dianam v. 99.

Εὗρες ἐπὶ προμολῆς ὄρεος τᾷ Παῤῥασίοιο
Σκαιρέσας ἐλάφους.

Reperiebas in cacumine montis Parrhaſii Salientes ceruos. Cervos fuiſſe non ceruas v. 102. oſtendit:

Κεράων δ' ἀπελάμπετο χρυσός.

Cornuum vero aurum elucebat. Ad quem verſum vide Spanhemium incomparabilem. Inueniri autem cornutas etiam cervas, praeter illa quae ibi Vir magnus notauit, oſtendit cerua cornuta capta in Cherſoneſo Cimbrica, ante annos circiter triginta, a Duce Holſatiae, quam eleganti elegia deſcripſit et decantauit doctiſſimus amicus noſter Morhofius, cum ſupereſſet.

v. 405. Οἱ δ' ὥς τ' αἰγυπιοὶ] Puto ſcribendum: ἠδ' ὡς αἰγυπιοὶ. v. 410. legend. ἄλλη.

416. Ἀμφιτρυωνιάδης δὲ βίη Ἡρακλείη] Lege: βίη Ἡρακλείη in caſu primo. Sic et Diaconus legit, vt ex paraphraſi eius licet colligere.

v. 420. Μέγα γὰρ ῥένος ἔμπεσε φωτὸς] De Hercule vulgo haec accipiunt. Hinc vertunt: *Magnum enim robur inciderat viri.* Sed Diaconus Cygno haec tribuit, κατεβλήθη δὲ ἡ μεγάλη ἰσχὺς τοῦ ἀνδρὸς, ἤγουν τοῦ Κύκνου. Quem ſi ſequimur vertendum erat: *magnum vero robur viri concidit,* vir valde robuſtus concidit. γὰρ et δὲ viciſſim nonnumquam apud Poetas permutantur. Verſus ſequens tum optime cum hoc cohaeret, ſi Diaconum ſequimur.

v. 428. Μελίφρονα θυμὸν ἀπήυρα] Dulcem animam ſeu vitam eripuit. Θυμὸς hic eſt ψυχή. Breuium ſcholiorum auctor in Homeri Iliad. α, v. 173. Θυμὸν παρὰ τῷ ποιητῇ σημαίνει πέντε. τὴν ὀργήν. ὡς τὸ, θυμὸς δὲ μέγας ἐϛὶ διοτρεφέων βασιλήων. τὴν ψυχήν. ὡς ὅταν εἴπῃ, μελιηδέα θυμὸν ἀπήυρα, etc.

v. 431. Οὐρῇ μασιόων] Reſcripſi ex codice Palatino μασιγόων.

v. 473. Λαὸς ἀπείρων] Verte: *populus magnus,* hoc eſt, ingens multitudo. Virg. I. Aen. *Ac veluti magno in populo cum ſaepe coorta eſt ſeditio.* Iuſt. XI, 2. *Tantus nazorum populus.* Ouid. IV. Metam. v. 447. et lib. VI, 197.

CAPVT

CAPVT XX.

Ἰοειδὴς. Ἑλικοβλέφαρος. Vetus lectio Hesiodo asserta. Γαυοὶ ἐλευθῆρος. Ἐλευθὴρ. Cur Mnemosyne illi dicatur imperare. Egregius Hesiodi locus menda liberatus. Γλυκερὴν χείρεσιν ἐέρσην. Ros Achaius. Mel, nectar pro eloquentia. Lucianus emendatus. Θύμος Ἀττικὸς. Antiqua lectio Poëtae restituta, et alius Hesiodi versus a Cratis censura vindicatus. Μηχαναί. Cyclopibus cur centum manus tribuantur. Rursus Hesiodi lectio vindicata ab emendatione Seleuci. Στεινομένη.

In Theogonia v. 3. Κρήνην ἰοειδέα] Non ignoro ἰοειδὲς saepe esse μέλαν, violarum instar nigricans, vt apud Homerum Iliad. λ, πόντος ἰοειδὴς, niger pontus, apud alium Poëtam ἰοειδὴς νεφέλη, nigra nubes. Sed in fonte laudaueris potius liquidas et argento puriores aquas, quam nigras, turbidas, limosas. Hinc adducor facile vt veterum Magistrorum sententiam amplectar, qui κρήνην ἰοειδέα docent esse ἰοῖς, hoc est, ἄνθεσι περιπεφραγμένην, ἀνθώδη, floribus cinctum fontem, in agro floreo situm. Etymologicum Magnum: ἴον ὄνομα βοτάνης, τὸ ἄνθος. παρὰ τὸ ἀνιέναι ταχύ. Καὶ Ἡσίοδος

Περὶ Κρήνην ἰοειδέα

Ἀντὶ τοῦ τὴν ἀνθώδη. Vide et antiqua Scholia Ἀνωνύμου in hoc carmen.

v. 16. Ἑλικοβλέφαρον τ' Ἀφροδίτην] Ἑλικοβλέφαροι et ἑλικώπιδες puellae Graecis dicuntur, qui sunt *mobili oculorum petulantia*, vt Petron. loquitur, siue quae habent, vt idem dicit:

— — *blandos oculos et inquietos*
Et quadam propria nota loquaces.

Qui hinc Ouidio dicuntur *arguti*. Aliter plerique sentiunt, et exponunt: *nigros oculos habentes*. Sed ea vera est quam dixi huius vocis notio, quam facile pluribus confirmarem, nisi res ipsa loqueretur.

v. 28. Ἀληθέα μυθήσασθαι] Antiquorum scholiorum auctor notat in quibusdam libris fuisse γηρύσασθαι. quam lectionem non temere damnem. Sciunt enim qui Veterum Scripta cum iudicio versarunt, rariora et exquisitiora semper fuisse expuncta, et pro iis supposita trita, et ab vsu vulgi minus remota. Μυθήσασθαι alterius est glossema. Hesych.

γηρύεσθαι, φθέγγεσθαι, λέγειν. Hesiodus in ἔργοις, v. 257.

Αὐτίκα παὶρ Διῒ πατρὶ καθεζομένη Κρονίωνι
Γηρύετ' ἀνθρώπων ἄδικον νόον.

Statim apud Iouem patrem considens Saturni filium exponit hominum iniquitatem. Nec est quod quis modulum syllabae obiiciat, quasi tertiam ante vltimam habeat breuem. Qui Graecos Poetas non negligenter legerunt norunt ancipitem esse hanc syllabam in plerisque huius notae verbis, vt in δακρύω, ἀνύω, ἀρύω, μηνύω, in ἀορίζοις perpetuo fere produci.

v. 54. Γενοῖσιν Ἐλευθῆρος μεδέεσσα] *Fertilitati Eleutherarum imperas*, hoc est, fertilibus Eleutheris. Superius in ἔργοις, νεῦρον βοὸς, pro νεῦρον βόειον. Eurip. σπεδὴ ποδὸς, pro πὸς σπεδαῖος. quae loquendi genera Hebraeis, et qui eorum idiotismis gaudent, Graecis Scriptoribus Noui Foederis sunt perfamiliaria. Apud quos μωρία κηρύγματος, est κήρυγμα μωρὸν, μισθὸς ἀδικίας, pro μισθὸς ἄδικος. de quibus fuse viri docti. Ἐλευθὴρ est vrbs in confiniis Atticae et Megaricae prope Plataeas, quae postea in numero multitudinis dicta Eleutherae, vt sequentibus temporibus Plataeae, quae Homero Plataea. Nomen fertur accepisse ab Apolline Eleuthere. Stephanus de vrbibus: Ἐλευθεραὶ πόλις Βοιωτίας ἀπὸ Ἐλευθῆρος τοῦ Ἀπόλλωνος. Mnemosyne illi dicitur imperare, quia ibi culta fuit, et forte templum habuit. Horatius de Fortuna:

O diua gratum quae regis Antium.

quia Antii templum erat celebre Fortunae.

v. 59. Μηνῶν φθινόντων] *Exactis mensibus.* Virg. III. Georg. 139.

Exactis grauidae cum mensibus errant.

Aurel. Victor. *Tum exactis mensibus geminos editos.* Plaut. Amphitr. III, 2. *Menses tibi exactos vides.* vulgo male exponunt: *mensium decrescentium.*

v. 83. Τῷ μὲν ἐπὶ γλώσσῃ γλυκερὴν χείουσιν ἀοιδήν] Quid Regibus cum cantilena? Poetarum hoc donum est, quibus paullo post tribuunt γλυκερὴν αὐδήν, non Regum. Tam celebrem locum, tam πάνδημον, vt cum Luciano loquar, tam diu in mendo cubuisse, nec id animaduertisse viros doctissimos, praesertim cum antiquorum scholiorum auctor veram seruauerit lectionem, quis non miretur? Ille vero ἀοιδὴν legit ἐέρσην.

Ἐέρσην] Ἐρσὴ, inquit, ἡ δρόσος κυρίως. νῦν δὲ μεταφορικῶς τὸ μέλι. γλυκερὴν δὲ τὸ γλυκὺ καὶ ἀπαλὸν τῶν λόγων. Sic scripsisse Hesiodum dubitare nos non sinit Themi-

stius

ſtius in Protreptico ad Valentinianum Iuniorem, quae eſt inter orationes numero vndecima, vbi non ſolum vera Heſiodi ſcriptura retinetur, ſed et exponitur. Nam cum verſus hos vt olim ſcribebantur, recenſuiſſet, Παπαὶ, inquit, ἡλίκον ἀριθμὸν προξενεῖ τοῖς βασιλεῦσιν ὁ ποιητὴς, εἰ μὴ τῶν μεσῶν ἀμελοῖεν. Πρῶτον μὲν αἰδοίους αὐτὰς ὀνομάζει, etc. καὶ διοτρεφεῖς ὀνομάζει τὰς βασιλέας τὰς ὑπὸ τῶν μεσῶν ἐωραμένας, καὶ ῥυήσεσθαι φησιν αὐτῶν ἀπὸ τῆς γλώττης δρόσον γλυκεῖαν, καὶ λόγους ἐγκάρπους καὶ ὠφελίμους λέγων τὴν δρόσον. *Papae quantam bonorum copiam Poeta regibus conciliat, niſi Muſas contemſerint. Primum enim venerandos illos nominat, etc. Praeterea reges ipſos, quos Muſae reſpexerint, alumnos Iouis appellat, et ex illorum lingua ſuauiſſimum rorem deſtillaturum confirmat, vtiles ac fructuoſas orationes roris nomine ſignificans.* videndus integer locus, qui hos ſex Poetae verſus egregia paraphraſi illuſtrat. Totum enim exſcribere nec vacat, nec lubet. Sic *vos Achaicus* in Catalectis Virgilii, eſt eloquentia Graeca, Attica:

Ite hinc inanes Rhetorum manipli, ite
Inflata rore non Achaico turba.

Sic bene Scaliger et Turnebus emendant, hoc eſt, Rhetores Latini, qui loquaces tantum eſtis, ſed expertes et rudes verae illius Atticae eloquentiae. Ἐέρσην autem hic pro melle poni rectiſſime Scholiaſtes notauit. Mel vero et nectar Poetis ſaepiſſime eſt eloquentia. Ouidio: *Neleia mella* Neſtoris eloquentia. Antiquus Poeta:

Cuius Cecropio pectora melle madent.

Symmachus: *Affluebat enim multo melle facundiae, quod auctum tecum doleo.* Licentius ad Auguſtinum:

— — reputans quae pectore in alto
Conceptum in lucem vomuiſti nectareum mel.

Varro Atacinus:

Pieria liquidam perfundis nectare mentem.

Lucianus in libro quomodo ſcribenda hiſtoria fere eadem ratione herbam, ex qua mel apes conficiunt, pro eloquentia ponit. Sed locus eſt corruptus, Ἕτερος δὲ Θουκυδίδου ζηλωτὴς ἄκρος οἷος εὖ μάλα τῷ ἀρχετύπῳ εἰκασμένος καὶ τὴν ἀρχὴν, ὡς ἐκεῖνος σὺν τῷ ἑαυτοῦ ὀνόματι ἤρξατο, χαριεσάτην ἀρχῶν ἁπασῶν, καὶ θυμοῦ τοῦ Ἀττικοῦ ἀποπνέουσαν. Interpretes ſic reddunt: *Alter ſummus Thucydidis imitator valde ſimilis archetypo cum ſuo nomine principium ducit, vt ille feſtiviſſimum illud principiorum, animumque Atticum ſpirans.* Profecto non minus feſtiui ſunt librarii ſimul et Interpretes, qui exordio tribuunt animum Atticum, quam hiſtoriographi, qui

putabant

putabant se egregie referre Thucydidem, si nomen suum praeponerent ipsi suae historiae, vt Thucydides. Lucianus scripsit: χαριεςάτην ἀρχὴν ἁπασῶν, καὶ θύμε τε Ἀττικε ἀποπνέεσαν. *elegantissimum omnium exordiorum, et thymum Atticum redolens.* Nihil certius. Quid thymo Attico decantatius, vnde mel Hymettium? Plin. XXI, 2. *Mellis Attici summa laus in toto orbe existimatur. Ergo translatum est ex Attico thymum. Sed alia ratio naturae obstitit non durante Attico thymo, nisi in afflatu maris.* Eubulus:

Καὶ σίλφιον θύμόν τε τῶν Ὑμηττίων.
Silphium et thymum Hymettiorum.

Sed de hac emendatione in nostris obseruationibus plura dicemus.

v. 91. Ἐρχόμενον δ' ἀνὰ ἄςυ] Legitur in aliis exemplaribus ἀν' ἀγῶνα, testante scholiorum Auctore. quam lectionem superius afferuimus ad v. 312. Ἀσπιδος. Non tam per vrbem euntibus, quam in concionem venientibus Regibus hic cultus tribuebatur. Non quidem ignoro Reges olim vrbes ingredientes diuinis fuisse honoribus exceptos, inter aras, victimas, ardentesque taedas incessisse: sed antiquissimis illis Regibus, quorum regna finiebantur intra patriam, honores maximi in concionibus, ludis, et spectaculis praestabantur. Quis nescit etiam longe post in Graecia magna virtutis et doctrinae praemia ac honores, si cui erant exhibendi, (de agonistis nunc non loquor) eos in sacris illis ludis fuisse exhibitos meritis?

v. 93. Οἷά τοι μεσάων] Antiqua scholia legunt: οἷά τε μεσάων.

v. 94. Ἐκ γὰρ μεσάων] Non in illis ipsis scholiis solum, sed et in Didymi, vt volunt, expositionibus ad Homeri Iliad. α. v. 176. scribitur: ἐκ γάρ τοι μεσάων.

v. 118. Γαῖ' εὐρύςερνος] Interpretes: *tellus lata pectore praedita.* sed εὐρύςερνος hic generaliter est εὐρεῖα. lata, late patens, quod perpetuum terrae epitheton, sicut et εὐρυόδεια, quod itidem inepte reddunt *terra latas vias habens.*

v. 142. Οἱ δὴ τό τε μὲν ἄλλω] Crates deleuit hunc versum, et pro illo suppositit istum:

Οἱ δ' ἐξ ἀθανάτων θνητοὶ τράφεν αὐδήσντες.

causa haec est. quia Cyclopes fuerint mortales, non dii, nec diis similes. Inde postea ab Apolline interempti, teste Leucippo in Catalogo. Sed haec vis est. Quasi non plures commemorentur in hoc libro, qui ex diis sati mortales tamen nati fuerint. Cyclopes autem diis similes erant robore et staturae magnitudine, non immortalitate.

v. 146.

v. 146. Ἰσχὺς τ' ἠδὲ βίη. καὶ μηχαναὶ ἦσαν ἐν ἔργοις] Μηχαναὶ sunt doli, fraudes, non *molimina*, vt Interpretes. Hinc μηχαναῤῥάφος Euripidi est dolorum consutor. Plaut. *Machinari machinam*, dolum comminisci. Apud quem frequenter machina est fraus, fallacia.

v. 150. Ἀπ' ὤμων ἀΐσσοντο] Varie veritur. optime, si quid video, *ab humeris prorumpebant*. Non Graeci solum Hesiodi Interpretes, sed et nostrae aetatis viri docti nescio quas friuolas comminiscuntur rationes, cur his terrae filiis tribuantur centum manus. Mihi exploratum est hoc commento nihil aliud significasse Veteres quam hominum illorum violentiam, ferocitatem, et iniustitiam. Erant χειροδίκαι, nihil diuini humanique pensi habebant, omnia vi et manu agebant; omne eorum ius et opes in armis sitae erant. Χεῖρες, vt Latinis *manus* est vis, vt supra notatum. Tales fuisse illos gigantes, qui ante diluuium καθολικὸν commemorantur a Mose, non tam corporis stupenda mole, quam ferocitate, superbia, violentia, iniustitia insignes, Gennadius, Theodoretus, Iohannes Damascenus, pluresque alii docent. Tot manibus, vt solent semper fabularum laeta esse incrementa, postea etiam tot affinxerunt capita. Vide Heraclitum περὶ ἀπίστων cap. 11.

v. 155. Σφετέρῳ δ' ἤχθοντο τοκῆϊ] Non assecuti sunt sensum Poetae, qui reddiderunt: *suo vero infensi erant parenti*; cum velit: *a suo infestabantur parente*. quia fata cecinerant filios eum regno exuturos, hinc infestus erat liberis. Hi vero non ante succensuerunt parenti, quam a Tellure matre certiores essent facti facinoris, quod in eos coetus moliebatur. ἄχθομαι est μισέμαι. Homer. Ὀδυσσ. ς.

Ἤχθετο πᾶσι θεοῖσι,

Infestabatur ab omnibus Diis, inuisus erat omnibus Diis. Quod recte veteres Grammatici praecipiunt esse ab ἄχθομαι, non ἔχθομαι.

v. 160. Στεινομένη] Seleucus scribit ἀχνυμένη. Sed hoc ipsum est στεινομένη, vt in illo Poetae: στεινομένη νεκύεσσι, *dolens super mortuos*. In tristitia enim cor contrahitur et angitur. Inde Cicero tristitiam definit opinionem recentis mali praesentis, in quo demitti contrahique animo rectum esse videatur.

v. 176. Ἀμφὶ δὲ Γαίῃ Ἱμείρων Φιλότητος ἐπέσχετο] Vertunt: *Vndique vero Telluri cupiens amorem imminebat*. Obscure, et parum Latine. Ἱμείρων Φιλότητος, est flagrans cupiditate consuescendi, concubitus. Φιλότης enim συνουσία, vt millies apud nostrum et Homerum.

CAPVT

CAPVT XXI.

Heſiodus ſaepius emendatus, vt et Hyginus et Apollodorus. Μεταχρόνιος. Νὺξ. Ζόφος. Ἄριμοι cur Syri antiquis Graecis Scriptoribus ſint dicti. χαλκεόφωνος. λύγξ εἰθεῖα.

v. 188. Μήδεα θ' ὡς τὸ πρῶτον ἀποτμήξας, ἀδάμαντον Κάββαλ' ἐπ' Ἠπείροιο] Aſſentior Commelino, aliiſque ſcribentibus: ἀδάμαντι. Falx enim non abiiciebatur, et in ponto ferebatur, vt vulgata lectio et verſio prae ſe fert, ſed natura Coeli. Interpunge:

Μήδεα θ', ὡς τὸ πρῶτον ἀποτμήξας ἀδάμαντι,
Κάββαλ' ἐπ' Ἠπείροιο,

hoc ſenſu:

Teſteſque, poſtquam vt prius (ſcilicet dictum) reſecuit, ferro, Proiecit in Epirum.

v. 227. Λήθην τε, Λοιμόν τε] Scribe: Λιμὸν ex Diacono et veterum ſcholiorum Auctore, quos non inſpexit Commelinus, cum pro Λήθην olim λιμὸν ſcriptum fuiſſe tradat. Λήθην omnes agnoſcunt, non vero λοιμόν.

v. 245. Κυμοθόη, Σπειώτε θοὴ, Θαλίη τ' ἐρόεσσα] Pro Κυμοθόη corrupte apud Hyginum legitur *Cymothoea*. Θοὴ vero non eſt epitheton, ſed nomen Nereidis, vti ex antiquis ſcholiis apparet: Θοὴ ἡ ταχυτάτη. Hygin. *Neſaea, Spio, Thoe.* Apud auctorem tamen bibliothecae, qui Apollodorus eſſe dicitur, haec Nympha omiſſa eſt, vt aliae plures: ſicut contra leguntur ibi alia Nympharum nomina, quae nec hic nec apud Hyginum extant. Noſtrae lectioni non obſtat, quod copula deſideretur. Deſideratur et v. 250.

— — Καὶ Πρωτομέδεια,
Δωρὶς, καὶ Πανόπη, καὶ εὐειδὴς Γαλάτεια.

Inferius v. 340.

Φᾶσίν τε, Ῥῆσον τ', Ἀχελωΐδα ἀργυροδίνην.

Iſtam lectionem poſtulat quoque numerus Nympharum. Si enim hanc expungas, erunt tantum nouem et quadraginta.

v. 245. Μελίτη] Apollodorus ſuppoſititius: Μελίη. Nihil muta. Homero quoque Μελίτη dicitur, et Virgilio Aen. V. 825. Pro Εὐλιμένη vitioſe Hyginus Clymene. Iam ante enim huius Nereidis meminerat. Bis enim illud nomen occurrit in indice illo Nereidum Hygini.

v. 247. Εὐνείκη] Melius apud Apollod. Εὐνίκη. Corrupte apud Hygin. *Eurydice*, quae nullum inter has marinas Nymphas locum habet.

v. 248.

v. 248. Πρωτὼ] Atqui haec ſuperius v. 243. fuit commemorata. Certum igitur aut hic aut ibi hoc nomen eſſe corruptum. Forſan legendum Κραντὼ, quod Nereidis nomen apud auctorem Bibliothecae.

v. 249. Πρωτομέδειαι] Apollodorus, Πρωτομέδουσα.

v. 255. Ἠιόνη] Sic et legendum apud Apollodorum, vbi male Ἰόνη. Pro Γλαυκονόμη, idem auctor Γλαυκοθόη.

v. 256. Ποντοπόρειαι] Reſtitue hoc nomen Hygino, vbi male legitur *Panopeà*. Panopes paullo ante meminit, quamvis corrupte vulgo legatur in editis *Paenope*.

v. 258. Πεληνόμη] Apollodorus Πεληνόη. Pro Λυσιάνασσα mendoſe Hygin. *Alamiſſa*.

v. 261. Εὐπόμπη] Apollod. Εὐμόλπη, et pro Προνόη male Πιόνη. Et v. ſeq. pro Νημερτὴς vitioſe apud eumdem ſcribitur: Νεόμηρις. Hygin. *Nimertis*.

v. 269. Μεταχρόνιαι γὰρ ἴαλλον] Hoc eſt, *ſublimes feruntur, volant*. Interpretes: *in coelo enim degentes volitant*. Ergo Harpyiae in coelo habitant? Μεταχρόνιος eſt μετέωρος. Apollonius Argonaut. II, 589.

Ὑψῆ δὲ μεταχρονίη πεφόρητο,

In alto autem ſublimis ferebatur. Et Lib. IV, 952. de pila: καὶ ἐς ἠέρα πέμπει ὕψι μεταχρονίην. *Et in aerem proiicit alta ſublimem*. Scholia ad priorem locum. Τὸ μεταχρονίη σημαίνει τὴν μετέωρον.

v. 270. Γραῖαι τέκε καλλιπαρήιες] Quomodo Graeae ſunt καλλιπάρηοι cum ſint canae natae, vnde et γραῖαι dicuntur. Γραῖα enim eſt vetula. Scribendum omnino καλλιπάρηος, vt ſit Cetus epitheton, quod et ſuperius verſu 238. ei tribuitur. Vbi tamen male ſcribitur Κητὼ, quamuis et apud Hyginum Cetho ſit. Hunc locum ſic emendandum eſſe vidit olim Seleucus apud ſcholiorum conſarcinatorem, cuius auctoritas hic non fuit reſpuenda. Verba ſcholiorum adſcribam vt corrigi debent, in editis enim ſunt corrupta. Φόρκυϊ] Φόρκυς ἡ ἐπαφορὰ τῶν ὑδάτων. Κητὼ δὲ βάθος. Γραῖαν δὲ τὸν ἀφρόν. ἄμεινον δὲ γράφειν καλλιπάρηος, ἵν' ᾖ ἐπὶ Κητὸς τὸ ἐπίθετον.

v. 275. Πρὸς νυκτὸς] Hoc eſt, πρὸς δύσιν, ad occaſum, quia ibi ſolem Oceano mergi, et noctem oriri credebant. Apud Homerum tamen ζόφος eſt ſeptentrio, ſecundum Ariſtarchi et Strabonis ſententiam, quem vide lib. X, et Merici Caſauboni V. Cl. diatriben de Hackiana Homeri editione. Verſu praecedente mirum cur Interpretes omiſerint πέρην, qua ratione multos in fraudem deduxerunt, qui hac verſione perſuaſi crediderunt Heſiodum Gorgonum ſedem locaſſe in Africa.

Africa. Verum ego nullus dubito quin ſignificauerit Gorgades Inſulas, quae ſitae ſunt contra Ἑσπέρα κέρας olim, nunc Caput-Viride dictum. Eae enim a Gorgonibus nomen hoc acceperunt, quod illas coluiſſe ferantur hae puellae. Iis etiam vicinae ſunt Heſperides. De quibus vide ante v. 215.

v. 283. Ὁ δ' ἄορ χρύσειον] Noli credere Latinis Interpretibus, qui hic denuo ſenſum auctoris non perſpexerunt, cum vertunt: *ceterum hic enſem aureum tenebat manibus caris*, quaſi ad Pegaſum pertineret. Atqui de Chryſaore loquitur, cuius nominis reddit rationem, ſicut in praecedente verſu Pegaſi. Inde opponitur τῷ μὲν, ὁ δὲ. Pegaſus dictus quod ad πηγὰς Oceani natus ſit, χρυσάωρ, quod manibus teneret, cum ederetur, χρύσαον ἄορ.

v. 304. Εἰν Ἀρίμοισι] *Apud Syros.* Graeci magiſtri temere hic affirmant Ἄριμα montes eſſe Ciliciae et Lydiae. Arimi enim Homero et antiquiſſimis Poetis Syri dicuntur. Strabo fine lib. XVI. Λέγει καὶ τὰς Ἀρίμας ὁ ποιητὴς, ἃς φασιν ὁ Ποσειδώνιος δέχεσθαι δεῖν μὴ τόπον τινὰ τῆς Συρίας, καὶ τῆς Κιλικίας, ἢ ἄλλης τινὸς γῆς, ἀλλὰ καὶ τὴν Συρίαν αὐτήν. *Nominat etiam Arimos Homerus, quos Poſidonius docet accipiendos non locum aliquem Syriae, vel Ciliciae, vel alius terrae: ſed Syriam ipſam.* Ferebatur autem Typhoeus occiſus eſſe in Syria ad Orontem fluuium, qui propterea Typhon dictus eſt. Idem Scriptor eodem loco: Ὀρόντης τὸ ὄνομα ἀπὸ τοῦ γεφυρώσαντος αὐτὸν Ὀρόντου μετέλαβε, καλούμενος πρότερον Τυφών. Μυθεύουσι δ' ἐνταῦθά που τὰ περὶ τὴν κεραύνωσιν τοῦ Τυφῶνος, καὶ τὰς Ἀρίμας. *Orontes cum prius Typhon diceretur mutato nomine ab illo qui in eo pontem fecit, Orontes eſt appellatus. Huic loco Typhonis fulmine icti fabulam affingunt et Arimos.* Alii tamen et plerique Latini Poetae Inſulam Campaniae littoribus aduerſam *Inarimen*, quae et Aenaria dicitur, Typhonis antro adſignant decepti ſimilitudine vocis. Vt vero recte docuit Strabo Ἀρίμας eſſe Syros, ſic docere non potuit, cur olim Syri dicti ſint Ἄριμοι, et quae ſit huius appellationis cauſa. Perabſurda enim ſunt quae de illa prodidit. Hoc vero nuper admodum didicimus a Viro Maximo, Samuele Bocharto, qui in Geographia ſacra oſtendit hoc nomen antiquiſſimos Graecos accepiſſe ab Hebraeis, quibus Syria dicitur Aram a conditore ſuo Aramo Semi filio. Inde Bethuel et Laban Aramaei Geneſ. XXV. et Syriae regionibus Aram praeponitur. *Aram Naharaiim*, Syria duorum fluuiorum apud Sacros Scriptores eſt Meſopotamia. *Aram Damaſcek*, Syria Damaſcena. Vide ipſum Lib. II, cap. 5, et 6.

v. 310.

v. 310. Χαλκεόφωνος] Hoc est *magna voce.* Interpretes: *aenea voce.* Hesych. χαλκεόφωνος, ἰσχυρόφωνος. Stentori Homerus tribuit. Superius in Ἀσπιδι v. 243. χάλκεον ὀξὺ βόων. *Vehementer acute clamabant.* Homerus:

Οἱ δ' ὡς ἔν αἴιον ὄπα χάλκεον Αἰακίδαο.

Hi vero vt audierunt vocem magnam Achillis. Vide quae de hoc loco notauit Porphyrius Quaestione VI. ad Hom. Virgilio eadem tralatione: *vox ferrea*, Lucretio, *vox aerea.*

v. 313. Λύγρ' εἰδυῖαν] Poeticum dicendi genus pro λυγρὴν, ὀλέθριον, pernicioſam. Superius in ἔργοις, περὶ μήδεα εἰδὼς, prudens. Nec abhorret longe ab hoc illud quod notauimus in Ἀσπιδι, λευκὰ θέοντες, pro λευκοί.

CAPVT XXII.

Vetus lectio repoſita in Heſiodo. Φίκ' ὀλοήν. Φίκιον. Picati. Βοῶπις. Heſychius emendatus, et Dracontius. Βάπαις. Catulaſter. Heſiodo medela. Ἀργέσης ζέφυρος. Heſiodus emendatur, et alio loco exponitur. Γλαυκή.

v. 326. Σφίγγ' ὀλοὴν] Repoſui veterem lectionem ex antiquorum ſcholiorum auctore, qui legit Φίκ' ὀλοὴν, et explicat σφίγγα ὀλοὴν. addit porro Boeotos dixiſſe Φίκα, vnde Φίκιον locus vbi Sphinx aetatem egerit. Huic Euripidis Scholiaſtes adſtipulatur in Phoeniſſis, qui tradit Φίκιον ὄρος a Sphinge dictum eſſe, ipſamque a Boeotis vocatam Φίκα. Hinc et Latinis picati dicti, quorum pedes formam Sphingum habebant. Feſtus: *Picati appellantur quidam, quorum pedes formati ſunt in ſpeciem Sphingum, quod eas Dorii phicas vocant.* Sic Φίκειον τέρας phiceum monſtrum dicitur Sphinx apud Lycophronem Caſſandra, v. 1463. Φίκιον vero eſt mons Boeotiae, cuius meminit in Ἀσπιδι, v. 33.

— — τάχα δ' ἵξε Τυφαόνιον, τόθεν αὖθις
Φίκιον ἀκρότατον προσεβήσατο μητίετα Ζεύς.

Celeriter peruenit in Typhaonium, vnde rurſus ad Phicium ſummum acceſſit ſapiens Iupiter. Stephanus de Vrbibus: Φίκειον ὄρος Βοιωτίας καὶ διὰ διφθόγγου, καὶ διὰ βραχέως τοῦ ι. vide et Plutarchum in libello, quod bruta ratione vtantur. Aeoles poſtea praepoſuerunt σ, ſicut pro φάζω, σφάζω, pro μέρδω, σμέρδω, pro μῦς, σμῦς, ſic et pro Φίκιον, σΦίκιον. Sic enim ille mons appellatur apud Palaephatum in MSS. in editionibus perperam σφίγγιον ſcribitur.

v. 330. Ἐλεφαίρετο] Bene Grammatici, ἔβλαπτεν. Heſych. ἐλεφηράμενος, βλάψας.

v. 336. Ἐκ κητῶς καὶ Φόρκυος] Rectius alii Φόρκυνος, vt Homerus Odyſſ. α. 72. et alibi. Vide Euſtath. ad Il. β, v. 862. ſed hoc et alii obſeruarunt.

v. 353. Πασιθόη] In nonnullis codicibus extitit πασιθόη, vt veteres teſtantur.

v. 355. Πλατώτε βοῶπις] Turpiſſime Interpretes: *Pluto bouinis oculis.* Vel pueri norunt βοῶπις eſſe magnos oculos habens. Omnia enim magna Graeci βόεια vocant, vt et priſci Latini. Hinc elephantem dixerunt *bouem Lucam.* Sic Graeci βέπεινα apud Heſych. βέλιμος apud Eraſiſtratum eſt μέγας λιμὸς, *magna fames.* βεγαῖος, μεγάλαυχος iactator: βέπαις, quod legitur apud Alciphronem ep. 62. eſt μέγας παῖς puer adultior. Heſych. βέπαις, νέος μέγας, ἀφῆλιξ, μέγας παῖς ἢ ἰχθὺς, ſcribe ἰσχυρὸς. Gloſſae veteres: *catulaſter* βέπαις. Aliae ἀρτίπαις *catulaſter.* quae vox Dracontio reſtituenda. In lib. II, v. 191. in editis legitur:

Non catulaſtra gerit puerilia, non puer audet
Arrectare tener Martia tela manu.

Legendum: *Non catulaſter agit puerilia.* Loquitur ibi de variis hominum pro diſtincta aetatis ratione ſtudiis. Catulaſtri autem ſunt pueri grandiores, qui incipiunt *catulire*, hoc eſt, ad venerem incitari. Inde et Catulli nomen. Oculi vero magni inter praecipua pulcritudinis τεκμήρια. Liban. Progymnaſ. Ὅμηρος ἐνδείξασθαι βελόμενος ὡς εἰησαν ὀφθαλμοὶ τῆ Ἥρᾳ καλοί τε μεγάλοι τε, βοῶπιν αὐτὴν ἐκάλεσε. *Homerus oſtendere volens quod oculi Iunonis magni eſſent et pulcri, bouinos oculos eam habere dixit.*

v. 375. Κρίῳ δ' Εὐρυβίη τέκτεν] Sic et Interpretes: *Crio autem Eurybiae peperit.* Igitur Crio eſt foemina, Eurybia vero mas? Attamen ſuperius Heſiodus oſtendit Eurybiam eſſe filiam Ponti. Quid tricamur? legendum: Κρίῳ δ' Εὐρυβίη τέκτεν. Vidit hoc etiam Commelinus, niſi quod pro Κρίῳ male ſcribat Κρείῳ. Sed Κρῖος dicitur et Apollodoro, et Scholiis antiquis, et Euripidis Interpreti.

v. 379. Ἀργέσην Ζέφυρον] Ἀργέσης hic non eſt Caurus, ſed Zephyri ἐπίθετον. Inferius v. 870.

Νόσφι Νότου, Βορέω τε, καὶ ἀργέστεω Ζεφύροιο.
Praeter Notum et Boream: et celerem Zephyrum.

Homerus Iliad. λ, v. 307.

Ἀργέσαο Νότοιο βιαθείη λαίλαπι τύπτων.
Celeris Noti vehemente procella verberans.

Scholia antiqua ad hunc locum Heſiodi: Ἀργέσην τὸν ὀξὺν καὶ ταχὺν, καὶ καθαρὸν εἶπε. Heſych. Ἀργέσαο Νότοιο. τὸ λεγόμενον λευκονότου, τινὲς δὲ καλῶς. Ὅμηρος γὰρ τέσσαρας

σαρας οἶδεν ἀνέμας. ἔστιν ἓν ταχέως. Sed quam Hesychius damnat expositionem, eam probat Strabo lib. I. quem vide.

v. 417. Ἕρδων ἱερὰ κατὰ νόμον] Est sacra faciens secundum patrios mores et consuetudinem, vt in Carminibus aureis, quae Pythagorae adscribuntur:

Ἀθανάτους μὲν πρῶτα θεοὺς νόμῳ ὡς διάκειται,
Τίμα.

Immortales quidem Deos primo secundum patriae consuetudinem, Venerare. κατὰ πάτρια dixit Porphyrius loco supra laudato.

v. 430. Ἐν τ' ἀγορῇ λαοῖσι μεταπρέπει, ἣν κ' ἐθέλησιν] Sic legunt editiones recentiores: et vertunt: *Inque concione inter homines eminet, qua scilicet voluerit.* Heinsii editio maior: ὧν κ' ἐθέλησιν, Interp. *quorum scilicet vult.* Sed vtraque lectio non est vnius assis. Quem enim commodum sensum inde conficeres? Reponenda est veterum librorum et editionum lectio, quam temere commutauit Commelinus, vt ex notis eius editioni praefixis videre est: *Hic pro ἐνθ', inquit, reposuimus ἐν τ', et pro ὃν κ', ὧν κ'.* Sed ὃν κ' non erat de sua sede deturbandum. Subauditur enim μεταπρέπειν. Sensus est, in concione inter homines excellit quemcumque voluerit excellere Hecate. Eiusdem sententiae versus est in initio Ἔργων, quod me docuit Vir summi ingenii et eruditionis Iohannes Fridericus Gronouius, cui quantum debeant hae reconditae literae nemo ignorat, nisi barbarus, et omnis humanitatis expers:

Ὅν τε διὰ βροτοὶ ἄνδρες ὁμῶς ἀφατοί τε φατοί τε.
Ῥητοί τ' ἀῤῥητοί τε Διὸς μεγάλοιο ἕκητι.

Per quem mortales homines pariter sunt *obscuri clarique. Nobiles ignobilesque sunt Iouis magni voluntate.* Sic hic locus ex sententia doctoris nostri est interpungendus. Διὸς μεγάλοιο ἕκητι, idem est quod hic dixit ὃν κ' ἐθέλησι. Iupiter nobiles et ignobiles, claros et obscuros facit, quos vult. Omnia nunc sunt liquida, discussae omnes tenebrae, quae viros doctos exercuerunt, qui praua distinctione inducti sibi persuaserunt, Διὸς μεγάλοιο ἕκητι abundare, et ominis causa tantum esse appositum, quia nihil sit quo referatur. Sed nunc quo referatur nemo non videt.

v. 440. Οἱ γλαυκὴν δυσπέμφελον ἐργάζονται] Γλαυκὴ simpliciter est mare, Latinis *caerula.* Virgil. *caerula verrunt.* Interpretes: *glaucum mare.*

CAPVT XXIII.

Hesiodus emendatur et eius antiquus Scholiastes. Αἰγαῖον ὄρος. Ἱερὰ πέτρα. Ἱερὰ πύτνα. Κύβρα. Stephanus emendatus. Γύαλα Παρνησσοῦ. Mos Veterum in Deorum statuis, templis, aris ornandis lana. Cur Homerum Plato e Republica sua ablegans voluerit ornari lana. Locus Hesiodi ex coniectura emendatus. Παρελθεῖν. Chaos. Hesiodus interpunctione emendatus. Ἐπαινὴ. Lucianus correctus. Ὠγύγιος. Ἐρύματα ἔχειν. Hesiodus emendatus et antiqua Scholia. Μαψαύρας. Horae pulcritudinis praesides Ὡραίω. Ὡραῖος. Χρυσάμπυκες. Ἄμπυξ. Ἀνάθημα. Mitrae sunt fasciae, et barbararum mulierum cultus. Στεφάνας. Vetus lectio Hesiodi restituta. Ἐγρεκύδοιμος. Ἀφροδίτη νύχιος.

v. 485. Ἀργείῳ ἐν ὄρει] In Cappadocia mons Argaeus est, cuius meminit Claudianus, Plinius, alii. In Creta autem frustra quaeras montem hoc nomine. Nullus enim in illa reperitur. Itaque in animum induxi meum iam dudum reddendam esse Poetae lectionem veram, quam seruavit παλαιῶν σχολιῶν Scriptor. Is legit: Αἰγαίῳ ἐν ὄρει, aitque sic Cretam dictam olim a capra Olenia Iouis nutrice quasi Caprae montem. Αἰγαίῳ ἐν ὄρει] Σημείωσαι ὅτι καὶ ἕτος αἰγίοχον ἐκάλεσεν τὸν Δία, ἐπεὶ αἶγα ἐθήλασεν. ἀφ' ἧς καὶ Κρήτη αἰγὸς ὄρος καλεῖται, καὶ Αἰγεῖον ὑπ' ἐνίων τὸ Ἰδαῖον καλούμενον. Ὁ δὲ Ὅμηρος ἐκ τῆς ἰδίας ὅπλου τῆς αἰγίδος αἰγίοχον αὐτὸν ἐκάλεσεν. *Nota quod et iste (nimirum Hesiodus) Aegiochum dixit Iouem, quia caprae vbera suxit. A qua etiam Creta appellatur Caprae mons. Et a nonnullis* Αἰγαῖον *dicitur mons Ida. Homerus ab eius armatura aegide ipsum Aegiochum dixit.* Sic hic locus est restituendus, qui flagitiose corruptus est in editionibus. Hanc lectionem confirmat quoque Theon ad Aratum, apud quem et ipsum olim sic lectum fuit in his versibus:

Δίκτῳ ἐν εὐώδει, ὄρεος σχεδὸν Αἰγαίοιο
Ἄντρῳ ἐγκατέθεντο.

Sic enim scriptum fuisse, non vt nunc σχεδὸν Ἰδαίοιο, his verbis testatur: Τινὲς γράφουσι, σχέδον Αἰγαίοιο, παρὰ Ἡσιόδῳ λαβόντες φάσκοντος, τὸν Δία ἐν Αἰγαίῳ ὄρει πεπυκνωμένῳ

μένῳ ἐν Κρήτῃ τραφῆναι. Hinc et H. Grotius coniicit apud Aratum legendum esse Λύκτῳ, vt hic apud Hesiodum. Sane apud hunc scribi debere Αἰγαῖον luce clarius est. Montem Aegaeum in Creta quia ignorabant, ideo apud Aratum, vt sequentibus prodit Theon, expunctum est et Ἀγαίοιο et mutatum in Ἰδαίοιο. Sane sic olim scriptum fuisse licet ex Scholiaste antiquo Arati discere ad v. 32. Ὃ μὲν τότε κυρίζοντα Δίκτῳ ἐν εὐώδει ὄρεος σχεδὸν Ἰδαίοιο. *Qui eum ludentem in Dicta bene olente, prope montem Idaeum.* Τινὲς γράφουσι, σχεδὸν Αἰγαίοιο, παρὰ Ἡσιόδῳ λαβόντες φάσκοντος, τὸν Δία ἐν Αἰγαίῳ ὄρει πεπυκνωμένῳ ἐν Κρήτῃ τραφῆναι. *Quidam hic scribunt* σχεδὸν Αἰγαίοιο *ex Hesiodo id sumentes qui dicit, Iouem in Aegaeo monte in Creta nutritum.* Sed addit idem, *Si in Creta nullus est mons Aegaeus, praestat conquiescere in lectione vulgata apud Aratum, et aliter illum locum interpungere.* Alius est Aegaeus campus, Αἰγαῖον πεδίον, sed ille campus fuit in Phocide, de quo vide Stephanum de Vrbibus in αἰγαῖον πέλαγος, et quae illic notarunt viri docti. Mons Aegaeus est is ipse, mea quidem sententia, qui a Ptolemaeo vocatur ἱερὰ πέτρα. Inde sancta rupes dicta, quia in illius antro credebatur custoditus et enutritus fuisse Iupiter. Erat collis Idae, qui postea ab vrbe in illa posita appellabatur Pytna, et vrbs ἱερὰ Πύτνα, quod cognomen ei adhaesit a colle. Strabo Lib. X. Τῆς δὲ Ἴδης λόφος Πύτνα, ἀφ' ἧς ἱερὰ Πύτνα ἡ πόλις. *Pytna Idae collis, vnde vrbs Hiera Pytna.* Male in Dione Lib. XXXVI. Ἱεραπύδνα scribitur. Quod et nuper animaduertit Vir magnus Ezechiel Spanhemius, in eruditissimo commentario de praestantia et vsu Numismatum antiquorum. Hinc vides cur nonnulli Ionis incunabula ponant in monte Ida. Stephanus de Vrbibus non collem, sed campum dicit. Ἔστι καὶ Αἰγαῖον πεδίον συνάπτον τῇ Κίρρᾳ ὡς Ἡσίοδος. λέγεται παρὰ Αἴγαν ποταμὸν φερόμενον (sic emendarunt viri docti) ἀπὸ τοῦ περὶ τὸ Πύθιον ὄρους, ἀφ' οὗ καὶ τὸ πεδίον Αἰγαῖον. *Est et Aegaeus campus annexus Cirrhae vt apud Hesiodum. Dicitur vero a fluuio* Αἶξ, *qui olim descendit a monte ad Pythium, a quo et campus Aegaeus.* Nullum est dubium, quin hunc locum respexerit ἐνθεόγραφος. Campus Aegaeus late patuit, vt et Pythium et Gortyna in illo fuerint sita. Hinc Strabo Gortynam in campo sedere ait. Hic vero est ille campus Aegaeus. Imo totam Insulam olim Αἰγαῖον fuisse appellatam ex Scholiaste modo accepimus. Sed quaenam illa Cirrha cui fuit adsitus Aegaeus campus? Sane Cirrha in Creta nulla est. Legendum Κύβρα quae eadem est quae Pytna. Stephanus: Ἱερὰ Πύτνα, πόλις Κρήτης, ἡ πρότερον Κύβρα, εἶτα Πύτνα,

εἶτα Κάμιρος, εἶθ' ὕστως ἱερὰ Πύτνα. *Hiera Pytna vrbs Cretae, quae prius Cybra, poſtea Pytna, deinde Camiros, deinceps Hiera Pytna.* Non eſt quod nobis ſcrupulum iniiciant Lyctii, ad quos a Rhea delatum eſſe Iouem paullo ante Heſiodus cecinerat: cum ii ſatis longe a Pytna, ſeu monte Aegaeo abſint. Verum non vrbs intelligitur Lyctus, ſed populus Lyctius, ſub quorum ditione tum fuit et mons et campus Aegaeus. Lyctios enim magnis opibus aliquando floruiſſe Strabo dicto loco oſtendit. Male Hiera petra in mappis Ptolemaei littoribus maris Carpathii appoſita eſt, non longe diſtans a Dicta, cum ſit collis Idae.

v. 499. Γυάλοις ὑπὸ Παρνησσοῖο. Interpretes: *in iugis Parnaſſi.* Sed γύαλα potius ſunt valles κοιλώματα, quam iuga. Apud Euripid. γύαλα καρποφόρα, *valles frugiferae.* Hoc loco intelligit anfractum illum rupis Parnaſſi et planitiem in qua vrbs et templum Delphicum. De qua Strabo Lib. XI. et Iuſtin. Lib. XXIV. In templi enim ἀναθήμασι longe poſt fuiſſe iſtum βαίτυλον teſtatur Pauſanias in Phocicis: Ἐπαναβάντι δὲ ἀπὸ τοῦ μνήματος, λίθος ἔστιν ἐμέγας, τοῦτο καὶ ἔλαιον ὀσημέραι καταχέουσι, καὶ κατὰ ἑορτὴν ἑκάστην ἔρια ἐπιτιθέασι ἀργά. Ἔστι δὲ καὶ δόξα ἐς αὐτὸν δοθῆναι Κρόνῳ τὸν λίθον ἀντὶ τοῦ παιδὸς καὶ ὡς αὖθις ἤμεσεν αὐτὸν ὁ Κρόνος. *Ab eo monimento cum rurſus adſcendere inceperis, lapidem videas modice magnum. Hunc quotidie oleo perfundunt, ſinguliſque feſtis lanam in eo ponunt rudem. Fama autem tenet eſſe illum ipſum lapidem, qui datus fuerit Saturno pro puero, quemque poſtea rurſus euomuerit.* Lana ornabatur hic lapis diebus feſtis, quoniam omnia quae maxime ſacra erant, et diuino vellent honore affici, vngebantur, et lana, laneiſque taeniis ac coronis ornabantur. Arborem ſacram Arnob. lib. V. lanarum velleribus colligatam ac circumuolutam dixit. Et Plutarchus in Theſeo ramum ex olea ſacra decerptum ἐρίῳ λευκῷ κατεσεμμένον, lana alba recinctum fuiſſe ait. Sic ſolebant lares lana cingi, et fores ac aras templorum, cum rem ſacram die ſolemni eſſent facturi, vittis laneis ornari. Propert. IV, 6.

Coſtum molle date, et blandi mihi thuris honores
Terque focum circa laneus orbis eat.

Hinc intelligimus cur Plato, vbi Homerum e ſua republica in aliam ciuitatem dimittendum eſſe cenſet, eum iubeat vnctum et lana coronatum educi. Ἀποπέμποιμέν τε ἄν, inquit, εἰς ἄλλην πόλιν, μύρον κατὰ τῆς κεφαλῆς καταχέοντες καὶ ἐρίῳ στέψαντες. *Dimittamus eum in aliam vrbem vnguento caput eius perfundentes, et lana coronantes.* Amandari quidem volebat Homerum e ſua ciuitate, ne qua opinio ſequior de Deo ciuibus

ciuibus ſuis, qui fabularum myſteria non intelligebant, per imprudentiam ex eius cantibus affricaretur; ſed volebat eum dimitti non tamquam hominem ſceleſtum, et infamem, ſed tamquam hominem diuinum, dignumque qui ad inſtar Dei vngeretur, et lana coronaretur, hoc eſt diuinis afficeretur honoribus. Diis enim et rebus ſacerrimis hic honos habebatur. Homerum enim Plato vnus omnium maximi faciebat, et ob artis diuinitatem mirifice celebrabat, eiuſque ſententiis vtebatur frequenter ad docendum, verbis vero et loquendi generibus ad dictionem expoliendam. Haec eſt vera ratio cur vngi et ἐρίῳ voluerit coronari Homerum Philoſophus: non quod tamquam exul et ciuiliter mortuus fuerit eiectus, quia mortui vngebantur: nec propter Poetarum mollitiem, quam lanea corona ſignificauerit, vt hercle Muſarum et Platonis ingratiis docuit Andreas Schottus Nodorum Ciceronianorum lib. III, cap. 12.

v. 532. Ταῦτ' ἄρα ἀζόμενος] Ellipſis, quam hic fingunt Interpretes, male conuenit cum genio auctoris et ipſius linguae Graecae. Quis enim dicat ταῦτα ἄζεσθαι, pro propter haec venerari, vt illi volunt? Locus eſt contaminatus, qui ſic puto emaculabitur, ſi legas: Ταῦτ' ἄρα φραζόμενος, *haec quidem moliens.* Φ aut vetuſtate temporis, aut alio vitio exoletum, aut negligentia deſcriptorum intercidit, inde ρα a praecedente ſyllaba ἄρα eſt abſorptum, quod frequentiſſime in veterum libris contigiſſe nemo neſcit paullo modo humanior.

v. 574. Ἀργυφέῃ ἐσθῆτι] Sic lege. vid. Etymol. Magnum. Male vulg. ἀργυφέϊ.

v. 612. Παρελθεῖν] Eſt effugere, vitare Dei conſilia, decreta. Nam *quae fato manent, quamuis ſignificata, non vitantur*, vt Tacitus ait. Homer. Iliad. α, v. 134.

Μήδ' ἔτως ἀγαθός περ ἐὼν, θεοείκελ' Ἀχιλλεῦ,
Κλέπτε νόῳ, ἐπεὶ ἢ παραλεύσεαι, ἢ δέ μὲ πείσῃς.

Ne ſic, quamuis fortis ſis, diuine Achilles, doloſe agas, quoniam non effugies, neque mihi perſuadebis. ἢ παραλεύσεαι, ſcilicet quae decreui facere.

v. 700. Καῦμα δὲ θεσπέσιον κάτεχεν χάος] *Incendium ingens corripuit inferorum ſedes.* Sicut paullo ante de clamore:

— — Ἔνοσις δ' ἴκανε βαρεῖα
Τάρταρον ἠερόεντα, ποδῶν αἰπεῖα τ' ἰωή.

Concuſſio vero grauis venit ad Tartarum caliginoſum, et pedum magnus fragor. Chaos ſaepe eſt inferorum domicilium: Plut-

archus sane χάος, ᾅδην, ὄρφνην, ἔρεβον exponit. Orpheus apud Ouidium X. Metamorph. ad Plutonem et Proserpinam:

Per ego haec plena timoris,
Per chaos hoc ingens, vastique silentia regni Oro.

Statius:

Qui numquam sospite nato
Triste chaos, moestique situs patiere sepulcri.

possis etiam aerem interpretari. Aristophanes in Auibus:

Διὰ τῆς πόλεως τῆς ἀλλοτρίας, καὶ τὸ χάος
Τῶν μηρίων τὴν κνίσσαν ἃ διαφορήσετε.

Per vrbem alienam et chaos femorum nidorem non transferetis. Vbi Suidas et alii veteres Magistri χάος exponunt aërem. Hinc et vetus Interpres Luc. XVI, 26. illud μέγα χάσμα, quod inter epulonem diuitem et Lazarum erat *chaos magnum* interpretatur, hoc est, vastum inane, vastum interuallum quale est aër, siue, vt Tertullianus vertit, immensa distantia sublimitatis et profunditatis. Apud nostrum Poetam inferius v. 740. locum Erebi vastum et immensum in quo Titanes seruabantur χάσμα μέγα dicit, quem postea v. 814. ait esse πέρην χάεος ζοφέροιο, vltra Chaos tenebricosum, hoc est, Erebum. Itaque magis probo priorem expositionem, et hoc nomine, quia de aëre paullo ante verba fecit:

Φλὸξ δ' ἠέρα δῖον ἵκανεν ἄσπετος.

Flamma vero ad aerem diuinum peruenit magna. Sequentia tam obscure et inepte versa sunt, vt quid Poeta velit ex versione ne Oedipus quidem intelligat. Verba Graeca sunt:

— — εἴσατο δ' ἄντα
Ὀφθαλμοῖσιν ἰδεῖν, ἠδ' ἔασιν ὅσσαν ἀκοῦσαι,
Αὔτως ὡς ὅτε γαῖα καὶ ἐρανὸς εὐρὺς ὕπερθεν πίλνατο.

Sic interpungenda mihi videntur. Mens Poetae est: *Simile autem videbatur atque si coram oculis quis adspiceret, atque auribus audiret, eodem modo vt cum terra et coelum latum superne appropinquabat.* Aërem, inquit, terram, pontum, Tartara corripiebat ignis fulminum a Ioue missorum, tantusque fragor ex illo oriebatur incendio, ac si coelum ruere, siue terram coelo misceri videret et audiret.

v. 709. Ὄτοβος δ' ἄπλητος] Antiquorum Scholiorum auctor notat in nonnullis exemplaribus legi κόναβος, quod prae edita lectione placet. v. 718. Ἀργαλέοισιν ἔδησαν. Scholia antiqua legunt ἀργαλέῃσιν, quae vide.

v. 735. Ἐνθάδε γῆς] Apposite ad hunc locum Seneca Hercule furente:

Sterilis profundi vastitas squallet soli,
Et foeda tellus torpet aeterno situ,

Rerum-

Rerumque moeſtus finis, et mundi vltima:
Immotus aer haeret: et pigro ſedet
Nox atra mundo.

Vide Virgil. VI. Aeneid. v. 577. Homer. Iliad. Θ. v. 429.

v. 748. Ἄσσον ἰέσαι] Sic leg. cum vetere Interprete. Nec aliter legiſſe videntur qui Latine verterunt Heſiodum, cum interpretantur *propinquantes*, quod non ſignificat vulgatum ἀμφὶς ἰέσαι.

v. 768. Ἐπαινῆς Περσεφονείης] Eſt hoc proprium Proſerpinae epitheton. Homerus Iliad. ι.

Κικλήσκεσθ' Ἀΐδην καὶ ἐπαινὴν Περσεφόνειαν.

Inuocans Plutonem et terribilem Proſerpinam. Proclus ſuperius, ad Ἔργα· Αἰνεῖν δέ τινες παραιτεῖσθαι παρέλαβον, ὥσπερ ἐπαινὴν Περσεφόνειαν. Reſtituenda haec vox Luciani Necyomantiae: Δαίμονας ὁμοῦ πάντας ἐπεβοᾶτο, ποινὰς, καὶ Ἐρινύας, καὶ νυχίαν Ἑκάτην, καὶ αἰπηνὴν Περσεφόνειαν. Interpres vertit: *Daemonas ſimul omnes inclamat, Poenas, Erinnyes, Hecaten nocturnam, excelſam Proſerpinam.* Foediſſime. lege: ἐπαινὴν Περσεφόνειαν. terribilem Proſerpinam. Ποιναὶ vero ſunt Furiae.

v. 793. Ἀπολείψας] Bene antiqui Grammatici: σπονδὰς ποιήσας, libans. Libantes enim aliquid de pateris effundebant in menſas et aras. Sic et ſimplex λείβειν. Vnde Latinorum libo, libum, libamen. Inſaniunt qui hic dicunt ab ἀπολείπω eſſe ἀπολείψας.

v. 806. Ὠγύγιον] Referendum eſt ad ὅρκον, non ad ὕδωρ, et exponendum magnum. ὠγύγιος enim eſt magnus. Heſych. ὠγυγίᾳ, παλαιᾷ, ἀρχαίᾳ, μεγάλᾳ πάνυ. Stygem autem fuiſſe maximum Deorum iusiurandum alibi noſter dixit, et res nota eſt.

v. 823. Οὗ χεῖρες μὲν ἔασιν] Nec hic mentem Poetae ceperunt, qui vertunt: *Cuius manus quidem ſunt ob robur operibus aptae.* Ἔργματα ἔχειν eſt ἐργάζεσθαι. Hic eſt ſenſus: *Cuius manus quidem ob robur ſemper operantur.*

v. 851. Κρόνον ἀμφὶς ἑόντες] Circa Saturnum exiſtentes, qui vna cum illo in vincula ſunt coniecti. Interpretes diverſo plane et abſurdo ſenſu: *A Saturno ſeorſim exiſtentes.* Titanes Saturni fuerunt copiae contra Iouem, a quo victi cum ſuo Imperatore deturbati ſunt ad inferos.

v. 872. Μὰψ αὔραι] Reddidi Heſiodo priſcorum exemplarium lectionem: Μαψαῦραι, quam probant Heſychius et Scholia antiqua. Haec: Μαψαύραι κεναὶ καὶ μάταιαι πνοιαί, οἷον καικίαι, θρασυίαι. Sic lege, ilium vide.

v. 875. Ἄλλοτε δ' ἄλλαι ἄησι] Legendum ἄεισι, quod Aeolice dicitur pro ἀεῖσι. Et ſic lectum olim fuiſſe Etymologici

gici ſcriptor oſtendit: Τόγε τῶν πληθυντικῶν, ἄεισιν, Αἰωλικώτερον. ἔχρην γὰρ ἀεῖσι, ὥσπερ ἰεῖσιν. Ἄλλοτε δ' ἄλλα ἄεισι. Male legitur ἄλλη in Etymologico. Hanc emendationem ſequens διασκιδνᾶσι confirmat, et ἄησι ferri non poſſe declarat.

v. 903. Αἵ τ' ἔργ' ὡραίοισι καταθνητοῖσι βροτοῖσι] Inſcitiae Interpretum inſigne monumentum et hic locus eſt, dum vertunt: *Quae opera matura faciunt mortalibus hominibus.* Loquitur de horis. Non quidem ignoro eas eſſe coeli ianitrices et miniſtras ſolis. Valer. Flacc. lib. IV.

— — *Sol auricomus cingentibus horis*
Multifidum iubar et biſſeno ſydere textam
Loricam induitur.

ſed quis non videt aut alias plane eſſe has Heſiodi horas ab illis Homeri, aut alias partes eis dari a noſtro Poeta, cui ſunt pulcritudinis praeſides. Quod et nomina illarum declarant. Quid enim magis res humanas pulcras reddit et florentes, quam Eunomia, Dice, et Irene, hoc eſt, bonae leges, iuſtitia et Pax. Hae ſane diuae non matura reddunt mortalium opera, ſed ornant, excolunt, nitorem et decus illis conciliant. Pind. Olympion. XIII. de beata et omnium rerum copia affluente Corintho: Ἐν τᾷ δὲ δ' Εὐνομία ναίει κασιγνηταί τε, βάθρον πολίων ἀσφαλὲς Δίκα, καὶ ἐμότροπος Εἰρήνα, ταμίαι Ἀνδράσι πλέτε, χρύσεαι παῖδες εὐβούλε Θέμιδος. *In hac (Corintho) Eunomia habitat, ſororeſque, fundamenta vrbium firma, Iuſtitia, et iiſdem moribus praedita pax, diſpenſatrices hominibus diuitiarum, aureae filiae Themidis conſultricis bonae.* Hinc omnibus rebus ornandis adhibentur Horae. In ἔργοις in Pandora comenda, v. 74.

— — Ἀμφὶ δὲ τήν γε
Ὧραι καλλίκομοι στέφον ἄνθεσιν εἰαρινοῖσι.

Ipſam porro Horae pulcram comam habentes coronarunt floribus vernis. Theocritus de poculo pulcerrimo, et ſuauem exhalante odorem Idyll. I, v. 148.

Ἠνὶ δέ τοι τὸ δέπας· θᾶσαι φίλος ὡς καλὸν ὄσδει.
Ὡρᾶν πεπλύσθαί νιν ἐπὶ κράναισι δοκάσεις.
En tibi poculum: contemplare, amice, quam ſuauiter olet,
Horarum in fontibus ablutum dices.

Hinc ὥρα eſt pulcritudo. Ὡραῖος pulcer. Heſych. ὡραῖος εὔμορφος. εὔτροπος, εὐσχήμων, εὐπρόσωπος. Theocr. Idyll. I, v. 109. Ὡραῖος Χὼδωνις. *Formoſus Adonis.* Ὡραίω pulcrum reddo, decus et venuſtatem concilio. Eſt vocula μονήρης, ſicut ſuperius μαξιχάειν, et plures aliae. Pro ὡραίειν frequentius legitur verbum paragogicum ὡραίζειν. Heſych. ὡραίζεται, καλλωπίζεται. ὡραϊσμένη, κεκαλλωπισμένη. Quia vero

vero ὡραῖος est pulcer: et homines in adolescentia et iuuentute sunt pulcerrimi, hinc ὡραῖος est ἀκμάζων, in aetatis flore constitutus. In ἔργ. v. 695.

Ὡραῖος δὲ γυναῖκα τεὸν ποτὶ οἶκον ἄγεσθαι.
In aetatis flore vxorem tuam in domum duc.

Sic enim bene exponit Scholiastes Theocriti ad Idyll. I, v. 109.

v. 916. Μῆσαι χρυσαμπυκες] Interpretes: *Musae aureis mitris reuinctae.* Praestat interpretari: *aureis reticulis ornatae.* Ἄμπυξ est διάδημα, τριχόδεσμος, diadema, reticulum, fascia, qua mulierum coma redimitur. Homerus Iliad. X, v. 468.

Τῆλε δ' ὑπὸ κρατὸς χέε δέσματα σιγαλόεντα,
Ἄμπυκα, κεκρύφαλον τ' ἠδὲ πλεκτὴν ἀναδέσμην.

Longe autem a capite fudit splendidas fascias, reticulum, vittamque et implexum redimiculum. Vbi breuia Scholia Didymi, vt credunt vulgo: Ἄμπυκα κόσμον τινὰ περὶ τὴν κεφαλὴν, ἀνέχοντα τὰς τρίχας τῆς κεφαλῆς. Hinc recte ab Hesychio exponitur ἀνάδημα. Anademata enim erant fasciae crinales. Sed et mitrae erant fasciae, quibus coma religabatur. Hinc Iudith. X. μίτραν Castalio reddit fasciam. Verum mitris vtebantur barbarae mulieres, et vetulae, et meretrices: Ouid.

Simulauit anum mitraque capillos
Presserat.

Iuuen. Sat. III. v. 66. *Ite quibus grata est picta lupa barbara mitra.* Plerumque vitio vertitur. Itaque mitras tribui Musis οἱ χαρίεντες non ferent. Barbarae enim illae mitrae a Graecarum matronarum et puellarum reticulis fuerunt diuersae. Haec Homero σεφάναι. Iliad. Σ, v. 597.

Καί ἑ' αἱ μὲν καλὰς σεφάνας ἔχον.

Sed apud Pollucem lib. V. cap. 16. rectius legitur:

Τῶν δ' αἱ μὲν πλεκτὰς σεφάνας ἔχον.

Harum hae quidem plexas coronas habebant. Vt superius πλεκτὴ ἀναδέσμη. Στεφάνας autem fuisse propria antiquarum Graecarum mulierum ornamenta capitis ex Aeliani Ποικίλ. Ἱστορ. Lib. I, c. 18. cognoscimus: Πῶς δὲ ἂ διέρρεον ὑπὸ τρυφῆς αἱ πολλαὶ τῶν γυναικῶν; Ἐπὶ μὲν γὰρ τῆς κεφαλῆς στεφάνην ἐπετίθεντο ὑψηλήν. *Quis vero neget pleraque veteres mulieres luxu diffluxisse? Caput enim ornabant alta fascia.* Sic verte. Erat enim στεφάνη limbus seu fascia altior caput, seu aliud quid ambiens. Hinc et loricae et murorum pinnae σεφάναι dicuntur.

v. 925. Ἀγρεκύδοιμον] Miror vnde in recentiores editiones irrepserit haec inepta lectio et vocabulum nihili, cum recte legatur in prima editione maiore Heinsiana, Stephaniana,

na, ac pleriſque aliis omnibus antiquioribus, ἐγερεκύδοιμον, quod recte exponunt antiqua Scholia τὴν θόρυβον ἐγείρεσαν. Tumultus, turbas excitantem. Quamuis in editionibus vitio librariorum omiſſum ſit ἐγερεκύδοιμος, et ſola extet explicatio. Monuit etiam me de reſtituendo hoc eleganti vocabulo Thomas Reineſius, vir numquam ſatis laudatus, praefatus extare id quoque apud Cointum Lib. I. v. 178. vbi Eris dicitur Ἐγερεκύδοιμος. Synonymum eſſe ἐγερσίμαχος, ἐγερσιμάχος. Ἐγερσίμοθον Διόνυσον dixiſſe Nonnum XIII. Dionyſ.

v. 927. Ἐν φιλότητι μιγεῖσα] Legendum eſt ἀ φιλότητι μιγεῖσα, vt nuper oſtendit mihi elegantiſſimus iuuenis Cuperus ex Scholiaſte Apollonii, qui ad Argonaut. I. v. 859. ἀ φιλότητι eſt ſine concubitu, ex ſe ſola, ſine conſuetudine cum maſculo. Nihil certius. Confirmat vetus Scholiaſtes Heſiodi: Πρῶτος ἕτος τὸν Ἥφαιστον ἐκ μόνης Ἥρας εἶπε. διὸ καὶ τοῦτο σήμηνον. Ὁ δὲ Ὅμηρος ἐκ Διὸς καὶ Ἥρας. *Primus iſte Vulcanum ex ſola Iunone ponit. ideoque et hoc nota. Homerus vero ex Ioue et Venere.* Et Apollodorus I. Bibliothec. Ἥρα δὲ χωρὶς εὐνῆς ἐγέννησεν Ἥφαιστον. *Iuno ſine concubitu peperit Vulcanum.* Hinc et Apollonio dicitur Ἥρης υἱός, Iunonis filius non Iouis.

v. 934. Φόβον] Malo vertere *Terrorem*, quam cum Interpretibus, *Timorem*. Sequitur enim Δεῖμος, Timor.

v. 971. Κρήτης ἐν πίονι δήμῳ] In accentu peccatur. Legendum Κρήτης ἐν πίονι δημῷ, vt ſuperius v. 538. ἔγκατα πίονι δημῷ, *inteſtina cum pingui adipe*. Κρήτης πίων δημὸς, *Cretae pinguis adeps*, eſt Cretae fertiliſſimus ager.

v. 989. Φιλομμηδὴς Ἀφροδίτη] Sic legendum ex Heſiodi ſententia. Vide ſuperius v. 200. et quae ibi notat Interpres.

v. 991. Νηοπόλον νύχιον] Archilochus emendat μύχιον, quaſi agentem in Cypri receſſu, qui a nullis poſſit adiri. Alii eamdem vim tribuunt τῷ νύχιον, exponentes ἀφανῆ, λαθραῖον, occultam, quae a nullo videatur: Sed propria vocis ſignificatio retinenda. Pleraque enim ſacra Veneris noctu celebrabantur. Inde *noctuuigila* dicitur Plauto. Idem Curcul. I. 3. v. 25, et 40.

Quid tu Veneri peruigilare te vouiſti, Phaedrome?
Nam hoc quidem haut multo poſt lucebit.

Peruigilia Veneris cui non nota? Vide carmen elegans incerti auctoris quod inſcribitur, Peruigilium Veneris.

Δόξα τῷ Θεῷ.

DANIE-

DANIELIS HEINSII

INTRODVCTIO

IN DOCTRINAM, QVAE LIBRIS HESIODI

ΕΡΓΩΝ ΚΑΙ ΗΜΕΡΩΝ

CONTINETVR:

IN QVA OPINIO, QVAE HACTENVS DE IIS OBTINVIT, REFVTATVR; TOTVM POETAE INSTITVTVM PROBATVR.

NOBILISSIMO AMPLISSIMOQVE VIRO

IANO DOVSAE,

NORDOWICI TOPARCHAE.

Philosophi Platonici, Vir Nobilissime, qui in explicatione sapientiae amoenitatem illam Poetarum, suauitatem, varietatem; numerorum denique, quatenus eam pedestris admisit oratio, volubilitatem sequuti sunt; vt nimirum magna illa Dea etiam a veste sua commendaretur; negant inter alia, cum homine Cimmerio de Solis pulcritudine, cum mediterraneo de maris latitudine, cum Epicuro de Deo agendum esse: quia scientiarum praestantia tota simul infundi non potest, aut vt illi magnifico axiomate pronunciant, ἐκ δι' ἀγγέλων ἡ ἰσορία ἔρχεται, ἀλλ' ἐπιστήμης πρὸς ταῦτα δεῖ. Sicut enim omnis homo terram aut agrum videt, solus agricola de fertilitate eius iudicat, ita cum omnes hodie Poetas tractent, sincerum de illis iudicium ab iis exspectare maximae sit dementiae. Antiquissimi Philosophi cum in operto scientiarum, a quo quam longissime vulgus arcendum est, versari solent; Rhetores, cum acutissime de omni dicendi artificio agunt, Homerum cum Hesiodo sibi sufficere existimant. Cum virtutes omnes in oratione persequuntur, tam quae ad τὸ λεκτικὸν, quam quae ad τὸ πρακτικὸν spectant, ex his duobus omnia perficiunt: nec de reliquis anxie satagendum existimant. Hoc tempore, quo magnis passibus in occasum literarum itur, si quis Philosophiae studioso, primum Philosophorum fuisse Homerum cum Plutarcho ostenderet, non accederet, magis quam si Sophistam aliquem esurientem, aut frigidum Atticistem in ἀδόξῳ versari audiat: puta febrem commendantem, vel Thersitem. Si quis eloquentiae studioso plenam συνθέσεως scientiam, quae Harmoniam et Rhythmum respicit, quam Plato tanti fecit, vt etiam παιδείας nomine in Poetarum scriptis eam partem dignatus sit, ex his petendam in Academiis probaret, frigeret auditorium: quia diu ex animis nostris principia illa effluxerunt, quibus ad plenam scientiam peruenitur, quibusque monumenta sua veteres, tamquam aeternitatis sale, ad immortalitatem condiebant. Si quis ex Hesiodi charactere, mixti illo, facili, amoeno, cuius periodi, tamquam ad amussim

ſim quamdam factae, breuitate quadam aequali ſe mutuo excipiunt, totum inter Tragicos Euripidem, inter Lyricos Sappho, inter Oratores Iſocratem fluxiſſe oſtenderet, fruſtra eſſet: plus enim inueterata poteſt perſuaſio, quam vt rationi, veritati, arti cedat. Vt nonnumquam dubitauerim me hercule, vtrum miſerior ſit vulgus, qui ignorat iſta, an nos qui ab illis talia exſpectamus. Nunc enim ſi quis Poetae obtrectet, reliqua omnia ſcire exiſtimatur: et hoc vno ſcientiam conſequutus videtur, quod illius auctores ſupplantat. Nos, qui neque eo arrogantiae profecti ſumus, vt aliquid nos ſcire exiſtimemus: neque tam aduerſo Genio nati, vt ab omnium iudicio pendeamus, in Ἔργων καὶ Ἡμερῶν libris, in quibus diuina fuiſſe antiquiſſimae ſapientiae myſteria nobis perſuadent Veteres, experiri voluimus: primo, vtrumne inueteratam de iis opinionem tollere, deinde, an praeclaram eorum doctrinam eruere poſſemus: ipſam veritatem quae profunde ſepulta erat, per veſtigia, vt venatores ſolent, indagati. In qua commentatione, obiter et non niſi loco ſuo oſtendimus, quanta ſimplicitate ea proponat Heſiodus, de quibus maxima Philoſophi volumina conſarcinarunt. Non quod eadem vbique illis, quae poſtea Philoſophis, in mentem veniſſe arbitrer: ſed quemadmodum ex ſimplicitate Poetarum, Philoſophorum doctrina conflata eſt: ita ad illuſtrationem Poetarum methodo eorum interdum et verbis opus eſſe. Ab Allegoriis, hoc eſt, Graecarum ambroſia et nectare, niſi cum neceſſe fuit, abſtinuimus: idque tantum ipſius doctrinae et τῆς ἀκολαθίας cauſa. Scriptum hoc qualecumque, nomini tuo, Nobiliſſime Douſa, inſcripſi: vel vt Poetarum, vel vt patronorum meorum primo. Quis enim tali amore quemquam vmquam eſt proſequutus, quali nos tu, optime virorum? aut quis viuit hodie terrarum vſquam, cui amplius debeamus? Quod ſiue Muſarum, quas tu deperis; ſiue noſtri cauſa a te factum eſt, in ſolidum tenemur. Intereſſe autem cum mea, tum literarum exiſtimauit, quae de πριτηρίῳ huius libri, de inſtituto, de ordine, de doctrina, de ſcopo, contra opinionem Veterum multorum, recentiorum autem omnium diſputauimus, ſub auſpicio illius prodire, qui et ſartam tectam tanti Poetae auctoritatem conſeruare, meam vero infantiam nominis ſui ſplendore protegere poſſit. Vale, vir Nobiliſſime, et nos amare perge.

DANIE-

DANIELIS HEINSII

INTRODVCTIO

IN HESIODI LIBROS

QVI EPTA KAI HMEPAI INSCRIBVNTVR.

CAPVT I.

Libros Heſiodi qui ab argumento ΈΡΓΑ inſcribuntur, quanti fecerit vetuſtas, ex Ariſtotele, Platone, Xenophonte, et, qui horum ore loquitur, Socrate videre eſt. Nec mirum, cum in illis perfecta Ethicae et Oeconomicae praecepta tradantur, quibus Philoſophi primi ſua, tamquam firmiſſimo fundamento, ſuperſtruxerunt: quod facillime et elegantia et antiquitate, cui omnes ſenſim quidlibet deferimus, impetrarunt. Noſtra quoque aetate cum omnium iudicio eum dignitatis gradum obtineant, vt iuuentuti prae reliquis commendentur: ſcopus eorum tamen, tum ea quae in iis praecipua ſunt, non aetatis noſtrae doctiſſimos modo; ſed (quod ſine arrogantia dictum a me exiſtimari velim) Graecos Commentatores, quos omnes cum ſuperiori editione noſtra Lectori dedimus, tum Veteres fere omnes, quorum ad nos de his peruenit aliquid, effugiſſe videntur. Noſtrum ergo exiſtimavimus, priuſquam ad ſingula perueniamus, generaliter ea praemittere, quae maieſtatem horum librorum, mentem Poetae, et propoſitum, non commendare modo omnibus, ſed et illuſtrare pureque proponere poſſint: ne quid ſit quod poſthac aut doctores in interpretatione Heſiodi latere, aut auditores ab eius lectione deterrere poſſit. Et enimuero, cum omnes fere antiqui Philoſophi, in eo elaborarint, vt ex Homero diſciplinas omnes, praecipue autem eas, per quas cognitione ſingularum actionum ad prudentiam peruenitur, quae eſt quaedam φιλοσοφία παραδειγμάτων, vt de hiſtoria pronunciant Veteres, ex his vero Heſiodi, praecepta Politica, Ethica, Oeconomica haurirent: noſtra intererat, vt ea cum iis vel admirari poſſemus, vel frui ſaltem et vſui noſtro applicare. Cum autem inter reliqua in his libris hic et ibi ea ſepulta

quaſi iaceant, quibus ex antiquis nonnemo, aeternitatem ſuam mundi probare nititur: cum ex his libris doctrinam illam Periodicam nobiliſſimam Plato conſtruxerit, cuius interdum in his commentariis, quaſi per nebulam meminit Proclus: quam omnes denique Platonici, et ex iis Poetae Graeci et Latini toties nunc occulte, nunc manifeſte, et ſublato quaſi ſigno alludunt: cum in propoſito Poetae et ratione agendi ſit ars admirabilis et propemodum diuina; cum ipſum argumentum horum librorum non controuerſum, ſed euerſum ſit; danda eſt opera vt in his omnibus viris doctis induſtriam noſtram probemus; et, quod proximum eſt, neque a candore noſtro alienum, veniam petamus, ſicubi a ſummis hominibus in eo diſſentiamus. In quo cum vix vllus ſit Veterum qui praeierit nobis, facilius id de quo laboramus impetrabimus. Priuſquam igitur ad Heſiodi lectionem ſe conferet Lector, breviſſime quaedam praemittemus, quae et falſam ex animis opinionem tollant, et veram proponant. Vt autem ad conſtitutionem veri et refutationem falſi, ad quae ſine mediis non peruenitur, pergamus; quaedam praemittenda ſunt, quibus ea quae grauiora ſunt, tandem innitentur. Primo itaque an de agricultura Poeta ſcripſerit quaeremus; ſecundo, an ſi in his libris, ex inſtituto id fecerit: tertio, an in his tantum. Quibus quaeſtionibus tamquam velitibus praemiſſis, reliqua quae maioris momenti ſunt adornabimus.

CAPVT II.

Ea quae praemiſſa ſunt capite ſuperiori, eo ſpectant, vt opiniones partim Veterum quorumdam, partim recentiorum omnium tollamus: ne poſtea nobis, cum aliquid concludendum erit, occurrant hae ſalebrae. Sicut enim viatores priuſquam viam inſiſtunt, remouere ſolent quicquid euntem remoratur, aut in itinere diutius quam par eſt, retinet, quamvis ſtipulas leuiſſimas ſaepenumero aut feſtucas: ita nos ea prius admonebimus, quibus remotis, ea quae praecipua ſunt, facile tranſigentur. Horum enim omnium non minus quam ceterorum, primum propoſitum erit veritas, ſecundum breuitas. Eorum autem quae propoſuimus, primum extra controuerſiam per ſe quidem eſt; nec de eo dubitari poteſt: quia ex eo tamen alia quaedam tamquam trunco quodam rami ceteri oriri videntur, adiungendum fuit: vtrum de Agricultura ſcripſerit Poeta noſter.

De Agricultura ſcripſiſſe Heſiodum, vt mille Auctorum teſtimonia praetermittam, ex iis apparet qui in argumento verſati

verſati ſunt eodem; quorum duobus adductis, reliquis ſupersedebimus. M. Varro, de quo merito vt primo Romanorum primo incipimus, poſt enumeratos eos qui in argumento hoc verſati erant, ſed ſoluto ſermone: *Ii, quos dixi*, inquit, *omnes ſoluta oratione ſcripſerunt; eaſdem res etiam quidam verſibus, vt Heſiodus Aſcraeus, Menecrates Ephesius.* Caius Plinius Prooemio Lib. 14. *At Hercule non reperiuntur qui norint multa ab antiquis prodita: tanto priſcorum cura fertilior, aut induſtria felicior fuit. Ante mille annorum, inter principia literarum Heſiodo praecepta Agricolae pandere orſo, ſubſequutiſque non paucis banc curam eius, vnde nobis creuit labor.* Vt pene in prouerbium ea res abierit. Tyrius Maximus: Γεωργίας ταῦτα ἐ πρέσβύτης Ἰκάριος, ἐδὲ Βοιώτιος ἀνὴρ, ἢ Θεττα-λικὸς, ἀλλ' ἥλιος αὐτὸς καὶ σελήνη θάλπουσα, καὶ ὄμβροι τρέφοντες, καὶ ἄνεμοι διαπνέοντες. Idem ex Manilio hoc loco, et infinitis aliis probare inſuper habeo: Primo quod in confeſſo ſit res ipſa; deinde quod haec ipſa alterius rei cauſa praemittantur: ad quam feſtinamus.

CAPVT III.

Primum itaque de quo dubium non fuit, ſequitur alterum, in quo plerique Veterum, vt diximus, recentiores autem omnes falluntur: Non eſſe de Agricultura hos libros. Quae pars etſi pluribus infra confirmabitur, vbi argumentum proponemus, quia altero poſito, tollitur alterum; hic nihilominus ordinis et perſpicuitatis cauſa examinanda fuit. Quod vt fiat commodius, locum quaeremus aliquem, in quo exactiſſime et ex inſtituto Poetae ipſius libri τῶν Ἔργων diuiduntur. Eam diuiſionem etiamſi nos ex ipſo Poeta, verbis noſtris conſtituere poteramus, nihil tamen peccabimus ſi accedat et iudicium alterius et auctoritas: nec ea cuiuſuis, ſed naris emunctiſſimae: Luciani, nimirum, qui hoc modo in ſuo cum Heſiodo colloquio, poſtquam reliqua eius opera enumerauit: Ἔτι δὲ γυναικῶν ἀρετὰς, καὶ παραινέσεις γεωργικὰς, καὶ ὅσα περὶ Πλειάδων καὶ ὅσα περὶ καιρῶν ἀρότου, καὶ ἀμητοῦ καὶ πλοῦ, καὶ ὅλως τῶν ἄλλων ἁπάντων. Ex enumeratione partium conſtituendum eſt totum aliquid. Totum videtur eſſe παραίνεσις γεωργικὴ, ſeu potius γεωργία. Partes eius ſunt περὶ Πλειάδων, περὶ ἀρότου, περὶ ἀμητοῦ, vel περὶ καιροῦ ἀρότου, περὶ καιροῦ ἀμητοῦ. Quod ſi παραίνεσις γεωργικὴ totum ſit, quaerendum, an reſpectu partium ſuarum, an reſpectu generali propoſiti Scriptoris ipſius, quod in hoc lib[illegible] ſequitur; an vero vtriuſque. Reſpectu partium eſſe

iam oſtendimus. Si reſpectu Heſiodi, neceſſe eſt vt ὁ πλοῦς ſe habeat ad τὴν γεωργίαν, ſicut ἄροτος, ἀμητὸς, et partes reliquae. At contra, ſicut καιρὸς ἀμητοῦ, καιρὸς ἀρότου, vel ſimpliciter, ἄροτος, ἀμητὸς, pars eſt γεωργίας; ita καιρὸς πλοῦ, vel ναυτιλίης (vt Heſiodus loquitur) et ceterae quae eiuſdem ſunt conſiderationis, partes ſunt τοῦ πλοῦ. Vnde ſequitur, duo praecipua tradi in his libris, quorum cauſa reliqua dicuntur. Quoniam alterum ſub altero non comprehenditur, nec ſe habet ſicut pars ad totum. Si ergo de duobus inter ſe aequalibus agit et eodem ſpectantibus (vtriuſque enim finis idem eſt) aliquid quaerendum eſt, quod illa duo comprehendat. quod quid ſit, poſtea oſtendemus. Nunc enim quid non ſit, non quid ſit, demonſtramus: ibi enim pluribus idem, quamuis alio modo, confirmabitur. Ex hoc rurſus alia nobiliſſima orietur conſideratio: an τὸ Ἔργον in his libris in inſcriptione, κατὰ τὸ κύριον, an vero κατὰ γλῶσσαν ſumatur: de quo infra, de inſcriptione cum loquemur, ſumus acturi.

CAPVT IV.

Secunda quaeſtio ex parte admiſſa, ex parte negata fuit. Heſiodum his libris de Agricultura agere diximus: ſed non aliter quam de Mercatura. Ex propoſito vero magis de illa quam de hac libris tractari, negauimus. Sequitur, an alio in loco id ab eo praeſtitum fuerit. Quo quaeſito ad ſtabilienda, partim quae praemiſſa, partim quae ſequutura ſunt, opus omnino eſt. Teſtimoniis vtemur, vt eam partem explicemus, neque incertis, neque a poſteriori aetate petitis, quam in eo deceptam ſcimus. Ac primo videamus, quid in Heſiodi Agricultura praecipuum fuerit: ex quo duo ſequentur: et quid in his libris non ſit, de quo iam agimus: et quid ſit, de quo poſtea acturi ſumus. Id vt fiat, partem e multis aliquam eligemus, de qua et in illis maxime, et in his minime, aut omnino non, tractauit. Eſt autem ea, CVRA ARBORVM. Atque haec cauſa eſt, cur Maro, librum ſecundum, in quo diligenter haec pars pertractatur, ASCRAEVM carmen vocarit. Eam partem inter alia (quod notatum hactenus non fuit) quam ſit fuſe perſequutus noſter auctor in Agricultura ſua, videamus. Plinius lib. XIV. multis conqueritur, aetate ſua tantam inductam eſſe, cum ceteris agriculturae partibus, tum huic vero maxime, caliginem, vt pleraque quae ab Heſiodo commemorata fuerunt arborum ignorari coeperint nomina. Quorum omnium in his libris ne vnicum quidem refertur, niſi forte quercum aut vlmum Romanis ignotam fuiſſe arbitremur: quarum tamen ipſarum, neque ratio, neque natura, neque cura, in [illegible] libris deſcri-

deſcribitur: ſed obiter et ratione alia ſola fit mentio. Idem magnus Scriptor, Lib. 15. cap. 1. *Heſiodus quoque*, inquit, *in primis cultum agrorum docendum arbitratus vitam, negauit oleae ſatorem fructum ex ea percepiſſe quemquam. Tam tarda tunc res erat.* Haec quoque in his libris qui tractari exiſtimabit, nae ille fruſtra futurus eſt: cum ipſius oleae ne mentio quidem fiat vlla. Sed plenum Agriculturae Heſiodi ex Manilio argumentum petamus. Poëta igitur ille, poſtquam Homeri ſcripta diligenter, Heſiodi quoque noſtri Theogoniam, et reliqua quae in illis continebantur, recenſuit: librorum ipſius, qui de Agricultura agebant, et Γεωργικῶν, vt veriſimile eſt, inſcriptionem habebant, argumentum his verbis proponit:

Quin etiam ruris cultus legeſque ſacrauit
Militiamque ſoli: quod colles Bacchus amaret,
Quod foecunda Ceres campos, quod Bacchus vtrumque,
Atque arbuſta vagis eſſent quod adultera pomis:
Syluarumque Deos, ſacrataque numina Nymphas,
Pacis opus, magnos naturae condit in vſus.

Vides, vt in ſuperioribus, Plantationem: quae pars praecipua horum librorum hic nuſquam apparet. Ita vt ex hoc Manilii teſtimonio Plantatio et Propagatio vineae, arborum Inſitio, tum quae loca his vel illis commoda ſint vel incommoda, illorum argumentum fuerit librorum. De quibus non ſingulis tantum, ſed et omnibus, altiſſimum in libris τῶν Ἔργων ſilentium. Poſtremo vagatus in iis Poëta fuit circa ſyluarum, hortorum, fluuiorumque deſcriptionem, amoenitatemque illorum: quam Poetae plerumque, vt et hic Manilius Satyrorum et Nympharum nomine deſignant. Nam quae de vineis in vniverſum in his libris, quos Ἔργα vocamus, dicuntur, haec ſunt: quae ne eo quidem ſpectant:

Εὖτ' ἂν δ' Ὠρίων καὶ Σείριος ἐς μέσον ἔλθῃ
Οὐρανὸν, Ἀρκτοῦρον δ' ἐσίδῃ ῥοδοδάκτυλος ἠώς,
Ὦ Πέρση, τότε πάντας ἀποδρέπε οἴκαδε βότρυς,
Δεῖξαι δ' ἠελίῳ δέκα τ' ἤματα καὶ δέκα νύκτας,
Πέντε δὲ συσκιάσαι, ἕκτῳ δ' εἰς ἄγγε' ἀφύσσαι
Δῶρα Διωνύσου πολυγηθέος.

Id eſt:

At poſtquam Orion et Syrius aetheris ardet
In medio, Arcturumque videt Tithonia coniux,
Incipe decerptos ad te vectare racemos,
Et Soli monſtrare decem noctesque dieſque,
Dimidiumque vmbrae: ſexto ſpumantia labris
Laetitiae patris dare munera.

Multo minus quae alibi obiter περὶ σκάφους οἴνης. Accedat

et illud. M. Cato apud Tullium, in libro de senectute, aliquam ab Hesiodo partem in Agricultura praetermissam queritur, quae ab ipso esset tractata: ea autem erat *Stercoratio*. Atqui si hos libros de Agricultura esse existimasset, multa potius deesse, imo omnia fere quaestus esset, quae in libris DE RE RVSTICA, qui hodie Catonis nomine circumferuntur, accuratissime pertractata sunt. Sequitur ergo aliis libris accurate de ea re ab Hesiodo actum esse, quae his contineri putabatur. Ex quo duae veterum recentiorumque opiniones hactenus receptae concidunt: prior, quod horum librorum argumentum ex proposito *Agriculturam* esse existimant: altera, quod hos libros Maronem imitatum esse hactenus omnes arbitrati sunt. In qua opinione cum plurimi apud Veteres fuere, tum vel maxime Seruius: apud nos cum omnes, tum maior omnibus Iulius Scaliger. Qui incomparabilis vir, si persuasum hoc habuisset, neque tam immitis in hos libros Hesiodi fuisset: neque Hesiodi Ἔργα cum Maronis Georgicis contulisset.

CAPVT V.

E via nostra ea remouimus, a quibus non periculum quidem timebamus, nec ruinam, sed molestiam. Nunc vt ad institutum nostrum pergamus, duobus adhuc lectorem capitibus praeparabimus. Diximus supra duo tractari his libris, quorum finis idem est, partes diuersae. Horum alterum quia, sub altero non comprehenditur, aliud quaerendum est quod complectatur vtrumque. Id autem est Oeconomia. Oeconomia cum sit cura partim possessionis comparandae, partim comparatae iam conseruandae: primum circa quod versatur illa, teste Aristotele, est ἡ γεωργικὴ, id est, agriculturae studium; quod quidem studium in Oeconomica consideratione primum est duobus modis. Primo κατὰ φύσιν, id est, ratione naturae: quia antiquissima eius est ratio et simplicissima. Cum enim plures sint artes, quae circa terram versantur, qualis videlicet, quam Philosophus adfert, ἡ μεταλλευτικὴ, secundariae tamen sunt omnes. Secundo, quia cum Iustitia coniuncta est. Nec enim ab hominibus volentibus lucratur, vt mercatura: neque a nolentibus, vt ars militaris. Tertiam rationem praetermittimus, quam et Aristoteles et ex eo Cato adiungunt; cum vsum in his habeat nullum. Quibus rationibus librorum horum argumentum superstruemus. Cum ergo Agricultura sit prima natura in Oeconomia, recte secundo libro praemittitur, cum autem sit iusta, recte libro primo iustitiae praecepta

cepta traduntur. Cum igitur alter librorum sit Ethicus causa alterius, alter Oeconomicus sed per se; rursus aliud quaerendum est, quod vtrumque contineat: id autem est ea Poetica pars quam Παιδείαν vocamus: paullo aliter quam Platonici; qui etiam ad Harmoniam eam referunt, de qua proxime acturi sumus. Cum igitur plures sint Oeconomiae partes, quibus comparatur possessio; maxime lucrosa est ea quae ab aequitate quam longissime abest; quam plane excludit Poeta: ea est Foeneratura. Proxima ab hac quae non tam cum iniquitate coniuncta est, quam prima; sed magis cum periculo quam prima et vltima: ea est Mercatura. Tertia est quae minus lucri habet et periculi, sed plus aequitatis: ea autem est Agricultura, aequitate et tranquillitate prima, lucro vero vltima. Cuius causa ex Platone et Hesiodo haec reddenda est, quod haec quam minime ab ἡγεμονικῷ abest seculo: quo terra omnia suppeditabat, sed absque cura. Alterae duae quam maxime ad ἐπιθυμητικὸν accedunt: quod *Cupidum* vocauit Catullus.

Sed postquam tellus scelere est imbuta nefando,
Iustitiamque omnes cupida de mente fugarunt.

Astraeam enim intelligit, quam vsque ad ἐπιθυμητικὸν permansisse volunt Platonici, cum reliqui Dii in θυμικῷ fugissent.

Eius de quo agit Poeta, libro primo propositionem habemus. Id a nobis dicitur, οἰκονομεῖν: ab eo alibi, οἶκον εὖ θέσθαι. Eius rei in secundo praecepta sequuntur. Inter quae est et illud, quo in diuisione Oeconomiae vtitur Aristoteles:

Οἶκον μὲν πρώτιστα, γυναῖκά τε βῶν τ' ἀροτῆρα.

Quae singula infra percurremus. Nunc hoc constituamus. Primus liber aliquid agendum docet, sed iuste: secundus, quid agendum sit, quo pacto, et quando. Eamdem diuisionem apud Maximum Tyrium habes, qui hos libros Oeconomicos esse non ignorasse videtur: Ἐνθυμηθεὶς δὲ ὅτι ὀλίγον μὲν τὸ ξυνετὸν ἐν ἅπασι· τὸ δὲ πολὺ δημαγωγεῖσθαι φιλεῖ, ἐδεστέρῳ τῷ γένει ἀποκεκριμένην τὴν ποίησιν ἐξειργάσατο, καθάπερ ὁ Ἡσίοδος· χωρὶς μὲν τῶν ἡρώων, ἀπὸ γυναικῶν ἀρχόμενος, καταλέγων τὰ γένη, ὅσις ἐξ ἧς ἔφυ. χωρὶς δὲ αὐτῷ πεποίηνται οἱ θεῖοι λόγοι· ἅμα τοῖς λόγοις Θεογονία. Χωρὶς δ' αὖ ὠφελεῖ τὰ εἰς τὸν βίον, ἔργα τε ἃ δρασέον καὶ ἡμέραι ἐν αἷς δρασέον.

CAPVT VI.

Cum supra totum huius libri subiectum in duo diuiserimus, quorum neutrum per se traditur, sed causa alterius; Terrae cultum, et Nauigationem: quorum vtrumque pars est to-

tius: totum enim est Oeconomia, cuius causa Poëta in alterum deuoluitur, id est, Iustitiae praecepta; rursus et hanc et illam partes esse diximus respectu totius. Totum est Διδασκαλία, seu Παιδεία. quae olim fuit Poëtarum tantum: postea ad Philosophos migrauit. Omnis igitur Musicus, teste Platone, duo spectat: τὴν μελοποιΐαν, sub qua nos paullo aliter quam ille, ea quae ad metra, quae ad numeros eorumque inuentionem, ac dispositionem, comprehendimus: et τὴν Παιδείαν, qua reliqua omnia vsibus hominum accommodantur. Quod nobis est docere partim, partim mouere: alterum ποιεῖν dicebant, alterum χρῆσθαι τοῖς πεποιημένοις. Sicut autem prius necesse est constituere aliquid quam constituto vti; Ita necesse est, priorem esse μελοποιΐαν, posteriorem alteram. Nam, si recte Platonis Παιδείαν consideremus, vix egreditur rhythmum et harmoniam, vt subtiliter disputant eius Interpretes: et potissimum in mouendo versatur, quod duobus illis solet fieri. De quo multa differere possemus, nunc tamen, quia aliud agimus, vocem Παιδείας simpliciter, ἀντὶ διδασκαλίας sumemus, quam Scriptores antiqui tamquam vetustissimum Poetarum considerant institutum. Ea cum latissime tendat, nos paullo arctius eam hoc loco restringemus. Est igitur duplex, quae docet viuere, et quae scire. Quarum prima instituto nostro conducit: alteram nunc praetermittimus. Rursus eius partes circa vitam priuatam duae versantur. Quarum altera singulos proprie viuere docet, et circa τὴν κτῆσιν occupatur: altera singulos bene viuere docet, et mores complectitur. Vtraque ὠφελεῖν πρὸς τὸν βίον ambigue a Veteribus dicitur. Cum autem Poëta ad hominem ociosum scribat; recte quo pacto comparanda sit substantia, docet: cum ad prodigum, recte quo pacto conseruanda sit, ostendit. Cum ergo duo haec proponat liber primus, secundus perficiat: in alio tamen libri primi consumitur argumentum: in quo antiquissimum παιδείας vsum videmus, quae etiam διδασκαλία appellata est. Cuius institutum est, ἠθικὴ παραίνεσις, non οἰκονομικὴ, multo minus γεωργικὴ. Eius propositum est, vt antiqui Poëtae verbis vtar, εἰπεῖν πρὸς ζωὴν χρήσιμα. Nec dubium est, quin hinc διδάσκαλοι Comici dicti sint et Tragici, qui illud primo simpliciter agebant, vt apparet ex Epitaphio Epicharmi, Comoediae apud Dores inuentoris, quod eiusmodi est:

Ἄτε φωνὰ Δώριος, χὠ νὴρ ὁ τὰν κωμῳδίαν
Εὑρὼν Ἐπίχαρμος.
Ὦ Βάκχε, χαλκεόν νιν ἀντ' ἀλαθινᾶ
Τὰν ἐξ ἀνέθηκαν

Τὸν

Τὸν Συρκόσσαις ἐνίδρυται πελωρίζῳ πόλει,
Οἳ ἀνδρὶ πολίτᾳ.
Σωρὸν γὰρ εἶχε χρημάτων μεμναμένοις
Τελεῖν ἐπίχειρα.
Πολλὰ γὰρ ποττὰν ζωὰν τοῖς παισὶν εἶπε χρήσιμα.
Μεγάλα χάρις αὐτῷ.

Laudat eum ὅτι πρὸς ζωὰν εἶπε χρήσιμα, et quidem παισί, qui Oeconomiae nondum ſunt capaces, multo minus, quae ad plures pertinet, Politicae. Haec igitur pars diutius Poëtarum fuit, quam Comicorum; quia prius fuit Poetae nomen quam Comici. Ac Poetae docuerant τὰ πρὸς ζωὰν χρήσιμα, priuſquam extaret apud Siculos Comoedia, ad quos τὰ δραματικὰ et eorum inuentionem, vt ex voce δρᾶν, quae κατὰ διάλεκτον illorum eſt aut vicinorum, probat Ariſtoteles, proprie ſpectat. Atque haec cauſa eſt cur Philoſophi, et praecipue ſeptem illi Graeciae, neglecta plerumque (non ſemper tamen) Μελοποιΐᾳ, id eſt, numeris et ſimilibus (nam ita nos illam vocem qua de Muſica vtitur Plato, ſumimus) ſententias in quibus de moribus, de Deo, de virtute egerunt, quae ad hanc παιδείαν ſpectabant ἄσματα καὶ ᾀδόμενα dixerint. Vnde Thaletis ἄσματα, et aliorum fere omnium a Laertio citantur: quae *Carmina* a veteribus Latinis dicta ſunt. Quod, quia a nemine adhuc oſtenſum eſt, monere lubet; cum inſtituto noſtro maxime conducat. Hinc illud apud Dionyſium Catonem:

Si DEVS eſt animus, nobis vt Carmina dicunt.

Carmina, id eſt, dicta Philoſophorum. Cauſa eſt, quia dicta illa breuia, quibus ſententias ſuas, de Deo, deque reliquis includebant, ᾀδόμενα dicebant, id eſt, *Carmina*. Sic ᾀδόμενον Thaletis illud extat:

Οὔτι τὰ πολλὰ ἔπη Φρονίμην ἀπεφήνατο δόξαν.

Chilonis:

Ἐν λιθίναις ἀκόναις χρυσὸς ἐξετάζεται.

Hodieque, quod obſeruatum non fuit, ᾀδόμενα, ſiue ἄσματα habemus, in libello illo, qui a moribus Cato inſcribitur. Primo enim in ᾀδομένοις de Deo agebatur quod et ſequutus eſt ille: qui vt propoſiti ſui rationem occulte redderet, citat continuo τὰ ᾀδόμενα, additque, *nobis vt Carmina dicunt*, id eſt: ὥσπερ ἐν τοῖς ᾀδομένοις τῶν Φιλοσόφων τῶν πάλαι γράφεται. Atque haec cauſa eſt, cur breues ſententias praemittat: vt, Aleam fuge, et ſimilia. In prioribus enim illis filium ſuum inſtruit, ſicut in Hypothecis Heſiodi alumnum ſuum Chiron. His cognoſcendis aliquantum temporis impendere poterant in praelectionibus ſuis triuiales quidam, prius quam Poeticen vniuerſam, in qua non ſolum nihil vident,

ſed cuius vſum ignorant, in contemtum adducerent, et minus certe ocio ſuo abuterentur. Inuenirent numquam tam humiliter Platonem et Ariſtotelem de Poetis ſenſiſſe, quin ſemper ex illis diſcerent. Nos pergamus. Prima igitur materies qua hominibus innotuerunt Poetae haec doctrina fuit, quae primo ἔργων tractatur: nimirum, ὑποθέτησις et παραινετικαὶ ὑποθῆκαι. Hoc fine vitae hominum adhibebantur, vt vel aetate prouectiores docerent, ſicut Perſen Heſiodus: vel minores, et qui modum viuendi habere nondum poterant. Comicus diuidit eos, qui virtutem docent in διδασκάλους, καὶ ποιητάς. Ab alteris pueros, ab alteris prouectiores doceri vult.

— — τοῖς μὲν γὰρ (inquit) παιδαριδίοισιν
Ἔστι διδάσκαλος, ὅσις φράζει, ταῖς δ' ἡβῶσι ποιητής.

Vtrumque tamen confunditur. Et praeſentia enim ſua, et poſtea ſcriptis, temperantiae et iuſtitiae magiſtri erant publici, quibus ἐπὶ ἀρετῆς παιδείᾳ maximi quique nobiliſſimique committebantur. Vnde etiamnum Platonis aetate vox σοφὸς Poetis, tamquam propria, attributa fuit. Qui ſemper ὁ σοφὸς Ἡσίοδος, ὁ σοφὸς Ὅμηρος, ὁ σοφὸς Ἀρχίλοχος, vt et multis poſt eum aetatibus, quamuis ignota eſſet cauſa. Sic de Repub. 2. poſtquam de Homero, Heſiodo, et Muſaeo egerat, Οὐκοῦν, inquit, ἐπειδὴ τὸ δοκεῖν, ὡς δηλοῖ μοι οἱ σοφοὶ καὶ τὴν ἀλήθειαν βιᾶται, καὶ κύριον εὐδαιμονίας. Paullo poſt: Τὴν δὲ τοῦ σοφωτάτου Ἀρχιλόχου ἀλωπεκᾶ ἑλκτέον ἐξόπισθεν, κερδαλέαν καὶ ποικίλην. Primum, quod docebant olim, fuit temperantia. Ingenuorum itaque liberis ante pubertatem continuo praeficiebantur, vt proſpicerent, ne forte auderent τῆς ὥρας χαρίζεσθαι, quos παιδαγωγοὺς Graeci, Athenienſes ἀκολάθους, Latini *Comites*, *Cuſtodes*, antiquiores etiam εὐνέχους et ἀοιδοὺς dixerunt: quamuis eorum proprie munus docere eſſet. Ἀκόλουθοι ſaepe apud Platonem dicuntur. Alcibiades in Conuiuio negat ſe, quod formoſus eſſet, abſque ἀκολούθῳ, primo Socratem adire auſum fuiſſe: Ἔφρόνουν γὰρ ἤδη ἐπὶ τῇ ὥρᾳ, inquit, θαυμάσιον ὅσον, ταῦτα οὖν διανοηθεὶς πρὸ τοῦ ἐκ εἰωθὼς ἄνευ ἀκολούθου μόνος μετ' αὐτοῦ γίνεσθαι, τότε ἀποπέμπων τὸν ἀκόλουθον, μόνος συνεγινόμην. Et in Charmide: ἀλλὰ καλῶς ἔφη λέγεις, καὶ καλέσιν αὐτὸν καὶ ἅμα πρὸς τὸν ἀκόλουθον, ναὶ ἔφη καλεῖ Χαρμίδην. In cuius vocis interpretatione labitur doctiſſimus Politianus. Virgilius eoſdem ſimili ratione *Comites*, dixit, qua Graeci ἀκολούθους, Lib. Aeneid. 5.

At pater Aeneas nondum certamine miſſo
Cuſtodem ad ſeſe comitemque impubis Iuli
Epitidem vocat.

Ex

Ex his rursus antiquissimi illi fuere, quibus matronae καὶ τὸ γυναικεῖον committebatur. Qualis celeberrimus ille Homeri fuit Odyss. γ. qui ἀοιδὸς ab illo dicitur. Iidem σπάδωνες et εὐνῆχοι postea Graecis, Latinis *Custodes* dicti sunt. Hesychius, ἀοιδὸς, ᾠδὸς, κιθαρῳδὸς, καὶ ὁ ποιητὴς, καὶ ὁ θρηνῳδὸς, ὁ εὐνῆχος ποδῶν. Manifeste ἀοιδὸν εὐνῆχον exponit. Quid vero sit εὐνῆχος ποδῶν, numquam intellexi, donec approbante tandem mirum in modum maximo Scaligero, εὐνῆχος, σπάδων, emendaui. Veteres enim Magistri, ἀοιδὸν illum Homeri, qui in officio Agamemnonis vxorem continebat, εὐνῆχον, interpretati sunt, quo respicit antiquarum omnium Glossarum Epitomator, earum praesertim, quae ad Homerum spectant, Hesychius: qui non aliud in animo habuit, cum ἀοιδὸν, σπάδωνα interpretatur, quam quod diximus. Idem Hesych. Ἀοιδοὶ, περιβόητοι, ὀνομαστοὶ, ἢ εὐνῆχοι. Eustathius; τινὲς δὲ ἀοιδὸν τὸν εὐνῆχον παρενόησαν, ὡς αἰδοῖα μὴ ἔχοντα: de eo enim Homerico ἀοιδῷ quid non excogitarunt Veteres? Sententiam illam reprobat Didymus, seu quicumque est, cuius breuia in Odysseam Scholia habemus. τὸ γὰρ ἀρχαῖον οἱ ἀοιδοὶ φιλοσόφων τάξιν ἐπεῖχον· τινὲς δὲ κακῶς νοήσαντες τὸν εὐνῆχον ἀπέδοσαν. Sed neuter mentem Veterum intellexit, nec Eustathius, nec commentator ille. Nam qui ἀοιδὸν εὐνῆχον esse dixerunt, τὴν τάξιν respexerunt: non autem τὴν τοῦ σώματος λώβην, id est, munus, non priuationem corporis: quamobrem errat Eustathius, qui εὐνῆχον exponit, τὸν αἰδοῖα μὴ ἔχοντα. Nam cum ἀοιδὸν illum Veteres εὐνῆχον exponunt, nihil aliud volunt, quam si nos *Custodem* exponeremus: quia *Eunuchi* iidem dicebantur, qui *Custodes* postea. Quippe cum σωφρονιστὰι Poetae essent, et custodiae ab antiquis faeminarum praeficerentur, quo res extra suspicionem esset, Eunuchi illi muneri apud Barbaros adhibebantur: qui postquam γυναικωνίτιδα non modo occuparant, sed et puerorum curae praefuerant, manifestam integris gentibus ruinam inuexerunt. Atque hoc est de quo libro de legib. III. conqueritur Plato, διεφθαρμένην τὴν παιδείαν ὑπὸ τῆς λεγομένης εὐδαιμονίας τὴν Μηδικὴν, ἐπεὶ περιεῖδον ὑπὸ γυναικῶν καὶ εὐνούχων παιδευθέντας αὐτῶν τοὺς υἱούς. Apud Graecos et Romanos cum obtinuit haec corruptela, non aliam τάξιν habuerunt quam Homericus ἀοιδὸς, quamuis mutilati et moribus dissimiles. Talis erat, in quem elegantissima Nasonis exstat elegia,

Hei mihi quod dominam, nec vir, nec foemina seruas!

Εὐνῆχοι igitur et σπάδωνες, οἱ ἀοιδοὶ ab Hesychio dicuntur, non quod Homeri tempore idem erant, sed quod postea idem

munus

munus ſpadones obtinuerint. Illi enim ſunt qui poſtea a Naſone, Propertio, Plauto et reliquis *Cuſtodes* dici coeperunt. Apud antiquos certum eſt, continentiae magiſtros, quamuis integri eſſent, εὐνέχες dictos eſſe: quod nomen temperantiae eſt, non foeditatis. Cauſa haec eſt. Vetuſtiſſimi τὸ εὖ νῷν ἔχειν intemperantiae directe opponebant, cuius partes omnes ἀνόητα dicebant. Vnde illud apud Comicum, ὕπνε τ' ἀπέχεσθαι, καὶ ἀνοήτων πάντων. Opponebant enim σωφροσύνην καὶ ἀφροσύνην, id eſt, *temperantiam et dementiam*, ſicut poſtea σωφροσύνην et ἀκολασίαν Philoſophi. Atque hoc eſt quod notat Ariſtot. Nicom. VII. c. XI. ἔτι ἐμπέδιον τῷ φρονεῖν αἱ ἡδοναὶ, καὶ ὅσῳ μᾶλλον χαίρει, μᾶλλον οἷον τὴν τῶν Ἀφροδισίων· ἀδέναι γὰρ δύνασθαί τι νοῆσαι ἐν αὐτῇ. Vnde pro ἀφροδισιάζεσθαι, μωραίνειν dicebant et ἀφρονεῖν, et apud Comicos σιναμωροι ſunt οἱ κατωφερεῖς. Atque hac ratione, vt in Rhetoricis notat idem Philoſophus, factum ſuum excuſabat Helene apud Euripidem, quod ἡ Ἀφροδίτη nihil aliud eſſet, quam ἡ τῆς ἀφρουσύνης ἄρχουσα. Καὶ μῶρα γὰρ πάντ' ἐσὶν Ἀφροδίτη βροτοῖς, Καὶ τἀνομ' ὀρθῶς ἀφροσύνης ἄρχει θεᾶς. Hinc humanae ſapientiae princeps Homerus, de caſta muliere quoties agit,

— — Φρεσὶν, inquit, κήχρητ' ἀγαθῇσι,

id eſt, ad verbum, εὖ νῷν εἶχε. Haec quoque cauſa eſt, cur Horatius τὸν σωφρονοῦντα *integrum* vocet:

— — *et integrae*
Tentator Orion Dianae,
Virginea domitus ſagitta.

Integrae, id eſt, *caſtae*, et vt Homerus loquitur, Φρεσὶν ἀγαθαῖς κεχρημένης. Sic *integrum* opponit alibi *amanti*:

Brachia et vultus teretesque ſuras
Integer laudo: fuge ſuſpicari,
Cuius octauum trepidauit aetas
Claudere luſtrum.

Putabant videlicet, intemperantiam mentis eſſe mutilationem καὶ πήρωσιν: quemadmodum auditoribus noſtris ibi pluribus, ex Philoſophis, oſtendimus. Nunc enim quantum poſſumus a multorum auctorum teſtimoniis abſtinebimus, et ad inſtitutum noſtrum pergemus. Et certe omnis fere vitii nomine τὸ ἀφροδισιακὸν notabant Veteres. Sic ὕβρις a Comico rei Venereae intemperantia dicitur, et ὑβριζὴς maritus qui a coniuge ſua ſaepe vna nocte τὴν χάριν flagitat. Negat enim Theſeum ὑβριζὴν fuiſſe, ſed σωφρονοῦντα.

— — ὃ γὰρ ἦν ὑβριζὴς
Οὐδ' ἡδὺς ἐν τοῖς ῥεώμασι τὴν νύκτα παννυχίζειν,
Γυνὴ δὲ σιναμωρεμένη χαίρει. More

More enim Atticorum ſuorum loquutus eſt, qui ὕβριν τὴν ἀκολασίαν, et ὑβριςὴν τὸν ἀκόλαςον dicebant. Sic Tyrius Maximus τὸν ὑβριςὴν ἔρωτα opponit, vel amori Platonico, vel τῇ σωφροσύνῃ. Serm. 10. Ἀλλὰ αἰσχρὸν μὲν θέαμα, ἵππος ἀφετὸς, αἰσχρὸν δὲ ἄκεσμα ὑβριςὴς ἔρως. ἔτος ἐςιν ὁ ἔρως ὁ τὰς ἐρημικὰς πηδῶν, ἔτος ὁ ποταμὸς περῶν, ὁ ξίφος λαμβάνων. Et Serm. 6. Οὗτος τῆς πολιτείας τρόπος, οὐκ ἐν Πειραεῖ πλαττόμενος, οὐδὲ ἐν Κρήτῃ νομοθετούμενος, ἀλλ' ἐπὶ προφάσει ἡρωϊκῇ ὑπὸ φιλοσόφε δεικνύμενος, δι' οἰκονομίας ἡρωϊκῆς. ἄρχοντες αὐτάρκεις, προβεβουλευόμενοι, ἀριςῆες ἀγαθοὶ προπολεμοῦντες. γυνὴ σώφρων, ἀντιτατταμένη ὑβριςαῖς νεανίαις. Et 32. ὑβρίζειν ἀντὶ τοῦ ἀκολαςαίνειν posuit, et partes Venereas, τὰ ὑβρίζειν πεφυκότα dixit, λιχνευέτω ἡ γλῶττα. τηκέσθωσαν οἱ ὀφθαλμοὶ, ἐκλυέτω ἡ ἀκοὴ. πληρέσθω ἡ γαςὴρ, ὑβριζέτω τὰ ὑβρίζειν πεφυκότα. Dicebant et ἀδικίαν, et vice verſa δικαίας τὰς σωφρονούντας. Syneſius antiquarum elegantiarum magnus imitator: τὰ γὰρ εἰς Ἀφροδίτην ἐγὼ δικαιότατος καὶ τῷ Βελλεροφόντῃ σωφρυσύνης ἀμφισβητήσαιμι. Ariſtoteles Rhetoric. 2. τὰς σώφρονας laudat, ὅτι οὐκ ἄδικοι. Εὐνοῦχοι igitur apud Veteres qui fuerint apparet. Atque haec cauſa eſt, cur idem Syneſius Encomio calvitiei, vbi de Homerico ἀοιδῷ agit, Cometen eum fuiſſe negat, quales poſtea molliſſimi illi Eunuchi erant: Οἶμαι δὲ ἐγὼ καὶ τὸν ἀοιδὸν ὃν Ἀγαμέμνων τῇ Κλυταιμνήςρᾳ μελεδωνὸν ἀπολέλοιπε, τοῦ καθ' ἡμᾶς εἶναι γένους. κομήτῃ γὰρ οὐκ ἄν ποτε γύναιον ἐνδιαβεβλημένης οἰκίας ἐπίςευσε. Atque haec quidem de Παιδείᾳ, et de iis qui hanc apud Veteres τῇ τάξει profeſſi ſunt.

CAPVT VII.

Aliquantum iam promouimus. Oſtendimus, primo Heſiodi, nihil commune eſſe cum ſecundo: niſi quatenus in eo proponitur, aut quatenus ad ea praeparat lectorem in primo, quae eſt traditurus in ſecundo (adhuc enim loquimur cum vulgo qui in libros diuiſit hoc ſcriptum: quam recte autem ſigillatim poſtea oſtendemus.) Quam multi ſint quos ipſa deceperit inſcriptio Veteres Recentioreſque, dubium ei eſſe non poteſt, qui diuerſitatem conſiderat ſententiarum; quae vt omnes verae eſſe non poſſunt, ita omnes falſae eſſe poſſunt. Et vt omnes de poſterioribus duobus aliquid ſtatuerunt: ita primum penitus vel neglexiſſe, vel in iudicio de eo ferendo caecutiuiſſe videntur. Quod omnino aliud illius ſit κριτήριον, quam reliquorum. Quod ſi alibi in Veterum ſcriptis ſepultum conclamatumque inueniamus, operam nos non luſiſſe exiſtima-

ſtimabimus. Canum igitur in morem qui ἐινηλατοῦντες ad cubile ferae deducuntur, veſtigia ſequemur: vt nimirum videamus, an ex odoratu aliquid a nobis deprehendi poſſit. Seruius ad primum Georgic. ita de Poeta ſuo, ſimulque de hoc noſtro, et de his libris agit: *Ingenii autem egit arte, vt potentiam nobis ſui indicaret ingenii, coarctando lata, et anguſtiora dilatando. Nam cum Homeri et Theocriti breuitate ſcripta collegerit, vnum Heſiodi librum diuiſit in quatuor.* Cum autem Grammaticus ille, de libris ad Perſen loquatur, quos Maronem ibi fruſtra expreſſiſſe exiſtimauit, vnum librum tantum nouit, qui eſt procul dubio ſecundus: in quo de Agricultura agitur; quamuis non ex inſtituto primo, et propoſito Poëtae. Ita primum a ſecundo penitus diiunxit. In his cum nec Suidas, qui ſimpliciter τῶν Ἔργων meminit, neque reliquorum quiſquam, auxilium ferat nobis, iterum ad eum recurremus, qui fuſiſſime ſcripta eius pleraque recenſet, et ob oculos ponit. Is autem eſt Manilius, qui hoc modo:

— — *ſed proximus illi*
Heſiodus memorat Diuos Diuumque parentes,
Et Chaos enixum terras, orbemque ſub illo
Infantem, et primum titubantia ſidera corpus.
Titanas iuuiſſe Iouis cunabula magni:
Et ſub fratre viri nomen, ſine fratre parentis,
Atque iterum patrio naſcentem corpore Bacchum,
Omniaque immenſo volitantia numina mundo
Quin etiam ruris cultus, etc.

Heſiodus cum diuerſa libro primo pertractet, praecipuum eſt quod ibi primus manifeſte ſecundam τῶν λογικῶν ſpeciem commemorat, de quibus aliquoties inculcat, et ſub quibus ſaeculum ſuum collocat (cur autem et qua ratione infra dicemus) nimirum τὲς Δαίμονας, qui in ἐπιθυμητικῷ, in quo ſcripſit Heſiodus, inſpectores rerum humanarum, et legati quaſi primae Diuinitatis, id eſt, τῆς πρώτης τῶν θεῶν δυνάμεως, quam Iouem illi dicunt, circa terram praeſentes verſari exiſtimabantur: vnde ἐπιχθόνιοι a Poëta appellantur. Eo ſpectant illa,

Τοὶ μὲν δαίμονές εἰσι Διὸς μεγάλε διὰ βελὰς,
Ἐσθλοὶ, ἐπιχθόνιοι, Φύλακες θνητῶν ἀνθρώπων,
Οἵ ῥα Φυλάσσεσίν τε δίκας, καὶ σχέτλια ἔργα
Ἠέρα ἑσσάμενοι, πάντη Φοιτῶντες ἐπ' αἶαν
Πλουτοδόται.

Item:

Τρὶς γὰρ μύριοί εἰσιν ἐπὶ χθονὶ πολυβοτείρη
Ἀθάνατοι Ζηνὸς Φύλακες θνητῶν ἀνθρώπων,

Οἵ

Οἵ ῥα φυλάσσουσίν τε δίκας καὶ σχέτλια ἔργα,
Ἠέρα ἑσσάμενοι, πάντη φοιτῶντες ἐπ' αἶαν.

Manilius igitur κριτήριον huius libri primi esse voluit, id de quo praecipue agitur. Quia primus Hesiodus, vt ex aliis etiam Veterum ostendemus, quemadmodum in Θεογονίᾳ de Diis, siue de prima Diuinitatis specie; ita in hoc libro primus distincte de secunda egit, nimirum περὶ τῶν Δαιμόνων, περὶ τῶν ποταμῶν θεῶν. Quod quidem κριτήριον omnibus de quibus infra disputabimus, cum cohaerentiam totius doctrinae ostendemus, firmiter stabilietur. Haec secunda Diuinitatis species, siue εἶδος λογικὸν, duabus proprietatibus, quae peculiariter conueniunt illi, a Poëtis distinguitur. Prior est, quod *volare* eos dicant, deinde quod circa terram, quod Latinus Poëta dixit, *toto mundo versari.* Ab altero Hesiodus eos φοιτῶντας, ab altero ἐπιχθονίους dixit: vtrumque quoque in Manilio est. Manilius itaque Deos illos de quibus Hesiodum hoc libro egisse ait, *numina volantia*, dixit: quorum descriptionem, quod nulli vnquam in mentem venit, huius libri subiectum facit. Ac primo φοιτῶντας eos vocat ea ratione auctor noster, qua manifestius ποτανοὶ dicebantur, quod ad verbum cum voce Manilii conuenit. Ita in oraculo quodam apud Eusebium Praeparationis Euangelicae Lib. IV.

Ὅσσοι δ' ἀμφὶ γαῖαν ποτεώμενοι αἰὲν ἔασιν
Τοῖσδε φόνε πλήσας πάντη πυριπληθέα βωμὸν
Ἐν πυρὶ βάλλε δέμας θύσας ζωοῖο ποτανᾶ.

Nec aliud in animo habebant Veteres, cum illis *volatilia* tantum, id est, ποτανὰ, vt in oraculo est, sacrificarent. Eadem ratione et a Graecis Theologis πλάνον γένος dicebantur, id est, *genus vagum*, quae vox Hesiodicum illud φοιτῶντας ad verbum exprimit, et ἀλινδούμενοι θεοὶ, καὶ κυλινδούμενοι, id est, *volubiles Dii.* Synesius de insomniis: Τὸ γὰρ ἢ πάντως, ἢ παρὰ μικρὸν ἀληθίζεσθαι, θεῖόν ἐστιν, ἢ πέλας τοῦ θείου. τὸ δέ γε πλάνον ἐν ταῖς προρρήσεσιν ἀληκτικόν ἐστι τῶν ἀλινδουμένων εἰς ὕλην, ἐμπαθὲς καὶ φιλότιμον. Eadem ratione eos et ἀληκτικὰς dicebant, quod loco certo non continerentur; tamquam, vt loquitur Niceph. Synesii Schol. λήξιν καὶ τόπον ἐκ ἔχοντας. Eadem ratione οἱ πέριξ dicebantur: quod humanae vitae inspectores per totum vniuersum diffunderentur, tamquam, vt idem loquitur, περιβλέποντες τοῦ μεγάλου θεῶν βασιλέως ὀφθαλμοί. Secunda proprietas est, cum *in mundo volitare* dixit: *mundus* enim est quod χθὼν et γαῖα Hesiodo et aliis: vnde ἐπιχθόνιοι, et φοιτῶντες ἐπ' αἶαν, et in oraculo ποτώμενοι ἀμφὶ γαῖαν dicuntur. Atque haec causa est, cur a Chaldaeis θῆρες χθονὸς dicerentur. Quamquam

Pythago-

Pythagoricam vocem proprie expreſſit Manilius, qui ἐγκοσμίους θεὰς dicebant. Poſtremo, quod et addi poteſt, manifeſte per vocem *Omnia*, vocem Heſiodi μύριοι expreſſit, aut τρὶς μύριοι. quod Manilius eſſe ἀόριστον oſtendit. Quare eam vocem Clemens aliique patres ἐπὶ χλευασμῷ referunt, propter multitudinem. Τρὶς μύριοι itaque Manilius vertit, *omnia*, ſequutus procul dubio Interpretes vetuſtiſſimos, quales tum temporis extabant in Heſiodum multi, qui illud τρὶς μύριοι exponebant πάντες: quod etiamnum in Proclo habemus, his verbis: ἡ μὲν μυριὰς δηλοῖ τὸν πάντα τῶν δαιμόνων ἀριθμὸν, ἐν ᾧ παραλαμβάνεται τὸ δαιμόνιον γένος, et plura quae eo ſpectant. De iis egiſſe primo Heſiodum primoque diſtinxiſſe τὸ λογικὸν, in libro Περὶ τῶν ἐλλελοιπότων χρησμῶν Plutarchus oſtendit: Ἡσίοδος δὲ καθαρῶς καὶ διωρισμένως πρώτως ἐξέθηκε τῶν λογικῶν τέσσαρα γένη· θεὰς, εἶτα δαίμονας πολλὰς κ' ἀγαθὰς, εἶτα ἥρωας, εἶτα ἀνθρώπους, τῶν ἡμιθέων εἰς ἀνθρώπους ἀποκριθέντων. Conſtituit igitur κριτήριον horum librorum τὴν Δαιμονολογίαν. Partim quod circa eam tota doctrina, quae hic traditur verſetur; id quod breui apparebit: partim quod minime inuſitatum eſſet, a parte libro inſcriptionem imponere. Sicut enim Rhapſodi inter canendum Homeri libros diuidebant; ſic citharoedi totum τῶν Ἔργων in conuiuiis cum ad citharam canerent. Vbi illud etiam notandum venit, de quo infra agimus, non in libros diſtinctum fuiſſe hoc ſcriptum, ſicut hodie circumfertur, quod valde recens eſt, ſed in partes ſuas. Apud Plutarchum in Sympoſiacis, citharoedus qui haec Heſiodi canebat, cum Homerico Rhapſodo certat: citharoedus ab eo verſu inchoat, Οὐκ ἄρα μῦθον ἔην. Quod carmen περὶ τῶν ἐριδῶν fuit. Rhapſodus vero ab illo Homerico, Ζεὺς δ' Ἥρην ἐκάλεσσε κασιγνήτην ἀλοχόν τε, in nuptiis Ptolemaei. Carmen περὶ τῶν ἐριδῶν ſequitur Pandora. In Pandora rurſus ſunt minutae partes, qualis eſt πιθοιγία et aliae, quarum Grammatici meminerunt. Pandoram ſequuntur Periodi, ſeu pars illa quae τὰς λήξεις continet, vſque ad τὴν ἐξύμνησιν τῶν ἡρώων, quae ibi deſinit, Μηκέτ' ἔπειτ' ὤφειλον ἐγώ. Prima λῆξις eſt aetatis aureae, quae τὺς Δαίμονας conſtituit: quos, vt dixi, ποτανὺς antiqui, Manilius *volantia numina* dixit. Sicut autem minime inſolens erat, librum integrum Iliados a parte dicere Πατρώκλειαν, vel λύτρα, vel ὁρκίων ἀφάνισιν, vel ὁρκίων κατάχυσιν, Odyſſeae, Κυκλώπειαν et νεκυίαν, et quod plus eſt, interdum a voce vnica, in illo aut illo libro obuia, ſicut Iliados quartus liber ἐπιπώλησις dicitur, quod ibi dixerat de rege Poeta, ἐπιπωλεῖται ϛίχας ἀνδρῶν. Euſtathius: Οἱ δὲ σχο-

σχολιασαὶ πολλαχῶ μέμνηνται καὶ χωρὶς τινὸς προσθήκης τῆς ἐπιπωλήσεως· οἷον ὅτι φησὶν ὁ ποιητὴς ἐν τῇ ἐπιπωλήσει, ἤγουν ἐν τῇ Δ ῥαψωδίᾳ: et paullo poſt, ἐπιπώλησις δὲ καλεῖται ἡ Δ ῥαψωδία, διότι ἐν αὐτῇ ἐπιπωλεῖται σίχας ἀνδρῶν ὁ βασιλεύς. Ita interdum et a prima voce partem integram diſtinguere: ſicut Βοιωτία Poetae catalogus appellatus fuit: vt nimirum memoriae conſuleretur Rhapſodorum: ita quoque Δαιμονολογίαν primum τῶν Ἔργων vocat Manilius, quod ex illa parte pleraque dependeant. Sicut autem Tragoediae nihil aliud, quod ad Oeconomiam, quam τεμάχη poeſeos Homericae erant, et exiguam aliquam partem comprehendebant, propter anguſtiam Tragicae periodi, quae exiguis limitibus terminatur: ſecus ſi fiebat, ἐποποιϊκοῦ et πολυμύθε nomen incurrebat Poeta, qualis fuit Agathon, teſte Ariſtotele, qui in eo ſolo peccauit, alias probus, et vt cum Comico loquar, τῶν γνησίων. Ita Scholiorum auctores, Alcaeus, Anacreon, Praxilla, et alii, in partes Heſiodi παραινετικὰ diuidebant: quod antea fecerant οἱ πρὸς λύραν ᾄδοντες. Primum enim Scholiorum argumentum παραίνεσις fuit. Athen. καλὴν δὲ ταύτην ἐνόμιζον, τὴν παραίνεσιν τε τινὰ καὶ γνώμην ἔχειν δοκοῦσαν χρησίμην εἰς τὸν βίον. Ita, vt dixi, hos libros in partes et membra diuidere ſolebant. quorum non vltimum eſt, ἡ Δαιμονολογία. Quod κριτήριον inventum retinebimus, donec quomodo in ſequentibus magis magiſque cohaereat, et quem locum in reliquis partibus habeat, oſtenderimus. Si quis igitur potiſſimam huius libri primi partem quaerat; dicam eſſe ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΠΕΡΙΞ.

CAPVT VIII.

Inuenta aliqua libri primi nota, illud tenendum: duplicem Παιδείαν, ſiue docendi Poetarum vetuſtiſſimis fuiſſe rationem: quarum vtraque in hoc locum habet. Eſt enim vel adumbrata, vel manifeſta. Adumbrata eſt, quae vel fabuloſis narrationibus conſtat, vt de Pandora, vel fabulis, vt de Accipitre. Manifeſta, vt praecepta de moribus in primo, de adminiſtratione domeſtica in ſecundo. Nos ea quae tractanda nobis ſunt pertexemus, quaeque ad priorem ſpectant Παιδείαν explicabimus: quae ad poſteriorem oſtendemus. Diuiſio libri vtriuſque, quod ad contentum haec eſt, Agricultura et Navigatio, Γεωργία καὶ πλοῦς: finis vtriuſque idem ἡ κτῆσις. A praecepto inchoat, deſumto a diuiſione τῆς ἔριδος: quarum alteram improbat, bella nimirum et iudicia, quod a propoſito patrisfamilias abhorreant: alteram laudat, quae ad eumdem finem tendit, ad quem Oeconomice, τὸν τῶν ἐπιτηδείων πό-

ρον. Post hanc diuisionem operis, sequitur diuisio ex obliquo, et in transitu quasi, his verbis, Αἶψά κε πηδάλιον. Vbi duo proponuntur circa quae cura et industria hominis, cui res familiaris curae sit, versari debeat. Alterum est πλῶτος, qui e terra petitur, et designatur per ἔργα βοῶν: quo vniuersus terrae cultus, et quae ex ea proueniunt, comprehenduntur: ὁ πλώς, qui sub se comprehendit τὸν πόρον, quae est altera vitae comparandae ratio, quam designat τὸ πηδάλιον. Vtriusque rationem cum labore coniunctam esse ait, causa hominum: quorum scelus in Promethei fraudem deriuat, τῷ ἀπατῶντος τὸν Δία. Hac occasione, elegantissima intexitur Pandorae fabula, ex qua cum potissima huius libri atque adeo totius doctrinae dependeat ratio, Graeculi tamen, vt solent, loquacitate sua non tam spem nobis explicandae allegoriae illius quam voluntatem paene praeripuerunt. Dicemus tamen non ea tantum, quae totius operis Hesiodi proposito maxime conducere videbuntur; sed et quae vera sunt, et necessaria, et sine quibus, quae his libris traduntur intelligi posse nemo sanus concedet. Porro priusquam id quod de Pandora dicitur, aggrediamur, doctrina Periodica explicanda est, quae Pandorae πρωθυςέρως, et more Poetis vsitato subiungitur, cum praemittenda fuerit.

CAPVT IX.

Periodos veteres Platonici, ex opinione praeceptoris sui, duas statuebant: quarum altera mundum a Dius regi existimabant: altera tamquam animalem sibi et industriae suae, hominumque προμηθείᾳ permitti, de quibus ex opinione veterum Poetarum multa in Politico suo Plato, qui inter alia: τὸ γὰρ πᾶν τόδε, τότε μὲν αὐτὸς ὁ θεὸς ξυμποδηγεῖ πορευόμενον, καὶ συγκυκλεῖ, τότε δ' ἀνῆκεν, ὅταν αἱ περιόδοι τῷ προσήκοντος αὐτῷ μέτρον εἰλήφασιν ἤδη χρόνῳ. τὸ δὲ πάλιν αὐτόματον ἐς τἀναντία περιάγεται, ζῷον ὄν, καὶ φρόνησιν εἰληχὸς ἐκ τοῦ συναρμόσαντος αὐτὸ κατ' ἀρχάς. τοῦτο δὲ αὐτῷ τὸ ἀναπαλιν ἰέναι, διὰ τόδε ἐξ ἀνάγκης ἔμφυτον γέγονε. Statuit Plato, interdum a Deo moueri, regi, flectique hoc vniuersum, donec expletus sit ille ambitus: tum rursus sua sponte mundum regi, sibique permitti. Huius alterius Periodi exemplum, sub Saturno locabant: cuius felicitatem ἐν τῷ τοῦ βίου αὐτομάτῳ, id est, spontanea rerum omnium suppeditatione, sine labore vllo statuebant: quae vita excludebat τὴν προμήθειαν οἰκονομικήν: id est, humanam in tuenda et comparanda re familiari curam, quia sub τῇ

προνοίᾳ

προνοίᾳ multo felicius, agebat: ideoque merito cum eo Plato Monarcham ſuum confert, Τόδ' ἂν τῶν ἀνθρώπων λεχθὲν αὐτομάτῳ περὶ βίᾳ, διὰ τὸ τοιόνδε εἴρηται, inquit, θεὸς ἔνεμεν αὐτὰς, ἐπισατῶν; id eſt: *Quod igitur de ſpontanea illa hominum vita dicitur, ob hanc cauſam dictum eſt: quia ipſe Deus ipſos alebat, tanquam rex eorum et praeſes.* Multa ibidem talia: in quibus verbis fere Heſiodi, quamuis nuſquam meminerit eius, Periodi illius felicitatem deſcribit. Sicut igitur Periodus haec felix et ſub imperio Deorum, ſic deficiente hac et elapſa, vt diuinum imperium, ita benignitas Deorum defecit, et felicitas humana. Sicut prius ſaeculum ſub Deo eſt, ita alterum ſub Fortuna et collegis eius τοῖς Δαίμοσιν. Igitur vt res ſit dilucidior, ſub altero τὸ τῷ βίῳ αὐτόματον ſtatuebant, ſub altero τὸ ἀναγκαῖον, ſub altero vitam ſponte affluentem, ſub altero vitae comparandae, labore multo et induſtria, neceſſitatem: in quo Iupiter et ſinguli Dii ea quae prius ipſi miniſtrabant, quae hominibus ſine cura, ſine labore, ſine Oeconomica ratione, ſuppeditabant, fortunae permiſerunt, aut, vt Plato τῇ εἱμαρμένῃ καὶ ἐπιθυμίᾳ. Vnde maximo labore ſingula hominibus inueſtiganda fuerunt: ſinguli enim Dii ſingula dona ſua ſecum ſuſtulerunt, quod Heſiodus κρύπτειν βίον dicit eleganter. Plato ibidem: ἐπειδὴ τάχιστα ἐκ θεῶν, ὅπερ ἐρρήθη, νῦν δὴ τῆς ἐπιμελείας ἐπέλιπεν ἀνθρώπους, δι' ἑαυτῶν τε ἤδει τήν τε διαγωγὴν καὶ τὴν ἐπιμέλειαν αὐτὰς αὐτῶν ἔχειν. *Poſtquam autem Deorum imperium, de quo iam dictum eſt, hominum curam gerere deſiit, ſibi ipſis illi proſpicere, ſuique curam gerere coacti ſunt.* Pro quibus illis Periodis, quinque Periodica ſaecula, ſeu reuolutiones ſaeculares conſtituit Heſiodus, quarum prima, ſecunda et tertia, ſub ἡγεμονικῷ ſunt: quarta ſub θυμικῷ, quinta ſub ἐπιθυμητικῷ. In quod ſaeculum incidit Heſiodus et Perſes. Ex quo ſequitur, neceſſariam eſſe rei familiaris curam, poſtquam diuitiarum inceſſit cupido, quam ſequuta eſt iudicum iniquitas, quos ignorare ait, Ὅσσον ἐνὶ μαλάχῃ τε καὶ ἀσφοδέλῳ μέγ' ὄνειαρ. id eſt, quam facile olim viueretur, priuſquam Dii humanum genus τῇ ἐπιθυμίᾳ καὶ τῇ τύχῃ permiſerant. Tria ſaecula Heſiodi cur ſub ἡγεμονικῷ collocarim, quartum ſub θυμικῷ, cauſa haec eſt, quod Heroicum, maxime ab Hiſtoricis, celebratum ſit et Poetis, ab hac parte: quales ſunt Thebani, qui μήλων ἕνεκ' Οἰδιπόδαο, et Troiani, qui Ἑλένης ἕνεκ' ἠυκόμοιο, bellum geſſerunt. Huc illa ſpectant ex Photii Excerptis: Θυμῷ δὲ διανισαμένην πολιτείαν τὴν ἐπὶ πολέμους καὶ μάχας, καὶ ὡς ἔπιπαν Φάναι, τὴν περὶ πρωτείων καὶ δόξης ἀγωνιζομένην, οἵαν γενέσθαι τὴν ὑπὸ

τῆς ἱςορίας ἑκάςοτε θρυλλεμένην ἀκούομεν. Fuit ergo de his saeculis Veterum haec opinio. Sicut ex ἡγεμονικῷ factum erat θυμικὸν, ex θυμικῷ ἐπιθυμητικὸν, sic futurum iterum ex ἐπιθυμητικῷ ἡγεμονικὸν, ex ἡγεμονικῷ θυμικὸν, atque ita deinceps. Ita vt perpetuus quidam esset Περιόδων lapsus et reuolutio. Vnde infelicitatem suam deplorat alibi hoc libro Poeta, quod non aut prius natus fuisset, aut serius; ante τὸ ἐπιθυμητικὸν nimirum, aut post illud: sicut suo loco ostendemus. Circa periodorum reuolutionem Hesiodicam, tota Maronis Pollio versatur, cuius rationem ignorarunt Interpretes. Primo enim exspectari ait τὸ ἡγεμονικὸν, sicut sub Saturno fuerat.

Magnus ab integro saeclorum nascitur ordo.
Iam redit et Virgo, redeunt Saturnia regna:
Iam noua progenies caelo demittitur alto.
Tu modo nascenti puero, quo ferrea primum
Desinet, ac toto surget gens aurea mundo,
Casta faue Lucina.

Habes τὸ ἡγεμονικὸν, accipe τὸ ἐπιθυμητικόν:

Pauca tamen suberunt priscae vestigia fraudis,
Quae tentare Thetin ratibus, quae cingere muris
Oppida, quae iubeant telluri infindere sulcos.

Habes τὸ ἐπιθυμητικὸν, aut eius effigiem; iam reuolutionem accipe τῦ θυμικοῦ, quod Heroicum Hesiodo vocatur.

Alter erit tum Tiphys, et altera quae vehat Argo
Delectos Heroas: erunt etiam altera bella,
Atque iterum ad Troiam magnus mittetur Achilles.

Habes τὸ θυμικὸν, vbi vox *iterum*, sicut apud Hesiodum τὸ ἔπειτα, circumuolutionem eiusdem saeculi notat, καὶ τὴν περίοδον. Exitum siue terminum τῦ ἡγεμονικοῦ Maro *vltimam aetatem Sibyllini carminis* vocat: quod τὸ ἡγεμονικὸν vltimum inter aetates erat. Quo desinente, duo priora iterum reuocabantur. Mirum itaque non est, si eius ratio fugerit Seruium: ita vt fuerint nonnulli, inter quos Pomponius Sabinus est, qui Maronem ibi de Hesiodo agere existimarint: *Vel intelligit*, inquit, *de Hesiodo Poeta, cuius Pater Dius fuit, natione Cumaeus: Hesiodus autem libris suis quatuor saeculorum facit mentionem.*

CAPVT X.

Postquam haec constituimus, vlterius eundum erit. Duabus de causis saecula intexit Poeta. Altera est, vt ostendat vitae quaerendae necessitatem, καὶ τὸ ἀναγκαῖον τῶν ἐπιτη-

ἐπιτηδευμάτων μετὰ πόνε καὶ ἐπιμελείας, quae ſub ἐπιθυμητικῷ erat, poſtquam defeciſſent Deorum dona. Altera vt oſtendat τὲς ἐπιςάτας τᾶ ἐπιθυμητικᾶ, qui ſunt Δαίμονες. Primum ſaeculum ficut αὐτομάτως ex terra viuebat: ita et eadem ratione ex ea naſcebantur homines. Vnde Plato eos modo γηγενεῖς, modo γηΐνες vocat. Nota eſt opinio Graecorum veterum de generatione rerum hominumqne e luto terrae, et calore Solis, priuſquam ἐκ τῆς ἀλληλογονίας crearentur. Sicut igitur e terra fiebant, ita rurſus in eamdem fluebant: ita tamen, vt e defectu vnius ſuccederet origo alterius, ne genus interiret. Horum igitur γηγενῶν duo conſtituunt genera: quorum alteri diſſoluebantur; alteri in ſpeciem λογικὴν conuertebantur, et conſtituebant nobilius quid et aërium. In omni vita tria ſtatuunt Platonici; βίον, θάνατον, λῆξιν, ſicut Proclus loquitur: vel, vt nos mallemus, βίον, τελευτὴν, μοῖραν id eſt, vitam, vitae finem, et quod vitae finem ſequitur. Primi igitur ſaeculi homines, quotquot nobiliores erant, poſt emenſum tempus ſuum λῆξιν Δαιμονίαν, ſiue τὲς Δαίμονας τὲς ἐπιχθονίες, conſtituunt. Secundi, τὲς ὑποχθονίες. Tertii ſine λήξει interierunt. Quarti Heroas. Quinti ψυχὴν ἀνθρωπίνην, quos Hierocles περίγεια ζῶα, in libro De fato et prouidentia vocat, vbi eos tertios facit poſt τὰ ἐράνια, quos Deos dicimus. quos ſequuntur τὰ αἰθέρια, quos Daemones appellamus: ὧν τὰ μὲν πρῶτα, inquit, λογικὰ ἐρώνιά τε καὶ θεὲς καλεῖσθαι· ἃ δὲ ἡ μετ' ἐκεῖνο τὸ σύςημα ἔχειν ἔλαχε χώρα, λογικὰ αἰθέρια τε καὶ ἀγαθὲς δαίμονας ὀνομάζει, τῶν τε συμφερόντων ἀνθρώποις ἑρμηνέας τε καὶ ἀγγέλες γενομένες. τὸ δὲ ἀνθρώπειον φῦλον τὴν τελευταίαν τάξιν ἐπέχειν, οὓς περίγειά τε ζῶα καὶ ἀνθρωπίνας ψυχὰς, καὶ (ὡς ἄν εἴποι Πλάτων) ἀθανάτες ὀνομάζεσθαι ἀνθρώπες. Atque ita fit, vt cum quinque ſint ſaecula, quatuor tantum conſtituantur λήξεις. De continuatione primorum ſaeculorum ita Plato: Ἐχόμενον γάρ ἐςι τῷ τὲς πρεσβύτας ἐπὶ τὴν τᾶ παιδὸς ἱένας Φύσιν, ἐκ τῶν τετελευτηκότων αὖ, κειμένων δὲ ἐν γῇ, πάλιν ἐκεῖ ξυνισαμένες καὶ ἀναβιωσκομένες ἕπεσθαι τῇ τροπῇ, συνανακυκλημένης εἰς τἀναντία τῆς γενέσεως, καὶ γηγενεῖς δὴ κατὰ τᾶτον τὸν λόγον ἐξ ἀνάγκης φυομένες, ἄτως ἔχειν τὄνομα, καὶ τὸν λόγον, ὅσες μὴ θεὸς αὐτῶν εἰς ἄλλην μοῖραν ἐκόσμησε. *Homines*, inquit, *primorum ſaeculorum quoſcumque ex iis Deus poſt mortem meliori non deſtinarat conditioni, mutatione ſenectutis in iuuentutem, perpetuam ſucceſſionem conſtituebant; ita vt ex neceſſitate generationis, quae ſemper in contrarium circumfertur, poſtquam aliquamdiu in terra iacuiſſent, rurſus*

reuiuiſcerent. Atque ita e terra nati dicebantur. Vt ex verbis aliquid conſtituamus: duplices illarum aetatum facit homines: alteri perpetua quadam ſerie humanum genus conſtituebant: qui autem puriores et praeſtantiores erant λῆξιν diuinam conſequebantur, et inter Daemones referebantur. Atque haec cauſa eſt, cur ex aetatibus illis λῆξιν conſtituat Poeta, et εἴδη λογικά. E quibus omnibus vnum ſolum inſtituto ſuo applicat. Id autem eſt τὸ τῶν Δαιμόνων. Repetit enim paullo poſt haec de iiſdem:

Τρὶς γὰρ μύριοί εἰσιν ἐπὶ χθονὶ πεπλυβοτείρῃ
Ἀθάνατοι Ζηνὸς, φύλακες θνητῶν ἀνθρώπων.

Cum autem duabus de rebus agat: de Iuſtitia, vt diximus, moribuſque, et de rei familiaris cura; duo τῷ Δαιμόνων γένει miniſteria tribuit, quorum vtrumque inſtituto ipſius conuenit. Primo enim iuſtitiae inſpectores eos facit: ſecundo rei familiaris curam penes eos eſſe oſtendit, cum πλουτοδότας eos vocet. Ne quis exiſtimet fruſtra Manilium κριτήριον horum librorum feciſſe τὰς Δαίμονας, et quae de iis dicuntur.

CAPVT XI.

Poſtquam igitur Deorum cura penitus deſtituiſſet mortale genus; nec vllum praeterquam in ſe praeſidium et in cura diligentiaque ſua homines haberent, et vt Plato loquitur, ἔδει τὴν διαγωγὴν καὶ τὴν ἐπιμέλειαν αὐτὰς αὑτῶν ἔχειν, cum in Deorum prouidentia, id eſt, ἐν τῇ τῶν θεῶν προνοίᾳ praeſidium haberent nullum, coepit hominum προμήθεια paullatim ſibi proſpicere, donec tandem τὸ πῦρ inuenit, quod πῦρ Plato εὐπορίαν interpretatur. Heſiodus βίον, id eſt, *vitam*, ſiue *viuendi facultatem*. Hac audacia cum poenam meritus Prometheus, hoc eſt, *ſtulta hominum* προμήθεια eſſet, Iupiter vt factum illud vindicaret, humanis rebus introduxit malum. Haec doctrina enim cum Periodo aetatum ac diuiſione ſic cohaeret: vt Poetae quidem ratione quamuis ſit poſterior, ipſa tamen re ſit prior. Pandora eſt ἡ Τύχη, quam rerum humanarum arbitram, facultatum praecipue, omniumque quae e terra naſcuntur, e mari comparantur, ὁ τέτων ἐπισάτης καὶ οἰκονόμος Deus eſſe voluit (in qua tamen etiam alia conſiderantur, vt oſtendimus cum de Periſtaſi agimus.) Eam vtrique et mari et terrae, id eſt, toti Oeconomicae rationi, circa quam verſatur Poeta, τῷ πλέτῳ, nimirum, καὶ πόρῳ praeficiebant Veteres. Horatius Lib. I.

Te pauper ambit ſollicita prece
Ruris colonus: te dominam aequoris

Qui-

Quicumque Bithyna laceſſit
Carpathium pelagus carina.

Dominam enim aequoris vocat, non quod mari et eius tempeſtatibus praefecta eſſet, ſed quod nauigationibus, ſicut eas conſiderat Heſiodus, id eſt, τῷ πόρῳ, et mercaturae. Atque haec cauſa eſt, cur Antii et in maritimis oppidis, ab antiquis haec Dea coleretur. Iam δῶρον θεῶν dictum fuiſſe quicquid ad vitam hominum conducit, ſciunt qui Homerum et Heſiodum legerunt, et quae nos hac de re alibi ad Interpretes Heſiodi diſputamus. Plato in Politico: Ὅθεν δή τὰ πάλαι λεχθέντα παρὰ θεῶν δῶρα ἡμῖν δεδώρηται μετ' ἀναγκαίας διδαχῆς καὶ παιδεύσεως. Loquitur enim de aetate hac, qua Pandora fuit nata. Quotieſcumque autem περὶ θεῶν δώρων loquuntur Veteres, τὰ τηχηρὰ intelligunt. Plutarchus in tractatu Quomodo iuueni legendi ſint Poetae, vbi de Heſiodo loquitur, Τὰ τυχηρὰ, inquit, τῶν ἀγαθῶν, Διὸς δῶρα κέκληκε, πλοῦτος καὶ ἀρχάς, καὶ πάντα ὅλως τὰ ἐκτός. Oeconomicae ergo finis eſt, rerum ſufficientia. Quae cum ſub ἡγεμονικῷ δῶρον θεῶν eſſet, ſub ἐπιθυμητικῷ donum Fortunae facta eſt, teſte Heſiodo: quia omnes Dei, et ſinguli, ſua dona huic monſtro reſignarunt: ac propterea Πανδώραν dixerunt,

— — ὅτι πάντες ὀλύμπια δώματ' ἔχοντες
Δῶρον ἐδώρησαν.

Porro cornu Amaltheae geſtaſſe Fortunam, in triuio notum eſt. Quia autem illud τὴν παυσπερμίαν continebat, id eſt, terrae dona omnia; imperium autem Fortunae latius pateret, Plutarchus etiam de mari cornu illud interpretatur: in quo fallitur. Locus eſt in libello de Fortuna Romanorum: Τὸ δὲ ὑμνούμενον ἐκεῖνο τὸ πλοῦτος κέρας ἔχει διὰ χειρὸς, ὡς ἐπώρας αἰεὶ θαλάσσης μεσοῦν, ἀλλ' ὅσα φέρει πᾶσα γῆ, πᾶσα δὲ θάλαττα, καὶ ποταμοὶ καὶ μέταλλα, καὶ λιμένες, ἄφθονα καὶ εὐθὴν ἐπιχεομένη. Duo illi attribuebant pictores Veterum: in altera cornu hoc, in altera gubernaculum. Quod geſtabat gubernaculum in altera, ſicut in altera cornu Amaltheae, nauigandi opportunitatem deſignat, et per conſequens τὸν πόρον, id eſt, *diuitias marinas*, ſicut cornu Amaltheae τὸν πλοῦτον, id eſt, *terrae opulentiam*, quod nec Plutarchus, neque reliqui Veteres notarunt. Cauſa haec erat: naui gubernaculum cum demerent, ſignificabant, τὸν ὡραῖον πλοῦν deſiiſſe, id eſt, *tempus nauigandi idoneum*: hoc eſt, aduenisſe autumnum. Quo ex Heſiodi praeſcripto non amplius illi qui circa alteram Oeconomiae partem, quae his libris continetur, verſabantur, mercaturam nimirum, mari ſe committebant, ſi-

cut ſecundo libro docet. Sicut autem cum naui gubernaculum affigerent, aduenisse ver significabant, ita autumnum, cum demerent. Autumno enim in fumum gubernaculum deponebant. Vnde illud: Αἶψά κε πηδάλιον μὲν ὑπὲρ καπνοῦ κατάθεῖο, et Πηδάλιον δ' εὐεργὲς ὑπὲρ καπνοῦ κρεμάσασθαι. Vbi per πηδάλιον, alteram Oeconomiae rationem Heſiodus deſignat, τὸν πλοῦν nimirum; cuius finis eſt ὁ πόρος, ſicut per ἔργα cornucopiam. Vtramque hanc, vt dixi, vitae comparandae rationem, Veteres Fortunae attribuebant, ſicut hic Pandorae,

Αἶψά κε πηδάλιον μὲν ὑπὲρ καπνῦ κατάθεῖο·
Ἔργα βοῶν δ' ἀπόλοιτο καὶ ἡμιόνων ταλαεργῶν.

id eſt, continuo gubernaculum in fumum ſuſpendere potuiſſes, neque ad Autumnum vſque expectandum fuiſſet: nec de terra vlterius ſollicitus eſſes, ſed haec omnia faceſſerent. Nunc vtrumque et τὸ πηδάλιον, et τὰ βοῶν ἔργα in manibus Fortunae ſunt. Vbi primo duplicem Oeconomiae, de qua in his libris eſt acturus, rationem proponit, vtrique τὴν Πανδώραν praeficit. Neque alia cauſa eſt, cur τὴν Τύχην Homerus, teſte Pauſania, Deam marinam fecerit, qui, in hymno εἰς Δήμητρα, primo meminiſſe illius notatur, vbi eam cum Cereris filia inter reliquas Oceaninas ludentem introducebat. Quod nos in noſtro εἰς Πανδώραν, vbi Veterum errorem refutamus, his verbis proſequuti ſumus:

Χαῖρε πάλιν πρεῖσσα θεῶν, τραφερῆς τε καὶ ὑγρῆς,
Ὑγρῆς καὶ τραφερῆς, τῷ καὶ παλάμῃσιν ἀείρεις
Τῇ μὲν Ἀμαλθείης κέρας ἄγλαὸν, ἔνθα ἀρέρῃς
Εὐφορίης μέγα σῆμα, περὶ ϛαχύεσσι βεβριθὸς,
Ἀμφότερον ϛαχύεσσι καὶ ἄνθεσιν· ὅσσα τε γαῖα
Εἰαρινῇ Ζεφύροιο χέει μεθύοντος ἐέρσῃ·
Πηδάλιον δ' ἑτέρῃφι· τόθεν σέθεν ἀμφὶ θεαίνῃ
Πολλὰ παλαιγενέων ἐψεύσατο βιβλία φωτῶν.
Ἦ γὰρ ἀναιτορίην τε μόνην κόσμοιο καὶ ἀρχὴν
Σημαινέειν ἠγοῦντο. Σὺ δ' εἰναλίη θεὸς ἦσθα,
Εἰναλίη θεὸς ἦσθα. Τύχην δέ σέ φασι καλεῖσθαι
Νηρέος ἐν βένθεσσι, καὶ Ὠκεανοῖο γέροντος.

Et reliqua quae ſequuntur. Totum enim hymnum, quem in Deam illam, ad explicationem huius doctrinae, ſcripſimus, editioni huic noſtrae adiunximus: ne quid ſtudioſis adoleſcentibus deeſſe poſſit: ſimul vt feliciter eorum ingenium excitetur, vt has Muſas cum Latinis coniungant. Atque haec ſola fuit cauſa, cur pictores antiquiſſimi, Homeri et Heſiodi, vt et reliqui artifices, imitatores, Fortunam vtrumque in manu habere voluerint: cornu, quo deſignatur ἡ γεωργία, et qui

ex

ex ea ὁ πλοῦτος: et πηδάλιον, quo designatur ὁ πλοῦς, et qui ex eo ὁ πόρος. Hanc enim alteram vitae rationem minus iustam τῷ πηδαλίῳ designabant. Hinc eleganter Synesius, Astraeam ex aëre σάχυν protendere dicit, ἀπὸ πηδαλίου: quod agricultura iustior sit mercatura. Hanc qui non videt esse mentem Hesiodi, quae totius propositionem continet operis, quam nos postea explicabimus, quae veriora esse existimat, amplectatur. Nos duo hoc capite probauimus: Primo quomodo cum aetatum diuisione cohaereat Pandora. Secundo quomodo cum totius operis subiecto. Nunc ad reliqua pergamus.

CAPVT XII.

Restat vt ostendamus, quomodo ea quae de Pandora dicuntur, inter se conueniant. Praeter ea quae ἔργα dici ab Hesiodo infra ostendimus, ἐργασίαν quamdam mulieribus attribuit: ita vocat τὴν ταλασιεργίαν, et hinc quaedam Hesychii Glossa, de qua infra, diuidit τὰ ἔργα, in γεωργίαν, quae viris: et ταλασιεργίαν, quae mulieribus proprie conuenit. Ait igitur Poeta noster, Deos singulos dona sua commisisse huic Pandorae. Mineruam primo τὴν ταλασιεργίαν, cui praeest ipsa; vt mulieres quoque habeant quo aliquid ad rem familiarem conferre, et eius potentiam in conquirenda vita experiantur. Iam quod Venus illi χάριν dederit, vt Poeta loquitur, nihil est quod magis huic Deae conueniat: vox enim χάριτος quomodo hic sumatur, in Notis nostris diximus. Duplex Mercurius duplicem illi facultatem, duplicia dona largitur. Prior impudentiam et versutiam: hic Mercurius est ὁ ἐμπορικὸς θεός, mercaturae nimirum et eius fraudum, quae in illa Oeconomiae parte committuntur, praeses. Quod autem ille διάκτορος a Poeta dicitur, causa est, quia secum τὸν ἐνδιάθετον λόγον habet: vt Philosophi loquuntur, e quo bona vel mala proficiscuntur, qui Fortunae non minus quam reliqui suum donum largitur, quod est fallere et decipere. Quae Fortuna in emporiis nostris notissima est. Iam alter Mercurius, qui vocem illi suppeditat qua inescare homines possit, ὁ προφορικὸς λόγος est: qui externo vocis ministerio vtitur. At vero donum suum Pitho quod confert, huc respexit Alcman cum Fortunam Πειθῶς ἀδελφὴν dicit. Quod Promethei causa inducta sit; eo alludit idem, cum eamdem Deam Προμηθείας θυγατέρα vocat. Plutarchus de Romanorum fortuna: ἀλλὰ μᾶλλον (de Fortuna loquitur) Εὐνομίας καὶ Πειθοῦς ἀδελφὴ, καὶ Προμηθείας θυγάτηρ, ὡς γενεαλογεῖ

λογεῖ Ἀλκμάν. Nunc quod a Vulcano e luto factam eam vult, naturale est: sine igne, aqua et terra, nihil creatur. Deas autem, etiam τὰς νοητὰς, Poetae vbique ἀνθρωπομορφῶσι. Prometheus est humanae prudentiae et industriae vis: quae dum nimium se effert, dum ignem, id est τὴν εὐπορίαν, teste Platone, a Diis consequi sperat, in vinculum acerbissimum incidit; fortunam, nimirum, et necessitatem fati: cuius auxilio (vt Hesiodus loquitur) vitae comparandae modum Iupiter occultat. Poena audaciae illius, quae τὴν εὐπορίαν illicitis sibi vindicare modis ausa fuit, Fortuna est; Dea caeca et quae cum τῇ Προμηθείᾳ pugnat. Veteres Philosophi, diu deliberarunt, vtrum naturam, quae omnia hominibus suppeditat, Τύχην, an vero Σοφίαν appellarent. Plutarchus libro supra adducto: αὐτὴν τὴν γεννῶσαν ἡμῖν καὶ φέρουσαν ἅπαντα φύσιν, οἱ μὲν Τύχην εἶναι νομίζουσιν, οἱ δὲ σοφίαν. Prometheo opponitur Epimetheus: alter prudentiam significat, quae futura prospicit: alter poenitentiam, quae iam facta deplorat. Hic Epimetheus δῶρον Διὸς accipit: ita Poeta more suo bona fortuita appellat. Quod non solum notat Plutarchus, sed et totam conclusionem ad eamdem Deam, ad quam nos reliqua omnia, refert, in libello De Fortuna. Ἡ μὲν καλῶς ὁ Ἡσιόδε Προμηθεὺς τῷ Ἐπιμηθεῖ παρακελευεται, μήποτε δῶρον δέξηται παρὰ Ζηνὸς Ὀλυμπίε, ἀλλ' ἀποπέμπειν, τὰ τυχηρὰ λέγων καὶ τὰ ἐκτός. Vbi manifeste ostendit, quid per donum Iouis Hesiodus designet. Fortunam, nimirum, quae *Pandora* dicitur. Quod autem apud Hesychium legitur, Πανδώρα ἡ γῆ, ὅτι τὰ πρὸς τὸ ζῆν πάντα δωρεῖται. ἀφ' ἧς καὶ ζείδωρος, sciendum est, scholion esse Aristophanis, sicut totum Grammatici illius lexicon, nihil praeter Glossas auctorum continet) quo explicatur Comici locus, qui lepide, γῆν Πανδώραν vocat. Locus hic est, πρῶτον Πανδώρᾳ θύσαι λευκότριχα κριόν. Interpres Graecus. Πανδώρα, τῇ γῇ, ἐπειδὴ πάντα κατὰ τὸ ζῆν δωρεῖται, ἀφ' ἧς καὶ ζείδωρος καὶ ἀνησιδώρα. Doctrina tam nobilis quae hic a Poeta traditur, memini quod suboluerit, mirum est: quorum plerique στοιχειακὰς, καὶ φυσικὰς ἀλληγορίας excogitarunt: quae ἐν τοῖς διδασκαλικοῖς locum non habent: ac propterea ad Theogoniam pertinent. Nos eam, vt putamus, ita manifeste eruimus, vt posthac latere non possit. Ita ergo, inquit Poeta, cum rebus nostris agitur, postquam a Deorum tutela destituti fuimus, vt obiecta sit difficultas maxima: cui Dii singuli munera attribuerunt: penes quam summam facultatem eorum distribuendorum esse voluerunt: vnde processit necessitas artis Oeconomicae, Fortuna nimirum: extra quam qui sunt,

sine

sine difficultate ab Homero viuere dicuntur; quales sunt mortui, vt infra dicemus.

CAPVT XIII.

Ne quid sit quod diligentiam effugiat nostram, aut in Pandora, aut in iis ex quibus illa dependet, in propositione ipsius operis hi versus sunt explicandi, priusquam ad ordinem reliquorum pergamus:

Κρύψαντες γὰρ ἔχασι θεοὶ βίον ἀνθρώποισι.

quae verba quasi vinculo quodam necessario et indiuulso, cum illis quae postea sequuntur, cohaerent. Ἀλλὰ Ζεὺς ἔκρυψε. quae est prima ad Pandoram εἰσβολή. Vita illa, quam occultatam a Diis Poeta praedicat, supponit alteram. Sicut itaque opponuntur inter se aetates: ita et vitae duae diuersissimae. Prioris homines ῥεῖα ζώοντες ab Homero dicuntur: quod vitae genus opponitur huic de quo Hesiodus scripsit, in quo hodie versamur. Vnde ab eodem Homero ῥεῖα ζώοντες, etiam *defuncti*, appellantur, quos vulgo μακαρίτας dicimus. Qui ex hac Fortunae ἀταξία rursus, vnde deciderant, peruenerunt. Τὸ ῥεῖα ζῆν duabus in rebus constituunt: in simplicitate cum αὐταρκείᾳ: in facilitate cum voluptate. Priore egestas tollitur, et cupiditas: altero labor et difficultas. Exempli gratia, statuamus μαλάχην καὶ ἀσφόδελον, quem Poeta cibum proponit, tamquam sufficientem simpliciter viuentibus. His duobus nihil simplicius, nihil magis obuium: vtrumque tamen sufficit τοῖς ῥεῖα ζώειν προαιρεμένοις. Destruitur haec vita a duobus maxime; cupiditate et labore. Cupiditatis servi hoc tempore omnes sunt: maxime autem illi, qui a pristina illa vitae simplicitate ad luxum iniquis artibus quam maxime declinant. Quales Hesiodi iudices sunt, quos δωροφάγους ille appellat. Labor cupiditati inseruit, quae sunt voces τῶν πρός τι. Vtrumque enim finem suum sequitur. Vtrique fraenum iniectum fuit maximum, quod a Platonicis περίσασις vocatur. Cum enim cupiditas vitae prioris simplicitatem tollat, labor facilitatem destruat, quorum ab altero saeculum hoc ἐπιθυμητικὸν, ab altero χαλεπὸν dicitur: vtrumque autem comparare studeat quod desiderat; illud quod vtrumque impedit est ἡ περίσασις. Cupiditas labore vtitur ad consequendam rem cupitam: περίσασις cupiditati fraenum iniicit et laborem impedit: a quo περισατικὸν hoc aeuum, et ἀκούσιον appellatur. Exemplis rem illustremus e vita Oeconomica petitis. Ex nauta si quis quaerat, cum omnia, secus ac olim, arte et labore comparentur, cur nauiget; respondebit,

bit, lucri cauſa. Si ex eo qui vxorem ducit, quam cauſam propoſitam habeat; reſpondebit, liberos. Si ex agricola, cur terram colat; reſpondebit, ob fructus. Si ex homine politico; reſpondebit, honoris cauſa. Si ex militante; vitae gratia. In quibus tria conſideranda ſunt, quae priori vitae adverſantur. Primo cupiditas quae petit; ſecundo, ars, induſtria, labor, quo petit: poſtremo, ſucceſſus, qui cupiditatem et laborem ſequitur, et prioribus duobus imperat. In cuius poteſtate cum ſint reliqua duo, tollitur libertas hominis cupientis et τὸ αὐθαίρετον, quod nihil quam petere poſſit et anniti. Ceterum ſi et nauta, et agricola, et miles ſucceſſu carent, apparet ἡ περίσασις, quae et ante fuit, quia de ſucceſſu ſuo certi eſſe non poſſunt. Itaque et antequam ſucceſſus impeditus eſt, tollitur libertas; quia et non ſuccedere poteſt: et poſtquam impeditus eſt, apparet ſeruitus. Haec tria inter ſe cohaerent, ἐπιθυμία, τέχνη, περίσωσις, vt neque cupiditas aliquid ſine arte efficiat, neque ars ſine ſucceſſu eſſe poſſit: neque ſucceſſus ibi imperet vbi priora deſunt. Haec tria in vnica Pandora ſunt conſideranda. τὸ χαρίεν καὶ πιθανὸν, eſt voluptas, ὁ κόσμος τῆς Ἀθήνης eſt ars. Dona Deorum quae commiſſa ſunt illi, eſt Fortunae potentia. Hoc itaque modo apparet quomodo Dii vitam occultarint, ſecundum Heſiodum, de quo in illis verſibus, quos propoſuimus, agit. Illis vero, qui ſequuntur, περίσασις actionum noſtrarum deſcribitur:

Ῥηϊδίως γάρ κεν καὶ ἐπ' ἤματι ἐργάσαιο
Ὥςε σέ κ' εἰς ἐνιαυτὸν ἔχειν, καὶ ἀεργὸν ἐόντα.

Niſi, inquit, obſtaret ἡ περίσασις, id eſt, Pandorae potentia, facillime vno die ea conſequeretur homo, quae iam vix toto vitae tempore. Priorem itaque vitam Philoſophi βίον ἁπλοῦν dicebant, ἀπερίσατον, ἐλευθερίας ἐπήβολον. Poſteriorem, χαλεπὸν, ἀναγκαῖον, περισατικόν. Quibus omnibus hoc efficitur, nihil aliud quam Pandoram Heſiodicam circumſcribere Platonem, qui omne illud aeuum quod ſub Diis non eſt, ſed ſub Daemonibus, τῇ εἱμαρμένῃ, id eſt, Fato, ſeu Fortunae, et τῇ ἐπιθυμίᾳ, id eſt, cupiditati attribuit. τὸν δὲ δὴ κόσμον πάλιν ἀνέστρεφεν εἱμαρμένη τε καὶ ξύμφυτος ἐπιθυμία, id eſt, *Orbem vero rurſus* (poſtquam ex eo Dii receſſerunt) *fatum, eiuſque ſocia cupiditas voluebant.* Nam et Veteres inter Parcas Fortunam numerabant, et quidem plus quam reliquas poſſe exiſtimabant, et τὴν Τύχην, εἱμαρμένην καὶ Μοῖραν dicebant. Quod in noſtro Pandorae hymno his verbis attigimus:

Χαῖρέ μοι αὖθις ἄνασσα, θεῶν πέρι μῆτιν ἔδσα,
Χηρὸς ἀλεξήτειρα, παρατρέψασα δὲ ποτμον

Εὐσε-

Εὐσεβέων παίδεσσι νόσον δ' ἀπὸ πάμπαν ἀλάλκοις
Σοὶ δ' ἅμα γειομένῃ, νόσοι ἀίδηλαι, ὀξύ τι πῆμα,
Ἰκέλαι ὀρνίθεσσιν, ἃ ὀρνυμένῃσι μελίσσης
Ἀνδρόμεον βίον εὐθὺ διέδραμεν· ἐδέ τις ἔσχε
Ἀθανάτων, σέο νόσφι Διὸς βελῇσιν ἀρήγειν,
Οὐδὲ παραιτεῖσθαι συγερὴν μερόπεσσιν ἀνάγκην,
Οὐδὲ κασιγνήτας, τῇσίν σ' ἐμότιμον ἔθηκε
Ζεὺς Κρονίδης, Λάχεσίν τε καὶ Ἄτροπον, ἥν τε λέγεσι
Ἀνδράσιν ἐσσομένοισιν ἐπικλώθεσαν ἐφεῖναι
Δαίμονα δυσφρονέοντα, καὶ ἠθάδα κῆρα μέλαιναν.

Et recte Pausanias: Ἐγὼ μὲν ἐν Πινδάρῳ τάδε ἄλλα πείθομαι τῇ ᾠδῇ, καὶ Μοιρῶν τε εἶναι μίαν τὴν Τύχην, καὶ ὑπὲρ τοῦ ἀδελφοῦ τι ἰσχύειν. Atque haec hactenus.

CAPVT XIV.

Vt vlterius pergamus, eaque confirmemus, quae de Pandora sunt dicta, ad habitaculum illius perueniamus; vt bonam illam Deam in lucem porro protrahamus. Illud Hesiodus Πίθον facit: Homerus autem eodem modo, Fortunae secundae et aduersae Πίθον suum designarat. Ita vt ex his duobus similibus locis concluserint iam olim Magistri, ὅτι φαίνεται νεώτερος Ὁμήρου ὁ Ἡσίοδος. Verba Poetae sunt, apud quem Achilles diuina oratione lugenti Priamo filiique fatum aegro animo ferenti hoc modo loquitur:

Οὐ γάρ τις πρῆξις πέλεται κρυεροῖο γόοιο,
Ὡς γὰρ ἐπεκλώσαντο θεοὶ δειλοῖσι βροτοῖσι,
Ζωὸν ἀχνυμένους· αὐτοὶ δέ τ' ἀκηδέες εἰσί.
Δοιοὶ γάρ τε πίθοι κατακείαται ἐν Διὶ ἕδει,
Δώρων οἷα δίδωσι, κακῶν, ἕτερος δὲ ἑάων.
Ὧν μὲν καμμίξας δώῃ Ζεὺς τερπικέραυνος,
Ἄλλοτε μὲν τε κακῷ ὅ γε κύρεται, ἄλλοτε δ' ἐσθλῷ.
ὯΙ δέ κε τῶν λυγρῶν δώῃ, λωβητὸν ἔθηκε,
Καί ἑ κακὴ βέβρωσις ἐπὶ χθόνα δῖαν ἐλαύνει,
Φοιτᾷ δ' ἄτε θεοῖσι τετιμένος, ἄτε βροτοῖσι.

Id est:

Haud equidem prodest miſero ſuccumbere luctu,
Haec etenim Diuum lex ſtat mortalibus aegris.
Viuere ſub curis: queis illi longius abſunt.
Dolia bina iacent Iouis alto incluſa cubili,
Qualia diſtribuit terris, laetumque, malumque.
Hinc cui mixta dedit magni concuſſor Olympi,
Proſpera nunc illi, nunc illi aduerſa fuere.
At cui dura pater: miſerandum proſtrabit aeuum;

Illum

Illum namque fames terras male ſuada per omnes
Ludibrium premit infelix hominumque Deumque.

Hos verſus vbi adducit Plutarchus, cum eleganti elogio, in Conſolatione ad Apollonium, Heſiodi quoque noſtri hunc locum adducit, eiuſque tamquam recentioris meminit, vt qui in hoc quoque Homerum ſit ſecutus: ὁ δὲ μετὰ τοῦτον καὶ τῇ δόξῃ, καὶ τῷ χρόνῳ, καί τοι τῶν Μουσῶν ἀναγορεύων ἑαυτὸν μαθητὴν ὁ Ἡσίοδος, καὶ αὐτὸς ἐν πίθῳ καθείρξας τὰ κακὰ, τὴν Πανδώραν ἀνοίξασαν ἀποφαίνει σκεδασθὲν τὸ πλῆθος ἐπὶ πᾶσαν γῆν καὶ θάλατταν. Differentias in vtriuſque Homeri et Heſiodi Πιθοπλαςίᾳ has notant magiſtri: quod Homerus in coelo conſtituat, Heſiodus in terra: quod Homerus duplex dolium conſtituat, Heſiodus vnum; quod in Homerico vaſe σωματικὰ ſunt, et ἐξαντλεῖσθαι δυνάμενα, in Heſiodi ſunt ψυχικά. Quae tamen differentia magni momenti non eſt. Homericum Iouem vno ore omnes non Interpretes modo ſed et Philoſophi τὴν εἱμαρμένην (id eſt Fatum) dicunt, quae praeeſt bonis maliſque. Heſiodus noſter oſtendere pergit, quomodo mala in homines inuecta ſint, bona amiſſa: quomodo Iupiter prima Deorum poteſtas, meretrici illi rerum humanarum Fortunae, quae mille illecebras, mille habet dolos, quibus ſtrenuos viros et ſolertes, id eſt, τὰς μηχανικὰς, τὰς τεχνικὰς, quos ἀλφηςὰς vocat, qui ignem, id eſt, rerum inueniendarum rationem ſibi vindicarant, obruat: quomodo Πίθος ille ad terram peruenerit, in quo erant Labor, Senectus, Morbi, et alia. Quae omnia cum inter homines [illegible]parſiſſet, ſola Spes remanſit; quae perpetua ac ſola ad[illegible] fortunae comes eſt. Si enim Fortunam tollas, Spes [illegible]t: quae ſemper in malis bono animo eſt, quod de inſtabilitate Fortunae cogitat. Niſi enim inſtabilis Fortuna eſſet, in malis Spes non eſſet, in bonis Metus. Pandora igitur, operculo remoto, ſpargit malorum agmen. Sicut autem πιθοπλαςία Iouis eſt; ita πιθοιγία (eleganti voce hunc Heſiodi locum ita vocant Grammatici) Pandorae. Mala illa quae emittuntur (vt recte notat Proclus) in poteſtatem τῶν Δαιμόνων veniunt: quo omnia illa confirmantur, quae ſupra a nobis ſunt dicta. Verba Procli ſunt: ὅτι καὶ τούτων ἔφοροι δαίμονές εἰσιν, οἵτινες δρῶσιν ἀφανῶς ἐπιπέμποντες τὰς ὑπὸ τὴν εἱμαρμένην τεταγμένας, καὶ τὰς ἐν τῷ πίθῳ κῆρας διασπείροντες. Nonne ſatis manifeſte Pandoram eſſe τὴν εἱμαρμένην, aut, quod proximum eſt, τὴν Τύχην fatetur? Deinde, Daemonum poteſtatem, quam libri huius, ſeu potius partis prioris, ſubiectum facit Manilius, agnoſcit? Ita vbique Interpretes doctrinam hanc alludunt, et ignari verum fatentur, nuſquam agnoſcunt. Sic itaque, vt Horatii verbis loquar, *Poſt*

Poſt ignem aetheria domo
Sublatum, macies et noua febrium
Terris incubuit cohors,
Semotique prius tarda neceſſitas
Lethi corripuit gradum.

Lethi neceſſitas, eſt ἡ ὑπὸ τῆς εἱμαρμένης τεταγμένη in ſecunda Periodo: *tarda*, quia in priori non fuit, nimirum ſub Saturno.

CAPVT XV.

Cum variae fuerint de hac Pandora opiniones Veterum: refuranda nobis erit, quae maxime aſſertoribus ſuis viſa eſt probabilis: quod ſi fiat, non neceſſe erit vt de reliquis laboremus. Ea eſt eorum qui Πανδώραν, τὴν τέχνην eſſe voluerunt, id eſt, ipſam artem: in qua opinione eſt Tzetzes. Tria, ſecundum Platonem, vniuerſum regunt, Τέχνη, Τύχη, Φύσις. *Ars*, *Fortuna*, *Natura*. Ex his Ars et Fortuna ἐναντιώμενα ſunt. Artis inuentrix eſt ἡ Προμήθεια: nam ſub ἐπιθυμητικῷ ceſſat πρόνοια Deorum, quam offendit Prometheus, et ab hominibus auertit, propterea que eius vicem Artem ſubiiſſe exiſtimabant. Ariſtoteles quoque, quotieſcunque de Προμηθείᾳ et eius partibus vel effectis agit, toties illi ferè τὴν τύχην opponit, vt libro Ethicor. Nicomach. III. cap. VI. vbi τὸ βελευτὸν, cum ab aliis, tum praecipue a Fortuna ſeparat. Cum praeterea, vt Philoſophus idem Rhetor. Lib. I. docet, Fortuna ſit eorum, quorum et cauſa non eſt definita, nec alicuius gratia fit, nec ſemper, nec ſaepe, nec ordinate, excluditur προμήθεια, quia nec ſine ratione procedit, nec ſine experientia. Vnde Fortuna ibidem ἄλογος αἰτία ἀνθρωπίνῳ λογισμῷ dicitur. Qua poena maior eſſe non poteſt, iis praeſertim hominibus, qui ἀλφησταὶ ab Heſiodo dicuntur, et excogitandae ſemper aut inueniendae rei alicui ſunt intenti. Infinita eiuſmodi ex Platone directe adduci poſſunt et ſimpliciter: ex Ariſtotele partim ſimpliciter, partim κατὰ συμπέρασμα. Iam enim hoc ſolummodo agimus, vt doctrinae huius ſeries et ordo pateat: ipſa autem lucem accipiat. Nunc vt et alteram reiiciamus reſtat. Eorum enim opinionem praetermittimus, qui haec omnia ad ſexum mulierum referunt, qui neſciuerunt quid in Scriptis Poetarum ſit τὸ πρακτικὸν, quod pugnat cum τῷ ἀλληγορικῷ et τῷ νοερῷ. Duo illa inter ſe pugnant, ἀπορία, καὶ πλοῦτος: item ἀμηχανία et τέχνη: item id quod ſurripitur, et poena ſurrepti. At vero ignem Promethei eſſe τὸ τεχνικὸν, τὸ περιεκτικὸν, τὸ μηχανικὸν, et Plato vbique affirmat, et cum eo Tzetzes. Iam hominibus

Pro-

Prometheus, Deus, vt Aeſchylus loquitur, φιλανθρώπε τρόπε, ignem largitus eſt, non vt δῶρον ſuum, qualia ſunt illa, quae propria ſingulorum Deorum cum ſint, ab illis hominibus ſuppeditantur; ſed vt Diis ſurreptum. Eius rei cauſas duas ſtatuit Plato; vt ſuccurreret τῇ ἀμηχανίᾳ, et τῷ ἀτέχνῳ, quia homines, vt ille inquit, ἐν μεγάλαις ἀπορίαις ἦσαν, πορίζειν ἐκ ἐπιςάμενοι, id eſt, *magnis difficultatibus vrgebantur, cum de victu ſibi proſpicere non poſſent.* Ignis igitur id eſt, quod Diis ſurripitur, hominibus traditur. Quem ignem Platonici, Dei, opificis vniuerſi, quaſi inſtrumentum ſtatuunt. Iupiter hunc ignem, cum a Prometheo deceptus eſſet, in diuiſione bouis, de quo in Theogonia habes, hominibus ſurripuit: eumdem mox rurſus ſibi vindicat Prometheus, et hominibus tradit; ipſam nimirum artem, ipſam induſtriam, ipſam conquirendae vitae rationem. Quo furto et poenam Iouis ipſe, et clientes eius homines incurrerunt. Poëna fuit Pandora. Quam Pandoram ſi Artem interpretemur, eadem erit poena Iouis et munus Promethei, quod abſurdum eſſe quilibet videt. Rurſus quod ἀντί τινος datur, aliud eſt ab eo pro quo datur. Sed Πανδώρα propter ſurreptum ignem immittitur, verum poenae vice, non muneris loco, vt Heſiodus loquitur: Τοῖς δ' ἐγὼ ἀντὶ πυρὸς δώσω κακόν. Item, finis artis et eius πορισοῦ ignis, eſt prodeſſe hominibus: qua etiam de cauſa a Prometheo ſurreptus Diis fuit: Pandorae vero nocere: vnde κακὸν ab Heſiodo dicitur. Rurſus ars cum labore iuuat: Pandora cum voluptate nocere dicitur. Ac propterea ſub Saturni Periodo ne ars quidem fuit, ſed ſine labore quidlibet a Deorum benignitate ſuppeditatum fuit. Rurſus, cum ars fuit, fraenum artis inuenta eſt Pandora. Praeterea Heſiodo, (nunc ea quae ab eo dicuntur, ſequimur, nec vnquam in vaſtum illud τῶν μυθολογεμένων mare abripi nos patiemur, non enim aliud agimus, quam vt horum librorum doctrinam planam faciamus) τὸ ἁλφεῖν et τὸ τεχνάζειν eadem ſunt: Pandora vocatur πῆμα τοῖς ἁλφηςῆσι, id eſt, iis qui arte, et ſurrepto igne vtebantur, τοῖς εὑρετικοῖς, τοῖς μηχανικοῖς (ita enim vocem illam eſſe accipiendam infra ad ipſum oſtendimus:

— — ὀνόμηνε δὲ τήνδε γυναῖκα
Πανδώρην· ὅτι πάντες ὀλύμπια δώματ' ἔχοντες
Δῶρον ἐδώρησαν, πῆμ' ἀνδράσιν ἁλφηςῆσι.

Ergo diuerſa ſunt. Quippe ſi Pandora eorum ſit poena, qui et induſtria vtuntur et arte, oportet aut aliud ſit, aut aliud habeat quam ars et induſtria. Rurſus aliud eſt quod a fauente datur, ab eo quod ab irato immittitur: ſed artem tra-

tradidit ἐὺς Prometheus (ita dicuntur proprie in Theologia veteri Dii ſinguli, cum dona ſua largiuntur, quae alio nomine ἐὰ dicuntur, et ipſi δωτῆρες ἐάων) aliud quod a Ioue ſed χωλωσαμένω. Pluribus idem aliis reiici poteſt; et noſtrum probari. Sed et aliud afferemus argumentum. Pandoram eſſe Deam quae abſentibus Diis, quod in ἐπιθυμητικῷ contigit, omnia dona hominibus largitur, iam ſupra diximus. Hanc Deam Veteres alio nomine Ἀνταίαν dicunt et Τύχην. Heſiodus in Theogonia Ἑκάτην vocat: refertque vni illi plenam omnium diuinorum beneficiorum diſtribuendorum poteſtatem factam eſſe. Ἀνταίαν et Ῥέαν eamdem eſſe Apollonii Interpretes oſtendunt ad illud: Ἣ δέ πω εὐαγέσσιν ἐπὶ Φρένα θῆκε θυηλαῖς Ἀνταίη δαίμων. Interpretes, ἡ Ῥέα ἔτω λέγεται, διότι ἐναντία τοῖς Τελχῖσιν ἐγένετο. Etymologus et alii: nam nihil iis qui Graecos auctores vel a limine ſalutarunt, notius eſt. Ἀνταίαν eamdem eſſe cum τῇ Τύχῃ, tum alii, tum vero Flaccus noſter oſtendit:

O Diua gratum quae regis Antium,
Praeſens vel imo tollere de gradu
Mortale corpus, vel ſuperbos
Vertere funeribus triumphos.

Ita Deam indigitabant illam, quae Antii colebatur, παρὰ τὸ ἐπιπέμπειν τὰ ἄντα, pro quo male apud Heſychium legitur τὰ αὐτά. Iam notiſſimum eſt, quot abſurditates Veteres Heſiodi Interpretes adducant, vt cauſam in Theogonia reddant, quare Hecaten, quam omnes τὴν Τύχην fatentur, cum Neptuno coniungat, his verbis:

Καὶ τοῖς οἱ γλαύκην δυσπέμφελον ἐργάζονται·
Εὔχονται δ' Ἑκάτῃ καὶ ἐρικτύπῳ Ἐννοσιγαίῳ.

Eius rei nos cauſam ſupra oſtendimus: cum diximus, Τύχην, marinam fuiſſe Deam, ac propterea πηδάλιον geſtare: quod ibi aliis etiam rationibus probauimus. Ita ibi Heſiodus reliquis omnibus, mari, terrae, venationi, militiae, foro, cunctis denique quibus Dii ſinguli praeerant, vnam Hecaten, vt hic Πανδώραν praeficit. Rheam autem, id eſt, Hecaten, Pandoram eſſe patet ex illo loco, qui ab Euſebio 11. lib. De praep. citatur: Γενέσθαι δὲ ἐρανῷ θυγατέρας, Βασιλείαν, καὶ Ῥέαν τὴν Πανδώρην. Ceterum conferat lector quae de Hecate Heſiodus, cum iis quae a nobis de Pandora in Hymno dicta ſunt. Obtinuit haec opinio apud Veteres, vſque ad regnum Fortunae, id eſt, τῆς ἀταξίας, quae ſub ἐπιθυμητικῷ eſt, quo nauigatio cepit, fuiſſe regnum Aſtraeae τῆς ἀντικειμένης. Vnde oppoſuerunt Aſtraeam et Fortunam: quatenus altera ſpicam, altera gubernaculum oſtenderet. Huc reſpicere

ſpicere Syneſius videtur, ἐν τῷ Περὶ προνοίας. Vbi locum hac de re Arati interpretatur: Ἕως, φησὶν ἔ ἐχρῶντο θαλάσσῃ, χρυσοῖ δὲ ἦσαν ἄνθρωποι, καὶ θεῶν ἐπιμιξίας ἐτύγχανον· πλοίων δὲ εἰσελθόντων ἐνεργὰς εἰς χρῆσιν βίᾳ, τοσοῦτον ἀπεφοίτησεν ἡ δίκη τῆς γῆς, ὡς μόλις ὁρᾶσθαι νυκτὸς αἰθρίας. καὶ μέν τοι νῦν ὁρωμένη, σάχυν ἡμῖν προτείνει, καὶ ὁ πηδάλιον. Illa ſublata, ſequuta eſt Pandora: qua cum aliquamdiu regnum obtinuiſſet, receſſit et Αἰδὼς καὶ Νέμεσις. Locus elegantiſſimus eſt, apud Auienum Arati Paraphraſten, vbi de Aſtraea:

Seu patris Aſtraei clarum et genus, aurea cuius
Sydera ſunt proles, et qui pro munere morum
Inculpabilium nomen dedit omnibus aſtris:
Aut Peluſiaci magis es Dea littoris Iſis,
Digna poli, conſors et cura latrantis Anubis:
Seu tu Diua Ceres: ſic nam tibi fragrat ariſta,
Et, ceu Siriaco torretur ſpica calore
Protentata manu: ſeu tu pernicibus alis,
Nec ſat certa gradum viduataque vertice ſummo
Flexipedae verris veſtigia, lubricum vt aeuum
Sors agat, et ſubitis obrepat mobile fatum
Temporibus — —

Eo loco emendaui *verris veſtigia*, pro quo male *veſtis* legebatur: reliqua fere ſunt ex editione Grotii noſtri. Ac propterea eamdem Aſtraeam et Fortunam eſſe voluerunt, vt Germanici Interpres et alii obſeruant. Quo etiam versus illi Auieni referri poſſent, modo legatur *Flexibilis*. Gloſſae veteres, *Flexibilis* εὐκαμπὴς, proprium Fortunae eſt. Vt vt ſit: alii Aſtraeae Fortunam ſucceſſiſſe, alii Aſtraeam in Fortunam mutatam volunt ἐν τῷ ἐπιθυμητικῷ. Dio Chryſ. eamdem facit oratione 11. Περὶ τύχης· Ὠνόμασαι δὲ ἡ τύχη καὶ πολλοῖς τισὶν ἐν ἀνθρώποις ὀνόμασι· τὸ μὲν ἴσον αὐτῆς, νέμεσις, τὸ δὲ ἄδηλον ἐλπὶς, τὸ ἀναγκαῖον μοῖρα, τὸ δὲ δίκαιον θέμις. Eodem tempore coeperunt ſors et fatum: quod coniungit Auienus, ἡ Εἱμαρμένη, ἡ Πανδώρα, οἱ Δαίμονες. Ita vt illi qui περὶ τέχνης ea omnia, quae de Pandora dicuntur, intelligunt, multis partibus impingant. Proclus, vt Platonicum decebat, quicquid de Pandora dicitur, ad τὸ ἄλογον τῆς ψυχῆς refert: qui quamquam vbique rerum ſuarum ſatagat, priuſquam probet τὸ ἄλογον ἐν τῷ Φρονεῖν, et in parte διανοητικῇ eſſe, nobis ſufficit non aliam in his Heſiodi libris allegoriam, aut allegoriae interpretationem adferri, quam quae cum doctrina ſaeculorum cohaeret. Quamquam in eo laudem mereatur Proclus, quod ordinem libri huius et rationem fere eamdem, quam nos oſtendere conatus ſit: tum quod rationem τῶν παρεκβά-

ἐκβάσεων, qualis est illa de saeculis, connectere cum reliquis tentarit. Rursus tamen omnem ordinem, et institutum Poetae his verbis confundit: καὶ ἔτος δὲ ὁ μῦθος ἐπιτηδειότατος πρὸς ἀποτροπὴν τῆ ἀδελφῆ, ὅπως μὴ σχολάζοι πόρναις. Illud obiter notabunt studiosi, hoc quod de Pandora in Theogonia dicitur πραγματικὸν esse, in his libris ἀλληγορικὸν et νοερόν. Pandora πραγματικὸν est, cum mulierem designat συλληπτικῶς: ἀλληγορικὸν, cum siue Fortunam, siue Artem, siue Voluptatem, siue tale quid: quod saepenumero a viris doctis confunditur. Graeci omnibus scriptis vim suam eripuerunt, cum nihil pragmaticum in illis relinquunt, sed vento inani allegoriarum abrepti, omnia pro nutu fingunt: contra saepenumero nude ea sumunt, quae non nisi νοερῶς cum reliquo Scriptoris instituto conueniunt. Quidam Grammatici aliquam Pandorae partem ἀλληγορικὴν esse voluerunt: aliquam πραγματικήν. Sic ignem cuius hic fit mentio πραγματικὸν esse notant: partim credo διὰ τὴν τῆ πυρὸς ἐν πάσαις ταῖς τέχναις καὶ τῷ βίῳ τῷ ἀνθρωπίνῳ χρῆσιν, partim διὰ τὸ τὴν τῶν ἀνθρώπων πλάσιν ἄνευ πυρὸς ἀ συντελεῖσθαι. Pergamus.

CAPVT XVI.

Hesiodus igitur ex opinione vetustissimorum qui περὶ τῶν λογικῶν egerunt, et eorum speciebus, in Theogonia sua de prima specie tractauit, cuius sub ἡγεμονικῷ maxima fuit cum hominibus familiaritas, vt ita dicam. Eius non modo genus, ortum, parentes, sed quod amplius est, μοῖραν, vt veteres Theologi vocant, vt ipse Hesiodus, δῶρα persequutus est, et quae quisque hominibus conferret. Tractarat et Ἡρωογονίαν, vt et hodie ex auctoribus compluribus scimus. Mediam vero speciem in primo Ἔργων persequutus est. Hinc igitur lucem accipit locus Manilii, in quo versus ille, qui ad τὰ Ἔργα spectat, ab omnibus ad Θεογονίαν relatus fuit. Postquam enim de Theogonia ita egit,

Hesiodus memorat Diuos, Diuumque parentes,

interiectis aliquot mox versibus, quibus contentum operis describit, hunc adiicit,

Omniaque immenso volitantia numina mundo

Aliter autem Pandoram suam in Theogonia quam ἐν πρώτῳ Ἔργων considerat: in altero enim vt primam foeminam, his verbis:

Τῆς γὰρ ὀλωΐτιόν ἐστι γένος, καὶ φῦλα γυναικῶν.
Πῆμα μέγα θνητοῖσι μετ' ἀνδράσι ναιετάουσιν,
Οὐλομένης πενίης ἀ σύμφορα, ἀλλὰ κόροιο.

In altero, nimirum in quo nos verſamur, longe aliter pro Dea illa, cui Diis immortalibus poſtquam ἀταξία eſt inducta, omnia commiſſa ſunt. Cauſa cur in Theogonia ita conſideret, haec eſt: quod ante τὴν ἀταξίαν, ſiue ſub imperio manifeſto Deorum, γηΐνοι fuerint homines, vt ſupra ex Platone oſtendimus, et ex ipſa terra oriundi. Quorum pars maxima λογικὴ erat et pura: altera autem vi illa quam ἄλογον vocant, cuius prior pars eſt ἡ φυσικὴ, ſiue vis creandi, et creſcendi, maxime carebant. At inducta Pandora, ἀλληλογονία pariter inducta eſt. Quod nos ita quoque in noſtro perſequuti ſumus:

— — πρώτην δέ σέ Φασι γυναῖκα.
Τῶνδε γὰρ ἀντιτέτυξο, καὶ ἀγλαὸν ἔλλαχες εἶδος
Παρθενικῆς ὤνασσα, χάριν σίλβουσα καὶ αἰδώ.

CAPVT XVII.

Atque haec cauſa fuit, cur apud Veteres, Φιλησίοδος aliquis, et qui mentem huius libri bene examinarat, quae potiſſima ex parte circa ἀταξίαν et volubilitatem Fortunae, qua Dii, vt Poëta loquitur, vitae conquirendae rationem occultarunt, verſatur, a verſu illo, Οὐδ' ὅσον ἐν μαλάχῃ, vsque ad illum, Νῦν δ' αἶνον βασιλεῦσ' ἐρέω hoc exordium, quod ex Pauſania et Plutarcho Heſiodi non eſſe certo ſcimus, praefixerit:

Μῶσαι Πιερίηθεν ἀοιδῇσι κλείουσαι,
Δεῦτε Δί' ἐννέπετε σφέτερον πατέρ' ὑμνείουσαι.
Ὅντε διὰ βροτοὶ ἄνδρες ὁμῶς ἄφατοί τε φατοί τε,
Ῥητοί τ' ἄῤῥητοί τε, Διὸς μεγάλοιο ἕκητι
Ῥεῖα μὲν γὰρ βριάει, ῥέα δὲ βριάοντα χαλέπτει·
Ῥεῖα δ' ἀρίζηλον μινύθει, καὶ ἄδηλον ἀέξει,
Ῥεῖα δέ τ' ἰθύνει σκολιὸν καὶ ἀγήνορα κάρφει,
Ζεὺς ὑψιβρεμέτης, ὃς ὑπέρτατα δώματα ναίει.

Qui verſus, aut ego fallor, aut mali Poetae ſunt, ſed boni Philoſophi, et qui cum cura librum hunc perlegerat: meliusque argumentum perceperat, quam eorum quisquam, quem hodie in Heſiodum habemus. In quo tamen omnes non penitus errarunt, quod in hoc exordio vocem Διὸς, ἀντὶ εἱμαρμένης poni mordicus aſſeuerant: quamuis minime propoſitum τῷ γραψαμένῳ, multo minus Heſiodi ex eo inſtitutum perceperint. Argumentum libri hoc exordio continetur, quod a nullo hactenus notatum fuit, multo minus quid ſit. Argumentum eſt vis Fortunae ac poteſtas, quemadmodum Iliados ira Achillis. Plato in mundo ἀτάκτως περιφερομένῳ, vim quamdam conſtituit, tamquam animam magni illius Dei, Mundi patris,

patris, quam Stoici εἱμαρμένην et ἀνάγκην vocant, et saepissime Δίκα. Horatius, qui (vt iam olim renascentibus litteris notauit Muretus) totum hoc exordium, quod Ἔργων primo praefixum legitur, κατὰ λέξιν vertit, *Deus* reddidit: quem eumdem cum Fortuna facit. Ode lib. I. XXXIV.

— — valet ima summis
Mutare, et insignem attenuat Deus,
Obscura promens: hinc apicem rapax
Fortuna cum stridore acuto
Sustulit, hic posuisse gaudet.

Tota huius Deae vis ex periodica reuolutione pendet: quae fit τῷ τῶν θεῶν χωρισμῷ, vt Philosophi loquuntur, id est, segregatione Deorum a rebus mortalium. Nota est Platonicorum et Aristotelicorum lucta περὶ τὲ ἀϊδίε τὲ κόσμε disputantium, καὶ περὶ τὲ ἀγεννήτε magni illius Daemonis. Praecipuum argumentum, quo probabant, erat Periodica doctrina, et reuolutio saeculi, quod vocabant τάξεως εἰς ἀταξίαν περιαγωγήν. Quae ἀταξία hanc constituebat potentiam, quam nunc Δίκα vocat prooemii auctor. Eo argumento ex Platonis Politico desumto, vsus est Proclus noster, vt Philoponus indicat, circa finem decimae octauae disputationis: Ἀλλ' ἐπειδὴ, inquit, καὶ τὲτο ὡς ἰσχυρὸν ὁ Πρόκλος προβάλλεται εἰς ἀπόδειξιν τὲ ἀγένητον εἶναι τὸν κόσμον, κατὰ Πλάτωνα τὸ ἐν τῷ Πολιτικῷ, ὡς ἐν ὑποθέσει χωρίζειν τὲ κόσμε τὸν θεὸν, καὶ τῷ χωρισμῷ τὲ θεῦ εἰς ἀταξίαν αὐτὸν ἐκ τάξεως περιάγοντα. Philoponus igitur, vt Christianus, ἐν ὑποθέσει loquutum ibi ait Platonem, οὐχ' ἁπλῶς, id est, vt ipse Philoponus alibi loquitur, λαμβάνοντα τὸ ἀποδεικτὸν, καὶ ἐκ τέτε ἕτερόν τι δεικνύοντα, *tanquam pro confesso sumentem id cui aliquid superstruit.* Disputatione enim decima octaua, quam refutat Philoponus, ita scripserat Proclus: Εἰ ἄρα τὸν θεὸν ἀπείναι λέγει, Platonem intelligit, τὲ κόσμε, καὶ παρεῖναι αὖθις ἐν Πολιτικῷ καὶ ἐν Τιμαίῳ, ἀπεῖναι πρότερον, εἶτα παρεῖναι. ἕτω γὰρ εἶχε, φησί, τὰ πᾶν, ὡς εἰκὸς ἔχειν. Et paucis interiectis, Καὶ διὰ ταῦτα τότε μὲν ἐξ ἀτάκτε μεταβάλλειν εἰς τάξιν τὸν κόσμον· τότε δὲ ἐκ τεταγμένε μεταπίπτειν εἰς ἀταξίαν, ἕως ἔφεδρος αὐτῷ γένηται τῶν πηδαλίων ἁψάμενος ὁ θεός, etc. Heliodum nostrum certe ἁπλῶς, non modo τὴν εἰς ἀταξίαν ἐκ τάξεως περιαγωγὴν asseruisse saeculorum diuisio ostendit: sed et contrariam, τὴν nimirum ἐξ ἀταξίας εἰς τάξιν, exspectasse manifestum est. Omnia autem Platonis argumenta, siue καθ' ὑπόθεσιν loquitur, siue ἁπλῶς, ex primo Hesiodi desumta sunt: quod si vidissent Interpretes, locum illum melius interpretati essent, qui post

ἀταξίαν ſui ſaeculi, iterum τὸ τεταγμένον notat exſpectari, ſicut ſub Saturno fuit, his verbis:

Νῦν γὰρ δὴ γένος ἐςὶ σιδήρεον, οὐδέ ποτ' ἦμαρ
Παύσονται καμάτου καὶ ὀϊζύος, οὐδέ τι νύκτωρ
Φθειρόμενοι, χαλεπὰς δὲ θεοὶ δώσουσι μερίμνας.
Ἀλλ' ἔμπης καὶ τοῖσι μεμίξεται ἐσθλὰ κακοῖσι.
Ζεὺς δ' ὀλέσει καὶ τοῦτο γένος μερόπων ἀνθρώπων,
Εὖτ' ἂν γεινόμενοι πολιοκρόταφοι τελέθωσιν.

Manifeſta periodica reuolutione, finem aetatis ſuae conſtituit in melius, ſicut iam relapſa erat in peius. Rurſus illis,

Μηκέτ' ἔπειτ' ὤφελον ἐγὼ πέμπτοισι μετεῖναι
Ἀνδράσιν, ἀλλ' ἢ πρόσθε θανεῖν, ἢ ἔπειτα γενέσθαι.

Vbi appoſite Proclus ſuam, quam tot ſcriptis aſſeruerat Periodum, notat deſignari, qui ad locum illum, δι' ὧν ἐ μόνον δηλοῖ τὴν ἀπὸ τῶν κρειττόνων εἰς τὸ χεῖρον εἶδος τῆς ζωῆς μεταβολὴν, ἀλλὰ καὶ ἀνάπαλιν ἔσεσθαι, ἀπὸ χειρόνων εἰς τὸ κρεῖττον. τὸ γὰρ ἔπειτα γενέσθαι, δηλοῖ καὶ ἀμείνους ἔσεσθαί τινας τῶν κατ' αὐτὸν ἀνθρώπων ὕςερον, ὥςε καὶ ἐκ τούτου δῆλον, ὅτι τὰς μεταβολὰς ἐθέλησε παραδέναι τῶν περιόδων τῆς ἀνθρωπίνης ζωῆς εἰς τὰ ἐναντία γινομένης. Quamuis nuſquam ſcopum Heſiodi, et ne ibi quidem τὸ κατὰ τὸ ἀκέλεθον totius doctrinae animaduerterit. Magiſter autem Tzetzes impudentiae velificans ſuae Proclum perſtringit: οἱ δὲ λέγοντες τὰς ἔπειτα ἀνθρώπους λέγειν τὸν Ἡσίοδον μέλλειν γενέσθαι, ἐναντίως τῷ Ἡσιόδῳ, καὶ ὃ κατ' ἐκεῖνόν φασι. Vbi vides hominem nugaciſſimum: qui rationem ignorare maluerit, cur Heſiodus ἔπειτα adiungat, aut turpiter diſſimulare, quam ex alio diſcere, aut non maledicere. Sub ἀταξίᾳ igitur, ſub qua ſe natum eſſe deplorat Heſiodus, Dei vicaria eſt Pandora, quae Ζεὺς ab auctore prooemii dicitur, cuius ſunt collegae Δαίμονες vnde ſaepenumero ὁ Δαίμων Graecis et ἡ Τύχη idem numen eſt. Hinc Romanis, quotieſcumque Graecorum Δαίμων vertunt, vox *Deus* nihil aliud quam Fortunam deſignat. Sic Naſo:

Vota ſuos habuere Deos,

id eſt, ſucceſſum euentumque ſuum. Maro:

Aſcanius curuo direxit ſpicula cornu:
Nec dextrae erranti Deus abfuit.

Quod nos aliquando reddidimus:

Ἀσκάνιος δ' ἄρ' ἴαλλεν ἀπὸ νευρῆφιν ὀϊστόν·
Οὐδὲ τύχης παλάμη πέλεν ἄμμορος.

Hi ſunt quos interdum *iniuſtos Deos* vocant Poetae, quotiescumque virtutem fortuna non ſequitur. Sic Silius, *Iniuſtis neglecta Deis*, id eſt, τοῖς Δαίμοσιν, qui ἐν τῇ ἀταξίᾳ rerum

rum potiuntur. Contra εὐδαιμονία a Marco Tullio ex Socratico Xenophonte definitur. *Fortuna cum virtute coniuncta*: quia Xenophon dixerat: Δικαίως μοι δοκεῖς, ὦ Κῦρε, εὐδαίμων εἶναι, ἀγαθὸς γὰρ ὢν ἀνὴρ, εὐδαιμονεῖς. Quod Tullius vertit: *Recte vero te Cyre beatum ferunt: quoniam virtuti tuae fortuna coniuncta est.*

CAPVT XVIII.

Postquam ea ostendimus quo spectent quae ab Hesiodo in his libris obscurius tractantur, quam vt vel ratio eorum perspici, vel quomodo cum instituto Poetae ipsius cohaereant continuo videri possit, necesse est, cum variae sint de distinctione librorum sententiae, de quo supra aliquid diximus, fusius nostram explicemus. Idque eo maxime, quia in iis quae praemisimus saepenumero distinctionem librorum, quae nunc obtinet, et quam in editione nostra seruauimus, sequuti sumus. Existimamus igitur, imo dicimus, totum illud quod sub Ἔργων καὶ Ἡμερῶν nomine circumfertur, librum esse vnum, partes multas. Argumentum quo probamus non vnum habemus, et quae talia sunt vt dubitandum ne sit quidem. Ac primo manifesta Seruii auctoritas, qui Hesiodum vnum ad Persen scripsisse testatur. Deinde quia quamcumque partem horum librorum citant Veteres, Ἔργα καὶ Ἡμέρας vocant. Sic Etymologus. Αἰρεύμενον, inquit, αἴροντα, λαμβάνοντα. παρὰ τὸ αἱρῶ τὸ σημαῖνον τὸ λαμβάνω, κατὰ πλεονασμὸν, αἱρῶ, αἱρᾶμαι, αἱρέμενον, καὶ τροπῇ Αἰολικῇ αἰρεύμενον. Ἡσίοδος ἐν Ἔργοις καὶ Ἡμέραις· καί σε ἔολπα Γηθήσειν, βιότε αἱρεύμενον ἔνδον ἐόντος. Item in ἀκίνητα. Ἀκίνητα, καθόλε μὲν τὰ μὴ κινέμενα· παρ' Ἡσίοδῳ δὲ ἐν Ἔργοις καὶ Ἡμέραις, ὁ τάφος. Μήδ' ἐπ' ἀκινήτοισι καθίζειν. Item in ἀλεύω. δεινὴν δὲ βροτῶν ἐπαλεύεο φήμην. Titulus igitur generalis totius operis est, Ἔργα καὶ Ἡμέραι: quamobrem neque necesse fuit duas priores partes Ἔργων, posteriorem Ἡμερῶν titulo distinguere, quod Henricus Stephanus diligenter seruauit tamen, et quisquis accuratus. Nam et Magistri veteres totius libri ad Persen inscriptionem esse notant Ἔργα καὶ Ἡμέρας. διὰ ταῦτα, inquiunt, πᾶν τὸ βιβλίον ἐπιγέγραπται· Ἡσιόδε Ἔργα καὶ Ἡμέραι. Quod vt exemplo aliquo confirmemus, videamus quomodo hos libros citare soleant Veteres. Philostratus ἐν Ἥρωσι, Homerum et Hesiodum certasse notat coram Panide rege, (cuius certaminis et libellus vulgo inscriptus Ἀγὼν Ὁμήρε καὶ Ἡσιόδε meminit, vt et Tzetzes noster, vbi accurate, vt sibi videtur, de

Poeta noſtro, diſputat) vtrumque vero recitaſſe partem aliquam operis ſui: partes autem illas ita diſtinguit, vt alterum περὶ Αἰάντοιν recitaſſe dicat; alterum partem eam, vbi Perſen iubet ἔργων τε ἅπτεσθαι καὶ γεωργίᾳ προσκεῖσθαι. In quo Philoſtratus etiam morem, ſicut in Homeri verſibus Rhapſodorum, ita in Heſiodi τῶν κιθαριστῶν obſeruauit, qui in cantilenas hos libros diuidebant. Quae omnia ea etiam confirmant, quae a nobis de ſubiecto horum librorum ſunt dicta. Nam ſicut Homeri operis, quo ea quae ad Troiam geſta ſunt complexus eſt, partes multae ſunt (vt recte notat Philoſophus, cum de Tragica periodo agit) quae rurſus minutas partes conſtituunt, quarum partium vna eſt περὶ Αἰάντοιν, de qua agit Philoſtratus, cum ſubiectum ſit ira Achillis: ita partes huius operis multae ſunt; quas non in libros, vt nos, ſed in minutas partes et membra diſtinguebant. Cum autem ſubiectum ſit Oeconomica παιδεία, pars eius aliqua eſt ἡ γεωργία, quae rurſus minutas habet partes, tam reſpectu ſui, quam reſpectu operis et ipſius Oeconomiae. Sed audiamus Philoſtratum: qui dicit ἅσαι ἄμφω ἐν Χαλκίδι, τὸν μὲν τὰ ἔπη τὰ περὶ τοῖν Αἰάντοιν, καὶ ὡς αἱ Φάλαγγες αὐτοῖς ἀραρυῖαί τε καρτεραὶ ἦσαν· τὸν δὲ τὰ πρὸς τὸν ἀδελφὸν τὸν ἑαυτοῦ Πέρσην· ἐν οἷς αὐτὸν ἔργων τε ἐκέλευεν ἅπτεσθαι, καὶ γεωργίᾳ προσκεῖσθαι, ὡς μὴ δέοιτο ἑτέρων, μηδὲ πεινώῃ. Vbi manifeſtiſſime illa, quae iuxta principium libri ſecundi ſunt, reſpicit:

— — ἐργάζευ νήπιε Πέρση
Ἔργα τά τ' ἀνθρώποισι θεοὶ διετεκμήραντο
Μήποτε σὺν παίδεσσι, γυναικί τε, θυμὸν ἀχεύων,
Ζητεύῃς βίοτον κατὰ γείτονας — —

Ita vt Homeri cantilena haec fuerit:

Ἀμφὶ δ' ἄρ' Αἴαντας δοιὰς ἵσαντο Φάλαγγες
Καρτεραὶ, ἂς ἔτ' ἄν κεν Ἄρης ὀνόσαιτο μετελθὼν,
Οὔτε τέ κ' Ἀθηναίη λαοσσόος, οἱ γὰρ ἄριστοι
Κριθέντες Τρῶάς τε καὶ Ἕκτορα δῖον ἔμιμνον,
Φράξαντες δόρυ δουρὶ, σάκος σάκεϊ προθελύμνῳ,
Ἀσπὶς δ' ἀσπίδ' ἔρειδε, κόρυς κόρυν, ἀνέρα δ' ἀνήρ.
Ψαῦον δ' ἱππόκομοι κόρυθες λαμπροῖσι φάλοῖσι
Νευόντων· ὡς πυκνοὶ ἐφέσαν ἀλλήλοισιν.
Ἔφριξεν δὲ μάχη φθισίμβροτος ἐγχείῃσι
Μακραῖς, ἃς εἶχον ταμεσίχροας. ὄσσε δ' ἄμερδεν
Αὐγὴ χαλκείη, κορύθων ἀπὸ λαμπομενάων,
Θωρήκων τε νεοσμήκτων, σακέων τε φαεινῶν,
Ἐρχομένων ὁμάδοις· μάλα κεν θρασυκάρδιος εἴη,
Ὅς τότε γηθήσειεν ἰδὼν πόνον, ἐδ' ἀνάσχοιτο.

Heſiodi

Heſiodi vero:

Πληϊάδων Ἀτλαγενέων ἐπιτελλομενάων
Ἄρχεσθ' ἀμητοῦ, ἀρότοιο δὲ δυσσομενάων·
Αἳ δή τοι νύκτας τε καὶ ἤματα τεσσαράκοντα
Κεκρύφαται, αὖθις δὲ περιπλομένης ἐνιαυτοῦ
Φαίνονται, τὰ πρῶτα χαρασσομένοιο σιδήρου.
Οὗτός τοι πεδίων πέλεται νόμος· οἵ τε θαλάσσης
Ἐγγύθι ναιετάουσ', οἵ τ' ἄγκεα βησσήεντα
Πόντου κυμαίνοντος ἀπόπροθι πίονα χῶρον
Ναίουσιν· γυμνὸν σπείρειν, γυμνὸν δὲ βοωτεῖν,
Γυμνὸν δ' ἀμᾶσθαι, εἴχ' ὥρια πάντα θέλησθα
Ἔργα κομίζεσθαι Δημήτερος, ὥς τοι ἕκαστα
Ὥρι' ἀέξηται, μή πως τὰ μεταξὺ χατίζων
Πτώσσῃς ἀλλοτρίους οἴκους, καὶ μηδὲν ἀνύσσῃς.
Ὡς καὶ νῦν ἐπ' ἐμὶ ἦλθες· ἐγὼ δέ τοι οὐκ ἐπιδώσω,
Οὐδ' ἐπιμετρήσω· ἐργάζευ, νήπιε Πέρση,
Ἔργα τά τ' ἀνθρώποισι θεοὶ διετεκμήραντο·
Μή ποτε σὺν παίδεσσι, γυναικί τε, θυμὸν ἀχεύων,
Ζητεύῃς βίοτον κατὰ γείτονας, οἱ δ' ἀμελῶσι.
Δὶς μὲν γὰρ καὶ τρὶς τάχα τεύξεαι. ἢν δ' ἔτι λυπῇς,
Χρῆμα μὲν ἐς πρήξεις, σὺ δ' ἐτώσια πόλλ' ἀγορεύσεις,
Ἀχρεῖος δ' ἔσαι ἐπέων νομός· ἀλλά σ' ἄνωγα
Φράζεσθαι χρειῶν τε λύσιν, λιμοῦ τ' ἀλεωρήν.

Ita vt manifeſte videamus, minime obtinuiſſe librorum diſtinctionem, quae hodie. Praeterea doctrinam τῶν Ἡμερῶν doctrinam fuiſſe quae ſubſequebatur, et cohaerebat ſine vlla diſtinctione, cum ea quae eſt τῶν Ἔργων. Nam certe in Orphei quoque libris doctrina τῶν Ἡμερῶν fuit concluſio quaedam τῶν Ἔργων, quod docet ipſum exordium manifeſtiſſime, quod tale eſt:

Πάντ' ἐδάης Μουσαῖε θεοφραδές. εἰ δέ σ' ἀνώγει
Θυμὸς ἐπωνυμίας μήνης κατὰ μοῖραν ἀκοῦσαι,
Ῥεῖά τοι ἐξερέω· σὺ δ' ἐνὶ φρεσὶ βάλλεο σῇσιν,
Οἵην τάξιν ἔχοντα κυρεῖ. μάλα γὰρ χρέος ἐστὶν
Ἴδμεναι, ὡς κεῖτη παρέχει κλέος ἄντυγι μήνης·

Non aliter fere Heſiodus:

Ἤματα δ' ἐκ Διόθεν πεφυλαγμένος, εὖ κατὰ μοῖραν
Πεφραδέμεν δμώεσσι. — —

Praeterea cum ratio dierum non magis ad γεωργίαν pertineat, quamuis plura in ea obſeruanda ſint, quod ad rationem earum, quam ad mercaturam; tota autem Oeconomiae Heſiodi ratio circa duo illa hoc libro verſetur, manifeſtum ſatis eſt, totam conſiderationem dierum, praeceptum eſſe aliquod, quod doctrinam

ſtrinam vtriuſque abſoluat: ita vt alterum oſtendat τὸ ὅτι δεῖ, alterum τὸ πότε.

CAPVT XIX.

Illuſtrata minima huius libri parte, quae plurimum difficultatis habet, reliqua iam plana ſunt, quae omnia hoc capite proponemus: vt ordo eorum facilius et ſeries perſpiciatur. Sequitur ſaeculi illius deſcriptio, in quo Αἰδὼς καὶ Νέμεσις terras relinquunt, ac coelum petunt. Vltimum diuortium id eſt, quod cum homine fecit Deorum praeſentia. Cum illis ſubeunt tum alia, tum mater ſcelerum iniuſtitia. Hac occaſione ſingulare ἀδικίας proponit exemplum, a cauſa deſumtum, quae miſere peruertebatur a iudicibus. Quod vt occultius proponat, ſuauiſſimam de accipitre et philomela fabellam, quales erant illae, quas Graeci αἶνος vocant, interſerit. Eiuſmodi αἶνοι, quales ſunt plerique Aeſopici, quos venerabatur antiquitas, deſumebant ab ἡγεμονικῷ, et Saturni aetate, qua cum reliqua hominibus et Diis, tum vel maxime vox communis erat et familiaritas, vtpote nondum inuenta κρεοφαγία: quales fuerunt qui ſequuti ſunt homines, quorum Poeta vt feritatem oſtendat, negat eos amplius σῖτον ἐσθίειν. Vocem autem σῖτος ita ab Heſiodo ſumi, iam olim magiſtri viderunt. Plato in Politico vbi ἡγεμονικὸν ſaeculum cum reliquis confert, beatiſſimos ait eius ſaeculi fuiſſe homines, ſi quidem ex reliquis animalibus cum quibus viuebant quotidie, et loquebantur quotidie, didicerant, quae ex vniuſcuiuſque naturae cognitione percepta, ad ſapientiam ſpectabant. Locus illius eſt: Εἰ μὲν τοίνυν οἱ τρόφιμοι τοῦ Κρόνου, παρούσης αὐτοῖς ἔτω πολλῆς σχολῆς καὶ δυνάμεως, πρὸς τὸ μὴ μόνον ἀνθρώποις ἀλλὰ καὶ θηρίοις διὰ λόγων δύνασθαι συγγίνεσθαι, κατεχρῶντο τούτοις σύμπασιν ἐπὶ φιλοσοφίαν, μετά τε θηρίων καὶ μετ' ἀλλήλων ὁμιλοῦντες, καὶ πυνθανόμενοι παρὰ πάσης φύσεως, εἴ τινά τις ἰδίαν δύναμιν ἔχοιτο, ἤσθετό τι διάφορον τῶν ἄλλων εἰς συναγυρμὸν φρονήσεως, εὔκριτον ὅτι τῶν νῦν οἱ τότε μυρίῳ πρὸς εὐδαιμονίαν διέφερον· εἰ δὲ ἐμπιπλαμένοι σίτων ἄδην καὶ ποτῶν, διελέγοντο πρὸς ἀλλήλους καὶ τὰ θηρία μύθους, οἷοι δὴ καὶ τὰ νῦν περὶ αὐτῶν λέγονται, etc. Ex quo apparet, omnes μύθους illos inter homines feraſque, vel ferarum inter ſe, ad illud ſaeculum referri ſolere. Quorum quoſdam Plato reprehendit, quod nihil minus quam ſapientiam docerent ac virtutem, quales multi tum circumferebantur. Hinc apparet partim μεμψιμοιρία, partim iniquitas Ariſtarchi, qui verſus illos e numero eiiciebat reliquorum:

Ἄφρων

Ἄφρων δ' ὃς κ' ἐθέλῃ πρὸς κρείσσονας ἀντιφερίζειν,
Νίκης τε ςέρεται. πρός τ' αἴσχεσιν ἄλγεα πάσχει.

Cauſam addebat: ὅτι ἀλόγῳ γνωμολογεῖν ἐ πρέπον. Atqui tempore ἡγεμονικῷ, λόγον aliquem tribuebant reliquis animalibus, vt pote nondum exiſtente τῷ ἀλόγῳ maxima ex parte ante τὴν ἀλληλογονίαν, quod ſub ἐπιθυμητικῷ maximum eſt, cuiuſque pars praecipua ἡ ἐπιθυμία καὶ ἀκολασία. Eam enim vocem ita vt Ariſtoteli ſumitur conſideramus, quam Veteres exiſtimabant τὴν ἀντικειμένην τῷ φρονεῖν δύναμιν e ſede ſua eiicere. Haec cauſa fuit cur quotieſcumque Platonici, aut alii, fabulis vtuntur, haec fere verba adiungant, ἦν ἄρα τότε ὁμόφωνα καὶ τὰ θηρία τοῖς ἀνθρώποις, vt oſtendant ex alio aeuo, quod multum ab hoc diſcrepat, fabulas deſumi. Sic. Max. Tyr. Diſp. IX. Ποιμὴν ἀνὴρ καὶ μάγειρος ἐβάδιζον ἅμφω κοινὴν ὁδόν. ἰδόντες δὲ ἐκ ποίμνης ἄρνα εὐτραφῆ πλανώμενον, ἀπολειφθέντα τῶν συνόμων, ὥσαντο ἐπ' αὐτὸν ἅμφω (ἦν ἄρα τότε ὁμόφωνα καὶ τὰ θηρία τοῖς ἀνθρώποις) Deinde ſequitur longa deſcriptio praemiorum iuſtitiae, poenarum iniuſtitiae. Atque ita conuenienter ſe ad iudices conuertit, quos monet, vt vel hanc ob cauſam iuſtitiae rationem habeant, τὴν nimirum τῶν Δαιμόνων praeſentiam, qui proprie inſpectores cum aliarum rerum a Ioue, tum vel maxime eorum qui iuſte aut contra iudicarent: quos propterea ſuſtinere ait munus βασιλικὸν, id eſt, δικαϛικόν. Siquidem ea vox vbique forenſis eſt apud Poetam. Vbi rurſus obiter iniuriam ſibi factam proponit: oſtenditque deueniſſe eo improbitatem ſaeculi; vt primum dedecus ſit virum eſſe iuſtum: quamobrem καθ' ὑπόθεσιν iniuſtitiam eſſe dicit praeferendam. Quem locum a verſu, cuius initium, Πάντα ἰδὼν Διὸς ὀφθαλμὸς, ad eum vſque cuius initium, Ἀλλὰ τά γ ἔπω ἔολπα, eiiciebat Plutarchus. Poſtea fratrem rurſus peculiariter ad iuſtitiam adhortatur, quia alterum hominum proprium, alterum belluarum eſt. Illa namque τὴν ὁμιλίαν tollit, quae tam neceſſaria eſt, vt humanam ſocietatem conſtituat: cuius δικαίῳ ne latronum quidem ſocietas carere poteſt, teſte Platone. Ibi periurio poenas, pretium virtuti ponit. Quae doctrina Pythagorica eſt, qui impietatem τῷ ὅρκῳ metiebantur: ſicut Plato De Rep. ſecundo εὔορκον et ὅσιον coniungit. Sequitur collatio inter aditum virtutis qui aſper eſt; et vitiorum, qui facilis: ita vt in altero praecedat dolor aliquis: in altero ſequatur aeternus. Hic primum virtutis praemium illi defert, qui per ſe ſapit: alterum illi qui monitus: inutilem illum oſtendit qui nec ſponte, nec per ſe. Iuſte vt quis agat, eſſe neceſſarium oſtendit τὸ ἐργάζεσθαι in genere,

cuius

cuius finis est τὸ πλουτεῖν, sicut otii paupertas et miseria. Divitias enim sequitur confidentia: paupertatem pudor. Cum enim necesse sit viuere, sequitur vt vel iuste vel iniuste comparentur τὰ ἐπιτήδεια. Iuste potest, qui labore suo de vita sibi prospicit: iniuste, qui vel verbis vel re aliquem decipit. Sequuntur variae iniustitiae species. Τῷ δικαίῳ enim more Veterum scelera omnia opponit. Atque ita ad finem vsque praecepta sequuntur, partim publica, quae ad συναλλακτικὴν spectant, partim priuata quae ad κτητικὴν referuntur. Priore parte in doctrina hac consumpta, ducentis et aliquot versibus praecepta primae Oeconomiae partis sequuntur. Ea autem est Agricultura. Primum est Arandi tempus: secundum modus; vbi terram diuidit εἰς πεδινὴν, ὀρεινὴν, καὶ παραθαλασσίαν. Huius rei finem proponit duplicem. Primus est specialis, et rursus ad Agriculturam spectat: alter generalior, et ad Oeconomicen. Prior est, vt omnia suo tempore proueniant: alter vt res familiaris fiat auctior. Sequitur praeceptum Oeconomicum simulque rusticum: de domo, vt capiat: de muliere, vt seruet: de boue, vt laboret. Sequitur ξυλοτομία, siue *lignatio*; quae vtrique confert: Agriculturae ad aratrum et instrumenta similia: Patrifamilias ad thalamum et alia. Huius lignationis tempus distinguitur. Hanc sequitur praescriptio de numero aratrorum, de numero et aetate boum, quando pascere et in campum deducere oporteat. Tum de his, de instrumentis, de curru, et aliis comparandis. Posthaec, quando inuertenda sit terra; quando iteranda; quo modo et quibus Diis supplicandum; de abigendis auibus. Hic iterum generales sententiae de labore et industria inseruntur; cuius finis est rei familiaris opulentia. Sero arantibus quid obseruandum sit: tum diligentem habendam esse singularum anni tempestatum rationem. Et quoniam nihil homines magis effoeminare existimabatur quam ignis, qui βαναύσων erat proprius, ad quos ociosi homines confluere solebant, sicut suo loco in Notis ostendimus: monet Persen, vt tabernas huiusmodi et λέσχας hyeme praetereat, potiusque de domesticis cogitet: ne et paupertate simul obruatur et frigore. Quorum alterum τῷ ἀπορουῦντος, alterum τῷ θηλυνομένῳ est. Ibi tum ostendit, nihil agendi finem esse improbitatem, et artes non bonas, monetque aestate de hyeme, deque σκηνοποιΐᾳ, priusquam ab hyemis violentia praeueniatur, patrifamilias esse cogitandum. Sequitur luculenta hyemis, et eius incommoditatum descriptio; cuius iniuria quomodo sit propulsanda: quomodo praeuertenda sit pluuia: quae ratio Oeconomica hyemis tempore, propter inaequalem diuisionem τῶν νυχθημέρων

ineunda

ineunda sit, ad veris vsque aduentum potissimum, demonstrat. Quando sint putandae vites, quando acuendae falces. Aestate duo fugienda esse; mane somnum in lecto; pomeridianis horis in vmbra. Quorum alterum κοῖτον ἐπ' ἠοῖ, alterum θέρεος σκιερὸς vocat. Agnae quando pinguissimae: vinum quando praestantissimum sit: quorum vtrumque est, cum carduus viret, cicada canit. Quaenam ratio in victu, quae in vini mixtione sit habenda, de qua hac occasione tradit praeceptum. Quando triturandum sit, qua in area et solo: quomodo et quando intus reponendum. Quid de famulo, ancilla, et custode cane obseruandum sit: quid de paleis: quando famulis cessandum. Autumnus sequitur. Quando et quo tempore vuae carpendae, quamdiu soli exponendae, quando in labra colligenda. Atque ita prioris Oeconomiae pars cum anno absoluto absoluitur. In hac consideratione vltima est ea doctrina quae Ephemeris ab agricolis vocatur; quae a vere incipit et aratione, in eaque rursus desinit: quam Tzetzes et alii in illa parte constituerunt, quam Ἡμέρας dicimus. Hanc excipit pars altera, quae vt maius lucrum propositum habet; ita minus iusta est, longiusque ab ἡγεμονικῷ ratione recedit, quod ex terra viuebat: sicut etiamnum agricolae, excepto labore, quem induxit Pandora. Primum quod in ea est, agit περὶ μέτρου θαλάσσης, quod male intellectum fuit ab Interpretibus: nam ita vocat τὸν ἐπιτήδειον καιρὸν, quem constituit diebus quadraginta, post conuersionem Solis. Agit de onere deinceps nauibus committendo, et quamdiu reditus differendus sit. Nauigationem constituit duplicem: Εἰαρινὴν, quae vsitatissima fuit, minus tuta tamen est: Θερινὴν, quae tutior multo, et minori cum periculo coniuncta. Sequuntur deinde rursus praecepta in genere Oeconomica, de aetate viri et faeminae: quando potissimum paterfamilias, quot annorum, qualem denique eligere debeat: quid spectandum, quid fugiendum. Restant versus aliquot, qui omnes praecepta de vita communi, de Diis, de hominibus, et pleraque superstitiosa ad finem vsque continent.

CAPVT XX.

Postquam ex ipsis Hesiodi operibus, quae prior operis huius pars est, probauimus errasse eos qui hos libros de Agricultura esse existimarunt: idem nunc ex altera parte praestabimus, quae Ἡμέραι inscribitur. Inter reliquas doctrinas quas Agricultura complectitur, minime ignobilissima est illa, quae Ἐφημερὶς dicitur. Est autem in Agricultura Ἐφημερὶς doctrina,

doctrina, quae docet quando vnumquodque in ea agendum sit. Quia autem doctrinam τῶν Ἡμερῶν cum Ἐφημερίδι confundunt Interpretes, aliquid prius de hoc errore dicendum est. Ac primum Ἐφημερίδα in Hesiodi Operibus non in Diebus, habemus, Ἐφημερίδες toto opere sparsae sunt. Sic, si quaeris quando arandum sit; respondebit, εὖτ' ἂν φωνὴν γεράνου ἐπακούσῃς. Si quaeris, quando ligna caedenda sint, respondebit, Ἧμος δὴ λήγει μένος ὀξέος ἠελίοιο, et quae sequuntur. Atque ita toto opere. Manifeste autem ibi plena Ephemeris totius anni incipit, Μῆνα δὲ Ληναιῶνα vbi ostenditur ob inaequalitatem dierum quid illa anni tempestate agendum in opere, quid in administratione domestica seruandum sit. Atque ibi hyems et dies eius. Ver ibi habes, et quae agenda sint, Εὖτ' ἂν δ' ἑξήκοντα μετὰ τροπὰς ἠελίοιο Χειμέρι' ἐκτελέσῃ Ζεὺς ὄματα. Aestas et quae in ea agenda sunt ibi, Ἥμος δὲ σκόλυμός τ' ἀνθεῖ. Atque haec causa est cur Philosophus ex diuisione Hesiodi mulieres salacissimas esse dicat ἐπὶ σκολύμου: quod dicendi genus cum non perceperint Aristotelis Interpretes, nos id suo loco illustramus. Autumnus, et quae in eo agenda, ibi. Εὖτ' ἂν δ' Ὠρίων καὶ Σείριος. Atque ita tota Ephemeris absoluta est. Quam Hesiodi rationem his verbis in Auibus suis lepide alludit Comicus:

Πρῶτα μὲν ὥρας φαίνομεν ἡμεῖς ἦρος, χειμῶνος, ὀπώρας.
Σπείρειν μέν, ὅταν γέρανος κρώζῃ σ' ἐς τὴν Λιβύην μεταχωρῇ,
Καὶ πηδάλιον τότε ναυκλήρῳ φράζει κρεμάσαντι καθεύδειν, etc.

Errant enim qui Ephemeridis diuisionem καθ' ἡμέρας necessario statuunt, cum sit καθ' ὥρας καὶ μῆνας. Quo respexit idem Comicus, Ranis:

Ὀρφεὺς γὰρ μέν, inquit, τελετάς θ' ἡμῖν κατέδειξε,
Φόνων τ' ἀπέχεσθαι.

Μουσαῖος δ' ἐξακέσεις τε νόσων καὶ χρησμούς. Ἡσίοδος δὲ, Γῆς ἐργασίας, καρπῶν ὥρας, ἀρότους.

